


CAII SILII ITALICI
PVNICORVM
LIBRI SEPTEMDECIM

VARIETATE LECTIONIS
ET
COMMENTARIO PERPETVO
ILLVSTRAVIT

IO. CHR. THEOPH. ERNESTI
PROF. LIPSIENS.



ACCEDIT INDEX VBERRIMVS

VOLVMEN I

LIPSIAE
IN LIBRARIA WEIDMANNIA
MDCCXCI

PRAEFATIO

Mira et ſingulari quadam fortunae inclementia, uni fere omnium ſcriptorum veterum, Silio accidit, ut, cum aliorum multorum praeſtantiam vel aequaret, vel etiam ſuperaret, tamen prae his egregie negligeretur. Quodſi quis mihi contra dicat, non defuiſſe, qui criticas manus adiicerent, et ab innumeris mendis carminis contextum purgare certarent, audio et probo. Nam lectionem et interpretationem emendatio antecedat neceſſe eſt, nec prima illa legendi cupiditas, quam novitas rei afferre ſolet, expleri, niſi poſt emendationem criticam, poteſt. Sed ego certis de cauſis non ita argumentor, Silium haud fuiſſe neglectum, quia criticis manibus diu multumque verſatus fuerit. Primum omnino arti criticae, etiam cum non ultra codicum legendorum ſcientiam, et lectionum variantium notationem progreditur, tanta dignitas et exiſtimatio adhaeret, ut, qui eam exercent, ſuae laudis au-

gendae potius, quam ſcriptoris adiuvandi commendandique conſilium cepiſſe videantur. Vulgo enim, quem audiverunt criticum dici, vel variantes lectiones, libellumve criticum edidiſſe cognoverunt, de eius doctrina et ingenio non amplius dubitant nonnulli, ut ambiguum ſit, utrum veteres ſcriptores propter rei criticae ſtudium tractandos et cognoſcendos potius, an hoc ſtudium ad illos ſcriptores lectioni et intelligentiae praeparandos conferendum eſſe exiſtiment. Accedit, quod illorum, qui a primis reperti carminis temporibus usque ad hanc noſtram aetatem in Siliano opere tractando deſudarunt, in ſolo fere contextu emaculando et inſtaurando omnis opera ſubſtitit. Legat mihi aliquis et perlegat totum Volumen Drakenborchianum, quod cum egregio doctrinae apparatu univerſas opes criticas exhibet, amabo illum, ſi mihi iam dicat, quale ſit carmen, quid ſibi poeta voluerit, quid ſecutus fuerit, quid de omni tractatione argumenti ſit iudicandum; amabo, ſi iam nullibi nec in rebus nec in verbis haereat, et certus ſit, quodnam carmini pretium ſtatuat. Scilicet poſt Marſum Silius interpretem nullum habuit. Quotusquisque autem eſt, qui Marſi rationem valde probet, vel iſtam ſcholiorum rudem farraginem legere diu ſuſtineat? Dausqueius commentarium ſcripſiſſe videtur, ut Modio et Heinſio invidiam faceret, et conviciis moleſtus eſſet: in caeteris, praeter loca veterum collata, non multum ad intelligentiam et iudi-

iudicium carminis adiumenti est. De Drakenborchiano opere diximus. Post illud autem, si cui Cellarii notulae, e Marso maximam partem descriptae, vel Petri Schmidii glossarium, vel editoris Francogallici versio cum Nomenclatore historico sufficiunt, is serio optare non potest, ut Silium intelligat. Num igitur errabamus, cum neglectum Silium diceremus, qui hactenus ne idoneum quidem interpretem nactus, et ita semper iudicatus fuerit; ut vel contemtum, vel cupiditatem et temeritatem suam probarent, qui iudicabant?

Haec iis maxime dicta velim, qui caussas forte requirant, quibus ad novam hanc Siliani carminis editionem adornandam fuerim permotus, ne hanc prorsus supervacaneam, vel temere a me susceptam querantur. Itaque in duabus potissimum rebus, primum in interpretatione, deinde in carminis indole et consilio poetae recte aestimando, omnis opera editionis instruendae mea versata est. In utroque genere, quomodo me comparaverim, quidve potissimum sim secutus, paucis declarabo.

Vt carminis Siliani Commentario perpetuo illustrandi consilium caperem, et ratio argumenti, quod sibi tractandum sumserat poeta, et omnis tractatio poetica persuadebat. Nam cum argumentum ex Livio quidem haustum, verum ita

 tamen

tamen rebus aliis ad ornatum poeticum pertinentibus mixtum esset atque distinctum, ut sine Livianae narrationis adiumento saepe ne intelligi quidem satis posset, maxime oportebat interpretem illius vestigia monstrare, ut quid a poeta additum, mutatum, contractum fuisset, in singulis locis perspicue dignosceretur. In caeteris, quae ad poetae doctrinam et artem referri solent, dubitari non potest, quin perpetua explicandi cura opus fuerit. Itaque in utroque genere, quo modo poeta se gesserit, partim doctrinae illius poeticae fontibus monstrandis, partim artis dignitate ponderanda declarare conatus sum. Omnino quae ad poetam intelligendum iudicandumque necessaria essent, ita quidem studui enunciare, ut nihil praetermitterem, in quo haerere possent legentes; verum inprimis cavi, ne in multorum vanitatem inciderem, qui in Commentariis scribendis suae magis doctrinae expromendae, quam auctoris recte explicandi rationem habere videntur: quod semper iniquissimum levissimumque commentandi genus existimavi. In explicandi autem perspicuitate et brevitate ea, quam sectabar maxime, duae me res egregie adiuverunt. Nam primum in tanta penuria et raritate interpretum, de qua supra dixi, cum neminem haberem, cuius vel auctoritate moverer, vel doctrina conturbarer, profecto melius sensum meum consiliumque persequi, et singula luculentius videre, et rectius explicare poteram. Deinde quum Silius

lius ad Virgilii imitationem ſe ita compoſuiſſet, ut, ſi ab argumenti varietate receſſeris, nullum eſſet tam in rebus, quam in verbis ornatus poetici genus, cuius non in illo vel exemplum vel veſtigium aliquot expreſſum eſſet. Heynii inprimis, Viri Summi, elegantiſſima doctrina in Virgilio declarata effecit, ut brevitatem ſine obſcuritatis vel negligentiae periculo tueri poſſem.

Quae de indole et conſilio carminis Siliani, eiusque dignitate iudicanda dici poterant et debebant, ea cum non caperent adnotationum anguſtiae, in ſingularem diſquiſitionem, quae hanc praefationem ſequitur, conieci. Eam ut accurate cognoſcant et iudicent, quicunque hanc editionem tractent, non mei ſed Silii et veritatis cauſa rogo, cui eruendae omnem illam diſquirendi operam addixi. Neminem me obſequioſiorem habebunt, qui meliora illis et certiora docte et graviter docere velint.

Contextum carminis ex Drakenborchii recenſione unice expreſſum dedi, neque, praeter aliquot loca, quorum emendatio et neceſſaria eſſet, et novis editoris Francogallici curis, hoc eſt, codicum et librorum nondum collatorum auctoritate vel conſenſu firmaretur, quicquam mutavi, cum viderem mutationem talem nec tutam eſſe, et maxime a coniecturis pendere, quibus Villebrunius ille nimia cum audacia et cupiditate

indulserat. Sed varietatem lectionis, veram et gravem, collectis omnibus copiis, notavi, atque ubi utile vel opus erat, iudicavi. In quo quidem genere, pauca quam nimis multa dicendo peccare malui. Nam nec sine libris scriptis dignum aliquid fide praestari potest, nec utilis opera esse potest, quae in coniecturis iudicandis collocari solet.

Dum haec scribebamus, fama accepimus Cel. Rupertum, qui iam aliquot carminis Siliani explicandi docta specimina exhibuerat, in eiusdem integra editione curanda elaborare. Mirabamur, qua tandem fortuna accidat, ut eodem tempore duos occupet poeta, quem diu multi otiosi neglexerant. Sed tantus neglectus ut plane refutetur et tollatur, fortasse pluribus opus est, qui iunctis viribus laborent. Ergo viri docti operam cupide exspectamus. Scrib. Lips. XXX. Aug. MDCCXCI.

DIS-

DISQVISITIO
DE
CARMINE SILIANO

In veteribus poetis iudicandis, quanta ſit cautione opus, ne certis addicti artis praeceptis iudicium praecipitemus, neve, dum docti vel ſubtiles eſſe volumus, iniqui et falſi reperiamur, declaratum eſt exemplis omnium fere illorum, qui de carmine Siliano iudicia tulerunt. Quae quamvis olim nec a multis, neque accurate et quaſi ex inſtituto lata ſunt, tamen paſſim ſuper ea re ita diſputatum cognovimus, ut, quo univerſa ſententia pertineret, facile eſſet intellectu. Primum, quis dubitet temporibus illis, quibus hoc carmen ex tenebris ſubterraneis in lucem protractum, doctorum hominum ſtudia exercere coeperat, de artificio et indole carminis epici praecepta quaedam, quamvis nondum ad noſtrae aetatis ſubtilitatem expolita ac definita, tamen praecepta extitiſſe, partim ad diſciplinam Ariſtotelis [1]), partim ad normam exacta Homeri et Virgilii, quos recte principes carminis epici artifices agnoſcebant? Iam quotquot animum ad Silium advertebant, neceſſario intelligebant, argumentum eſſe heroicum, tractationem autem eam, ut in omni carmine epicam gravitatem ſectatus videretur. Neque erat difficile intellectu, totum ſe Silium ad imitationem Virgilii inprimis comparaſſe [2]). Quid igitur mirum, ſi communis omnium ſententia eo redibat, ut carmen epicum eſſe pronuntiarent? Procedente autem tem-

1) de Poet. cap. 8. ed. Harl.

2) Mature extitit, qui Silium cum Virgilio contulit, Alexander Roſſaeus lib. I. Virgilii triumphantis.

tempore, quum homines illa ſententia imbuti altius in carmen ipſum penetrarent, multa reperta ſunt, quae iudicium turbarent, opinionumque divortia facerent. Qui ad notionem carminis epici neceſſarium eſſe putabant, ut argumentum eſſet unum, et unus heros, cuius per omne carmen perpetua imago et actio continuaretur, totam illam unitatem in Hannibale adhibitam dicebant. Alii, qui intelligebant, praeter Hannibalis res geſtas et fata multa alia carmini ineſſe, quae unitatis notionem tollerent, vel in ſola poetae reprehenſione [3]) acquieſcebant, vel, ut Silium uteunque defenderent, carmen hiſtoricum, nomine non minus ambiguo et incerto, appellabant [4]).

Ita ſententiarum varietas vel potius perverſitas traducta ad noſtram aetatem, duobus inprimis viris doctis in Gallia decertandi materiem praebuit, *Villebrunio* [5]) et *Clementi* [6]). Sed, ut fit, cum invidia et reprehendendi libidine inducti magis, quam veritatis amore incenſi pugnant, mirus et paene ridiculus certaminis illius Francogallici eventus fuit. *Villebrunius*, alacris et praecipitis vir ingenii, de Silio ſuo, quem laudare ſcilicet et defendere debebat, quia edendum curaverat, ita ſentiebat, ut haec in fine ſumma ſententiae naſceretur, Silium divinum poetam eſſe, neque ipſo Virgilio inferiorem. *Clemens*,

3) Huc inprimis pertinent C. Barthius in Adverſariis, et Scaliger, qui cum (Poet. lib. VI, 6. p. m. 841.) de Silio iudicaret, videtur tum vel nondum legiſſe carmen, vel neſcio quo odio illi infeſtum iudicaſſe. Cuius quidem hominis auctoritas profecto multum eo valuit, ut Silius et negligeretur et falſo iudicaretur.

4) Vnde Voſſius in ſcriptorum hiſtoricorum numerum referre non dubitabat.

5) in praefatione editioni Silii Pariſ. 1781. praemiſſa.

6) Eſſais de critique ſur la litterature ancienne et moderne, par M. Clement Tom. I. Chap. I. ſur la ſeconde Guerre Punique, Poëme de Silius Italicus. Amſterd. 1785.

Clemens, homo acutus, et doctus, cum recte iudicasſet, non eſſe tolerandam iſtam ſententiam, ita in contrariam partem diſputando deflexit, ut iam totum Silium ineptum, inficetum, ridiculum pronunciaret [7]).

Equidem carmen Silianum et legeram, et penitus mihi videbar eius ambitum, indolem, conſilium perſpexiſſe, ante quam ad illas diſputationes legendas acceſſeram. Igitur praeter animorum motum, veritati omnino inimicum, quo illi in certamen deſcenderant, hoc maxime videbam, utrumque prius iudicaſſe de Silio, quam carminis Siliani naturam, conſilium, et fines inveſtigarint, utrumque, caeterorum fortaſſe exemplo atque auctoritate nixos, cum receptam carminis epici notionem, veluti certam iudicandi normam unice ſequerentur, in manifeſtum et prope neceſſarium errorem incidiſſe. Ac profecto contemtus illius, in quo prae caeteris aetate et pretio aequalibus poetis, Silius inprimis habitus fuit, hanc praecipuam cauſam fuiſſe arbitror, quod viri docti, auctoritate pollentes, vulgo ita de eius carmine ſentiebant, ut reliqui omnes, qui iſtam auctoritatem amplectebantur, atque ex his, quae illi dicebant, totam carminis dignitatem utilitatemque metiebantur, a legendo et ulterius iudicando abſterrerentur.

Itaque, ex quo tempore ad carmen edendum animum appuli, maxime omnium opus mihi eſſe videbatur, ut tandem aliquando certa iudicandi norma conſtituta, illa opinionum vel fluctuatio vel perverſitas tolleretur.

7) Similem olim Palmerii contra Scaligerum de Lucano, quem ille Virgilio, ſi non ſuperiorem, tamen parem iudicabat, contentionem fuiſſe, Burmannus in praefatione ad Lucanum notavit. Neque olim defuiſſe, qui de Silio eodem modo pugnarent, iam Modius declaravit, cum Muretum rogaret, ut dirimeret litem eorum, qui partim Silium anteferre, partim poſtponere Virgilio ſolerent. v. Epiſt. Nov. Lect. 14.

retur. Ego quidem cum nemine de Silio contendo. Neque etiam, quae multorum editorum ridicula et perniciosa veritati levitas est, Silio idcirco parcam, quod edendum suscepi. Aperte et perspicue dicam, quae sentio. Id vero agam non eo modo, quo ante me nonnulli, qui videbantur Silio irasci, quod non ex formulae suae praeceptis carmen conscripserit: quem ego quidem modum valde perversum et iniquum existimo. Faciam, quod recta ratio et aequitas postulat. Ex ipso carmine dispiciam, quid sibi poeta voluerit. Ita demum, recte rem suam gesserit, nec ne, facillimum et aequissimum pariter iudicium erit. Primum igitur, quibus ex fontibus hauserit poeta argumentum carminis, quem eius ambitum fecerit, quomodo tractaverit rebus et verbis, declarabo. Deinde, quae ex his omnibus sequantur, ita tradam, ut quae sit carminis natura, quod poetae consilium, et quale de ingenio poetae carminisque dignitate iudicium sit ferendum, perspicue intelligatur.

Vniversam rerum earum, quae quidem ad historiam belli Punici secundi pertinerent, et veluti omnis narrationis fundamentum haberent, materiem e Liviani operis decade tertia Silium depromsisse, et pervulgatum est, et a nobis per totum Commentarium ita declaratum, ut dubium amplius esse non possit. Neque operae pretium sit, disquirere, utrum praeter Livium subinde alios auctores vel poetas, qui idem argumentum tractaverint, secutus fuerit. Nam et illi poetae, si qui praeter Naevium extiterint, cum Naevio omnes deperditi sunt, et Livius ipse ex tot aliis, Polybio etiam, hausit, ut nemo definire audeat, utrum illius, an huius potissimum vestigiis insistat. Enimvero, cum animadvertamus, ubicunque plurium eiusdem rei narratio discrepet, Silium ita rem narrare, uti in Livio suo repererat, nisi forte arbitrium poeticum mutandae narrationis libidinem induxisset,

duxisset, manebit illa ratio quam supra posuimus, e Livio Silium hausisse.

Carminis fines, ipsius belli Punici secundi, ut par erat, finibus attemperavit. Si ab introitu operis et ornatu eius poetico res ipsas separamus, initio facto a Sagunto expugnata, in qua Hannibal belli post Romanorum ad Aegates victoriam continuandi praetextum quaerebat, usque ad Carthaginem a Scipione devictam narratio progreditur. Sed maioris momenti observatio est, quem rerum narrandarum ordinem fixerit. Nam ea postea utemur, cum ad poetae consilium carminisque indolem iudicandam oratio nostra pervenerit. Itaque quum totum bellum Punicum secundum continuam expeditionum pugnarumque inter Hannibalem et Romanos editarum seriem complecteretur, quarum aliae partim laborum periculo et atrocitate caedum, partim declaratae virtutis gravitate, eventus magnitudine, et victoriae splendore eminerent, aliae autem minorem copiarum apparatum, leviorem impetum, et minus ex eventu vel fortuna utriusque partis momentum haberent, in illis quidem prioribus, v. c. Sagunto eversa, Alpibus superatis, clade ad Trebiam, Thrasymenum facta, victoria Cannensi etc. poeta maxime eum ordinem servavit, quo a Livio traditas invenerat. Neque enim idonea causa erat, quare ab ordine historico recederet. In posteriore autem genere rerum gestarum plerumque nec illum ordinem tenuit, neque, ut a Livio factum videmus, tempora, quibus quaeque evenerint, accurate notavit, arbitrio quodam suo usus, et ea opportunitate, quam carminis descriptio et ornatus poeticus postulabat. Vtriusque generis documenta atque exempla qui desiderat, facile negotio in Commentario nostro passim adnotata reperiet.

Iam porro demonstraturi, quomodo totum illud argumentum tractaverit, non possumus profecto per singulas

gulas carminis partes poetam persequi. Nam et longior ea disputatio foret, et moleste repeteremus, quae ad singula loca in ipso Commentario commodius adnotavimus. Quamobrem universe dicimus, Silium ita in omni opere componendo versatum esse, ut eum magis poetae quam historici partes sibi sumsisse appareat. Complexus enim animo totam rerum in bello Punico secundo gestarum materiem, periculumque facturus carminis, in quo, quantum fieri posset, nihil deesset, quod ad formam carminis heroici, Homeri maxime et Virgilii auctoritate constitutam pertineret, huic quidem formae omnem tractandi argumenti rationem accommodavit. Vnde Silio duplex cura nascebatur, primum *delectus rerum narrandarum*, deinde *ornatus poetici*. Ac de rebus ipsis non valde sollicitus esse poterat. Nam quemadmodum universum bellum Punicum prae caeteris omnibus, quae a Romanis unquam gesta erant, facinorum, periculorum, laborumque magnitudine, atrocitate, et gravitate facile eminebat, ita singulae inprimis res gestae, quibus tanquam fundamento omnis belli historia superstructa erat, maxime consilio poetae favebant. Ergo quicquid in Livio tradebatur obsidionum, expugnationum, proeliorum, cladum, itinerum, fortiter, atrociter, graviter dictorum factorumque, horum nihil videmus a Silio praetermissum. Nam ea omnia et carmen heroicum decebant, ut a poetis summis, Homero inprimis et Virgilio, usurpata, et ornatum poeticum, qualem sibi animo finxerat, commode admittebant. Sed in caeteris rebus, in quibus vel maxime historiae fides et veritas, vel scriptoris historici dexteritas et religio cernitur, Silium a Livio discrepare, et poetae potissimum partibus explendis intentum fuisse animadvertimus. Id quo pertineat, paucis exponamus.

Historia omnis cum narratione constet rerum certo et continuo temporis ordine, caussarumque nexu gestarum,

rum, periti ſcriptoris eſt, illum ordinem et hunc nexum ita declarare dicendo, ut quomodo inchoata, continuata et perfecta quaeque res ſit, cognoſci legentibus, dictorumque fides et veritas probari poſſit. Iam, inter Latinos quidem, nemo in eo genere accuratius Livio verſatus eſt. Nam is bellum Punicum, quamvis ſumma rerum geſtarum, temporum, hominumque varietate inſigne, tamen univerſum ita ex cauſis ſuis aptum et nexum expoſuit, ut, cum legimus, neque rerum veritatem, neque ſcriptoris fidem deſideremus. Atque ex eodem ἀκριβείας hiſtoricae fonte, caeteras etiam Liviani operis virtutes, dicendi ordinem, perſpicuitatem, ubertatem, et ſi quae ſunt aliae eius generis, profectas animadvertimus, ut, quem certiſſimum fideque digniſſimum ſcriptorem reperiamus, eundem etiam eloquentiſſimum debeamus agnoſcere. Iam cum Livio Silium poetam licent contendamus.

In quo ſi ab ornatu poetico res ipſas ad hiſtoriam belli Punici ſecundi pertinentes ſeiungamus, maxime illa narrationis veluti vincula, quae Livius adhibuit, hoc eſt, cauſas et nexus, quibus quaeque res orta et cum ſequentibus iuncta eſt, requirimus. Vnam de Sagunto expugnata narrationem, quia integri operis et ipſius belli Punici ſecundi initium faciebat, ita poeta expoſuit, ut, quibus cauſis, quove Hannibalis conſilio inſtituta expugnatio fuerit, veluti introitus loco diſſereret; quamvis bene multa admiſcuit, quae poetam potius quam hiſtoricum prodant. Sed in caeteris rebus narrandis multo rarius nexus illius hiſtorici curam geſſit. Plerumque lectores in mediam rem abripit [8]); ac ſi quando tranſitus cuiusdam cauſarumque notationis veſtigia, et tanquam totius operis quasdam coniuncturas deprehendere nobis videamur, ea omnia et leviſſima ſunt, et magis in verbis quam re cernuntur. Vt brevi omnem ſen-

8) v. in Commentar. ad lib. VI, 301. quae notata ſunt.

ſententiam meam complectar, in Livio integrum corpus eſt, machina quaedam ſuis ipſa partibus variis et membris cohaerens, una, et abſoluta: in Silio illas partes et haec membra ſuo quaeque ornatu ſeparatim expoſita, veluti picturas quasdam ſingulares, vel emblemata, vel ſcenas ex magna aliqua fabula decerptas reperio, ut, ſi Polybii, Appiani, Livii, ſcripta periiſſent, agnoſceremus quidem carmine Siliano expreſſas eſſe ex bello Punico ſecundo ſymbolas, ſed hiſtoriam, unde rerum geſtarum ratio, cauſae, tempora, nexus, totiusque belli curſus et veluti *οἰκονομια* intelligi poſſet, non haberemus 9).

Satis, opinor, de rerum delectu diximus. Sequitur, ut, quomodo Silius in ornatu poetico ſe comparaverit, exponamus. Qui quidem ornatus, cum partim in rebus inſit, partim in verbis, duplex nobis, primum de tractatione argumenti poetica, deinde de ſermone poetico, diſquiſitio oritur. In utroque autem ornatus genere, dubitari non poteſt, quin carminis heroici ſeu epici formam et legem, iam tum auctoritate principum poetarum Homeri et Virgilii ſancitam, expreſſerit. Nam quum ea praecipue carminis heroici dos eſſet, ut occuparetur effingendis ornandisque rerum formis et imaginibus iis, quae admiratione animos tenerent, acrioresque et generoſiores motus ac ſenſus progignerent, Silius omnes, quibus pollebat, ingenii vires intendiſſe, univerſamque doctrinae ſuae copiam eo contuliſſe videtur, ut carmini ſuo eandem illam, quam diximus, dotem impertiret. Itaque quicquid extabat artificiorum poeticorum atque ornamentorum, quae rebus narrandis gravitatem quandam et vim epicam, ſaltem epicum colorem

9) Quae in hanc partem annotarunt viri docti, ut Voſſius Hiſt. Lat. Marc. Velſerus I. Rer. Boic. p. 8. Olaus Borrichius de Poetis p. 61. maxime eo pertinent, ut hiſtoricam fidem Silio tribuant.

rem conciliarent, iis ſingulas argumenti partes inſtruxit. Atque ego quidem inprimis hoc egi in univerſo Commentario, ut illud poetae inſtitutum ſingulis in locis monſtrarem et explicarem. Igitur ne repetendo moleſti ſimus, in uno exemplo ex tertio carminis libro petito acquieſcamus, unde de caeteris iudicari facillime poterit.

Sagunto expugnata Hannibal conſtituit Alpibus ſuperatis Romam petere. Itaque omnibus copiis collectis iter aggreditur, et poſt varios labores exantlatos Alpes transſcendit. Haec diſerte Livius tradit, atque ita narrat, ut eleganti ſcriptori et hiſtorico conſentaneum erat. Quid autem poeta? Primum videbat tenuem et vulgarem orationem futuram eſſe, ſi nihil amplius quam hoc dixiſſet: Hannibalem decreviſſe, vel conſtituiſſe. Ergo bene memor rationis Homericae, quae iam fere in caeterorum poetarum conſuetudinem abierat, Deorum miniſterium et opem uſurpandi, ubi heroibus res arduae vel cogitandae vel perficiendae eſſent [10]), Iovem advocat, qui Mercurio miſſo Hannibalem ad bellum contra Romanos perſequendum excitet. Hoc modo ad varios ornatus explicandos via munita erat, atque ita carmen poeticum quendam colorem traxerat, qui, ſi nulla alia re, tamen auctoritate ſaltem Homerica, et conſuetudine Virgiliana ſe tueri poterat [11]). Porro cum eo narratio perveniſſet, ut iam Hannibal dicendus eſſet cum copiis ſuis iter ad Alpes inſtruxiſſe, profecto non poterat poetae noſtro ſufficere ſimplex brevitas Livii, qui illas copias, non ſingulis gentibus, quibus conſtiterint, ſed in univerſum militum numero utcunque computando deſignaverat. Itaque ſecutus exempla Homeri et Virgilii, quorum loca huc pertinentia in Commentario laudavimus, omnium fere populorum ex univerſo imperio Libyco

10) v. nott. ad lib. IX, 287. et 340.

11) cf. lib. X, 338. ſqq. IV, 724.

Libyco excitorum ita recensum fecit, ut non singulorum modo nomina efferret, sed et suis quemque moribus, institutis, vitae genere, magno cum ornatus poetici tum doctrinae apparatu insigniret, eoque veluti episodio quodam tertiam Libri partem expleret.

Eodem artificio usus est in copiarum Latinarum recensu, qui Libro octavo inde a vers. 354. continetur [12]). In quo genere maxime dominatur consuetudo poetica, definite, hoc est, certis temporibus, hominibus, rebusque inducendis singula enunciandi, ubi sermo vulgaris et prosaicus universe atque indefinite loquitur. Hinc non illi solum recensus orti, sed multa alia genera fictionum, allusionum, descriptionum, in urbibus earumque conditoribus, in fluminibus, universisque terrarum tractibus, deinde in militum ducumque singulorum nominibus derivandis designandisque, in carmina cum aliorum veterum, tum vero etiam Silii inducta sunt. Quid dicam de exaggerandi studio per omne carmen conspicuo, quo res magnas, memorabiles, arduas, foedas, turpes, tam acribus ac densis verborum veluti coloribus pictas extulit, ut naturae ordo et consuetudo tolleretur, singulaeque tanquam miracula quaedam attonitos admiratione animos tenerent [13]). Quo quidem poetae instituto quantum de veritate historica detractum fuerit, facile est intellectu. Quid porro episodia loquar, sive ex levioribus historicae narrationis vestigiis expressa [14]), sive ad normam et exemplum poeseos epicae conficta [15]), quale inprimis luculentum est, quod Libro tertio decimo de Scipione ad inferos descendente secundum Vlyssis Homerici et Virgiliani Aeneae exempla intexuit. Sed eius generis plura alia per singulos libros sparsa reperiun-

12) cf. quae dicta sunt ad lib. VI, 5.

13) v. lib. VIII, 626. IX, 365. 67. et 491. sqq. X, 450. sq.

14) v. lib. IX, 67. X, 504.

15) v. lib. IV, 765. sq.

riuntur. Denique non opus eſt diu immorari in illo ornatus genere, quod Silius partim comparationibus, partim perpetuo mythologiae fabularumque Graecarum et Latinarum uſu conſecutus eſt. Quomodo enim carminis heroici formam animo concipere, quove modo ſe ad imitationem Homeri et Virgilii comparare potuiſſet, niſi iſta quoque ornamentorum poeticorum genera uſurpare conſtituiſſet? Itaque his omiſſis, de quibus in Commentario paſſim commodius diximus, illum diſputationis tramitem, quem nobis ipſi initio deſcripſimus, perſequamur. Nam de ſermone Silii poetico quae nobis neceſſaria videbuntur, paucis poſtea diſſeremus.

Iam primum ſi ſingula colligamus animoque complectamur, quae hactenus diximus in carmine Siliano reperiri, quid Silium putabimus ſibi voluiſſe, cum carmen ſcriberet? hiſtoriam belli Punici ſecundi? At enimvero vidimus rerum in illo bello geſtarum neque accurate ordinem ſervatum, neque cauſas et nexus notatos, immo vero amplificandis, immutandis, contrahendis, fingendis ornandisque rebus ita Silium indulſiſſe, ut in univerſum nec fidei nec veritati hiſtoricae locus relinqueretur, neque formam vel *οἰκονομίαν* quandam belli iſtius animo nobis informare poſſemus, niſi accuratis Livii et Polybii narrationibus adiuvaremur. Quas qui cum carmine Siliano contendat, atque etiamnum arbitretur poetae propoſitum fuiſſe, ut hiſtoriam belli Punici ſecundi verſibus enarraret, nae is leges, virtutes, conſiliumque hiſtoriae prorſus ignoret. — An epopoeiam voluit? Argumenti quidem tractationem epicam, ornatum epicum, gravitatem narrationis epicam reperio. At quis rebus illis ſtatim abſolvi dicat carmen epicum eius generis qualia Iliadem Aeneidemque habemus? Profecto colores et ſpecies quaedam externa non ſufficiet, ſi velimus ex ingenio operis Homerici vel Virgiliani carmen illud metiri! Quem, quaeſo, Silianum

heroem, cum Aenea vel cum Vlysse ita componamus, ut actionis unitatem, necessitatem et quandam veluti contagionem per universum carmen dimanantem in utroque parem agnoscamus? Dicamusne Hannibalem esse heroem carminis, ad hunc omnia redire? Scilicet is princeps per omne bellum Poenorum imperator fuit. Nihilne autem Romanis imperatoribus, nihil Scipioni tribuamus? Num eorum leviores, quam Hannibalis, in bello hoc Punico partes sive virtutes fuerunt? An dicemus Silio propositum fuisse, ut, quemadmodum Aeneae ex Troia capta profugi post longos errores in Latium adventus et condita ab eo in his locis Troianorum colonia novaque sedes parata a Virgilio in Aeneide exponebatur, ita ille Romanorum post magnos labores exantlatos fortunam et victoriam traderet? Nempe hic belli Punici secundi eventus fuit, qui non consilio vel artificio poetae, sed rerum gestarum tali conversioni debetur. Plures huiusmodi loci communes excogitari poterunt, quibus statuamus Silium opus suum superstruxisse, si modo nunc necesse esset, ut in argumenti unitate, vel certo carminis heroe constituendo valde elaboraremus.

Quid multa? Nonne maxime consentaneum est, Silio ipsi carminis sui ambitum et consilium perspicue describenti maiorem quam opinionibus nostris fidem haberi? Is itaque libri primi initio versibus viginti prioribus eam operis totius descriptionem facit, quae, si ornatum poeticum exuas, ad hanc simplicem sententiam redit: bellum Punicum secundum enarro, quo Carthago in ditionem potestatemque Romanorum redacta est. Iam quomodo poeta hoc argumentum tractaverit, supra demonstravimus. Hinc efficiebatur, Silium neque hoc egisse, ut historiam belli Punici secundi conscriberet, neque ut carmen epicum eiusmodi, quale Homeri et Virgilii ingenio debemus, componeret. Quid igitur restabit? Mihi quidem, ut tandem aliquando dicam, quid

quid ſentiam, perſuaſum eſt, carmen Silianum eſſe quandam veluti μελέτην, ſ. ἐπίδειξιν, ſeu ut nomine utar ex rhetorum latinorum palaeſtra petito, declamationem vel exercitationem poeticam, cuius argumentum auctor ex belli Punici ſecundi hiſtoria ſibi delegerit. Sed ut huius omnis nominis et ſententiae vis et cauſa accuratius intelligatur, pauca praemonenda ſunt [16]).

Cum vetere hiſtoria, tum noſtrae aetatis uſu edocti ſcimus, literarum et artium, veluti ex naturae univerſae imitatione, hunc ordinem fuiſſe, ut cum primum ad ſummae excellentiae faſtigium excultae fuerint, ſenſim ſenſimque ſive hominum deſidia et negligentia, ſive quadam emergendi ad altiora et ſuperandi deſperatione, ſive denique rerum publicarum ea converſione, quae priſtinam ingeniorum vim frangeret, atque aliorſum ſtudia traduceret, ad ſuperioris formae, quam exuerant, exilitatem quandam relaberentur. Haec autem mutatio in nullo genere literarum magis quam in eloquentia et poeſi apparuit. Apud Graecos quidem eloquentia cum inde a Solone et Piſiſtrato per tempora reipublicae Athenienſis et libertatis uſu et praeſtantiſſimorum ingeniorum ubertate feliciſſima, usque ad Demoſthenis aetatem floruiſſet, non multo poſt, ſublata libertate, morumque ac ſtudiorum facta mutatione, a cauſarum veritate et lumine forenſi ad ſcholarum gymnaſiorumque umbram et fictarum cauſarum ſimulacra traducta paulatim degeneravit atque elanguit vitio rhetorum et ſophiſtarum, qui omne eloquentiae ſtudium ad oſtentationem quandam doctrinae et artis affectationem conferrent. Apud Romanos autem eandem poſt Ciceronis aetatem eloquentiae ſortem fuiſſe, quis ita parum doctus eſt, ut ignoret? Hinc itaque Graecorum quidem μελέται, ἐπιδείξεις, Roma-

16) v. quae docte diſputavit Wolfius V. C. in Prolegom. ad Demoſthenis Orat. Lept. p. 34 ſq. Caſaub. ad Theophr. Char. 5.

Romanorum vero declamationes ortae ſunt, ſubtilitate, acumine, quaeſitaque quadam elegantia refertae, at robore et nervis deſtitutae, eoque remotiores a naturae pulcritudine et veritate, quo eſſent ab arte luxuriantius inſtructae. In re poetica Romanorum (nam de his nobis nunc potiſſimum ſermo eſt) quid ſimile acciderit, paucis poterit demonſtrari. Feliciſſima poeſeos Latinae aetas, non dubium eſt, quin fuerit Horatii et Virgilii temporibus terminata. Hi enim, et quicunque ante eos poetae celebrati ſunt, quamvis ingenii felicitate inter ſe diverſi, tamen illud omnes habebant praecipui, quod, cum primi Graecorum artem univerſam poeticam et ornatus latino ſermone exprimerent, non ſolum rei novitate placerent, ſed et alieni ab aemulationis certandique libidine, rectum ubique iudicium ſequerentur, et artis elegantis apud Latinos exempla exiſterent. Poſt illam aetatem, veluti uſu priſtino attritis ingeniorum viribus, et fontibus exquiſitioris artis, cuius exempla Graeci praeiverant, ita exhauſtis, ut praeter variationem ornatus veteris, et imitationis domeſticae curam prope nihil relinqueretur, inductum eſt quoddam luxurioſum poeſeos genus, in quo tanto plus aemulatio atque externi ſplendoris adfectatio valebat, quanto minus ab inventionis novitate et ingenii nativa praeſtantia commendabatur [17]. Itaque etiam animadvertimus ea aetate maiorem iſtius ornatus proferendi et variandi, qui in ſolis propemodum verbis erat, quam argumenti ſcite deligendi et recte tractandi curam extitiſſe. Omnis vis poetica, quam antehac ingenii admirabilis quaedam venuſtas atque elegantia, imaginationisque feliciſſima ubertas et divina efficacia declarabat, tum maxime doctrinae et artis vetuſtae oſtentatione quadam cernebatur [18]. Cuius rei illud etiam manifeſtum indicium eſt, quod carminum argumenta, in quibus poetica arte exornandis elaborarent, maxime

17) v. Petron. Satyr. cap. 118. 18) Quinctilian. Inſt. X, 1.

maxime ex hiſtoria Romana repetebant. Neque enim profecto intelligo, quid ſibi velint, qui hiſtoriam domeſticam ab aliis dudum eleganter et perſpicue narratam, denuo carmine recanant, niſi velint ſpecimen doctrinae et artis proponere, in quo et ſibi placeant, et ſuorum hominum admirationem captent. Hinc igitur poetarum illae ἐπιδείξεις, ſeu exercitationes poeticae natae ſunt, in quarum numerum non Silii modo, ſed et aequalium, Statii, Lucani, Valerii Flacci aliorumque ſimilia carmina referre ſoleo. Quae cum lego, videor mihi definire poſſe, quid illorum quisque ſcribendo conſequi voluerit, Statius quidem, ut ſublimitatis artem prae ſe ferret, Lucanus, ut ſententiarum acumen probaret, Valerius et Silius, ut doctrinam exprɷmerent; quamvis fatendum eſt, ſingulos cum diverſo ingenii, iudicii, artis et doctrinae apparatu ad ſcribendum acceſſiſſe.

Quodſi igitur illam, quam hactenus expoſuimus, ſententiam tenemus, non erit dictu difficile, quam ſibi ipſe Silius formam et deſcriptionem carminis ſcribendi animo informaverit, quove conſilio omne opus fuerit adgreſſus. Vir omnis generis doctrina inſtructus, poetarumque Graecorum et Latinorum, inprimis Homeri et Virgilii, quorum communis omnium admiratio erat, lectione imbutus, carminis heroici ſcribendi conſilium cepit. Iam cum omnis hiſtoriae Romanae, e qua carminis materiem petiturus erat, nulla pars extaret, rerum geſtarum copia, varietate, magnitudine, facinorum virtute atque atrocitate, hominum denique fortitudine et gravitate inſignior, adeoque ad univerſam formam poeticam carmini induendam nulla aptior ea, quae bellum Punicum ſecundum complecteretur, hoc carminis argumentum ſumere conſtituit. Neque porro erat praeter Livium quisquam Romanorum, cuius veſtigia commodius atque utilius ſequi poſſet. Sed intelligebat aliter hiſtoricum, aliter poetam narrare. Ab illo poſtulamus,

ut vera, accurata, perſpicua narratio ſit. Poetae plerumque fidem condonamus, dummodo nobis artem probet, dummodo nos teneat, delectet, moveat. Haec ergo ut carmine Silius conſequeretur, argumenti tractandi et ornatus poetici adhibendi eum modum tenuit, quem ſupra accuratius deſcripſimus. Ita carmen Silianum natum eſt.

Iam expoſitis iis, quae maxime ad formam et ambitum carminis Siliani declarandum pertinebant, reſtat, ut de eius pretio et dignitate, quodnam iudicium ferendum ſit, diſquiramus. Cum autem duo potiſſimum ſint, quae poetae artem, iudicium et doctrinam inprimis declarent, primum delectus argumenti, deinde eius tractatio, quaeritur, an Silius in utroque genere ſe ita geſſerit, ut illas nobis virtutes probaret.

Ac primum argumentum carminis circumſpiciens poeta, quamvis ab inventionis laude ſponte ſe abſtinebat, tamen curare debebat, ut et epicae gravitati, quam ſectabatur, aptum eſſet, et ſatisfaceret lecturis. Iam cum dubium eſſe non poſſit, quod ſupra aliquoties commemoravimus, bello Punico ſecundo tantam a rebus geſtis, ab hominibus, quibus in eo adminiſtrando praecipuae partes fuerunt, denique ab eventu gravitatem eſſe, ut apta eius narratio facile admittat eam dignitatem, quae carminis heroici propria eſſe ſolet; ſequitur altera quaeſtio, fueritne hoc argumentum ita comparatum, ut, carmine expreſſum, animos legentium iucunde tenere, atque omnibus iis ſenſibus imbuere valeret, quibus imbui cupiunt, qui carmini tali legendo operam dant. Fabulam, vel fictionem poeticam, cuius magna et nota ad animos tenendos, delectandos, movendosque vis eſt, carmini deeſſe, nunc neque valde urgeri neque magno vitio poetae verti velim. Nam ſi verum aut probabile eſt, quod ſupra diſſeruimus, Silium non hoc egiſſe, ut epopoeiam ſcriberet eiusmodi, qualem in Homeri Iliade vel

vel Virgilii Aeneide agnoſcimus, ſed potius μελέτην ſ. ἐπίδειξιν quandam vel exercitationem poeticam, ſolenni carminis epici formae attemperatam ſcripſiſſe, facile intelligitur, fabulae, quam proprie dicimus, non eam neceſſitatem eſſe, ſine qua carminis ipſius ratio et conſilium conſtare non poſſit. Enimvero aliae cauſae ſunt, quae illam carminis vim, de qua diximus, ſi non plane tollant, tamen minuere poſſint, primum quod recentior eſt hiſtoria et ab aetate heroica remotior, deinde quod a Graecis Latinisque ſcriptoribus tam eleganter, perſpicue atque accurate tradita eſt, ut, qui eandem poſt illos ſcriptores retractet, non valde deſiderari poſſit. Novitas quantum valeat ad animos tenendos, perpetuo vitae humanae uſu inter omnes conſtat. Quomodo autem quisquam ſe valde delectatum aut commotum ſentiat denuo legendis iis, quae iam ab aliis multo ante bene tradita acceperat? niſi forte in ſola poetae arte, carminisque gratia et luminibus eius admiratio haereat. Ita vero eum non tam res ipſa quae narratur, quam rei tractatio tenebit, de qua mox ſeparatim dicetur. Relinquitur ergo Silium in carminis argumento deligendo non eo cum iudicio verſatum eſſe, quod a ſcriptore perito et eleganti poſtulari atque expectari poteſt [19]).

Sed ut iniquitatis in iudicando Silio vel leviſſimum periculum evitemus, videndum eſt, annon cogitari poſſint, quae illum poetae delectum aliquo ſaltem modo excuſent. In qua quidem cauſa mihi videtur conſentaneum eſſe, ut temporis, quo ille ſcripſit, rationem habeamus. Illo autem tempore, cum reipublicae priſcae

 virtus

19) Si qui forte ſint, qui mirentur, quare non omnibus conviciis Silium proſciderim, ut quondam ſolebant homines docti, ſi quem ſcriptorem deprehendiſſent non ex formula ſua ſcripſiſſe, his praefationem Burmanni Lucano praemiſſam commendo. Nam quae ibi in Lucanum dicta ſunt, ea Silio exprobrare poterit, qui moroſior iudex eſſe velit.

virtus et fortuna, summorumque hominum, quos illa tulerat, facinora eo maiorem admirationem haberent, quo rariora similis virtutis exempla erant, quoque pronius res Romanae ad interitum vergebant, haud dubie sperare Silius poterat, fore, ut hoc argumentum carminis, quo vix aliud extaret in historia patria clarius et memorabilius, quamvis retractatum post multos alios, tamen iucunde animos teneret legentium, praesertim cum expositum esset eo doctrinae ornatusque poetici apparatu, quem tum inprimis laudare et sectari solebant. Atque eum hanc spem non prorsus fefellisse, intelligitur testimoniis eorum, qui Silianum carmen laudibus extulerunt [20]. Praeterea satis magnus iniri numerus possit hominum nostrae aetatis, quibus et prodesse variis de caussis, et oblectamento esse carminis lectio queat. Neque enim credibile est omnes, etiam doctos, ita historiae Romanae prorsus familiares esse, Livii, Polybii caeterorumque de bello Punico narrationes tam studiose edidicisse, tamque penitus omnem artem poeticam percepisse, ut in toto carmine Siliano nihil reperire possint, quod admirentur, quo doctrinae copias augeant, vel animo sensuum bonorum iucundorumque cumulum addant. Inprimis autem aetas iuvenilis valde teneri delectarique solet legendis iis, quae vitae quotidianae et communis consuetudinem superant, bellis, pugnis, cladibus,

20) Quam ineptum esse soleat eorum acumen, qui, cum reprehensionibus suis fidem facere volunt, aliorum laudes elevare student, memorabili exemplo *Clementis* intelligi potest. Nam cum eum male haberet versus Martialis, quo *perpetui nunquam moritura volumina Silii* extulit, ita callidus fuit, ut contenderet, veram Martialis, hominis facetissimi, sententiam interpunctione adiuvandam, et versum hoc modo esse legendum: *Perpetui nunquam, moritura volumina Sili.* Deinde haec addit: „Quoi qu'il en soit, un Poëme qui n' est lu tous les cent ans que de deux ou trois personnes, ne sera jamais un Ouvrage immortel, quelque ancien qu'il puisse être." Haec scilicet critica sapientia erat.

dibus, et quae phantaſmatibus artificiisque poeticis ita elata ſunt, ut ſenſibus magnis, novis, miris animum occupent. Quare non video, quomodo valde reprehendendus ſit, qui monuerit, ut in ſcholis cum lectione Horatii et Virgilii, quorum elegantiis et virtutibus recte ſentiendis atque in uſum convertendis vix par eſſe poſſit iuvenilis aetatis levitas, Siliani operis lectio iungatur, praeſertim ſi eam moderetur peritus magiſter, qui carminis vitia et bona recte diſtinguat, in quo ipſo egregium diſcendi acuendique iudicii exercitium eſt. Nam quodcunque iſtam aetatem nec tenet, nec delectat, id nec in animos alte deſcendit, adeoque non valde poteſt prodeſſe.

Sequitur, ut qualem ſe in argumenti tractatione Silius praeſtiterit, paucis videamus. In qua quidem re ne iudicium praecipitemus, quod a multis inique factum eſt, conſilium poetae ante oculos habeamus neceſſe eſt. Quodſi enim Silium hoc inprimis egiſſe nobis perſuadeamus, ut belli Punici ſecundi hiſtoriam verſibus doceret, profecto inertem, ridiculum et prope amentem poetam iudicabimus, qui rebus et verbis ita ſe comparavit, ut omnis hiſtoriae vis et conſilium, hoc eſt, veritas et fides tolleretur. Putemusne autem Silium ita omnis rationis ſenſusque expertem fuiſſe, ut neſciret totum illum apparatum poeticum, machinationes et miniſteria Deorum, mythos veteres, epiſodia, comparationum deſcriptionum, imaginum, phantaſmatumque ambitus ab hiſtorica veritate quam maxime abhorrere, praeſertim ubi res recenti memoria geſtae ſint, vel ita dudum a peritis elegantibusque auctoribus traditae, ut ficta a veris facili negotio diſtingui queant? Quid igitur? Nempe vel inviti retrahimur ad eam ſententiam, ut exiſtimemus Silium pro more aetatis et aequalium ingenio indulſiſſe, exercitationem poeticam ſcripſiſſe, in qua hiſtoria de bello Punico ſecundo non ita doceretur, ut, quales

quales fuerint res geſtae, ſciremus, ſed potius doctrinae poeticae expromendae atque oſtendendae ſerviret. Ita ſaltem Silium non dicemus mendacem, vel ineptum, vel omnis artis expertem; ſatis eſt, ſi hominem doctrina ſua ad luſum ingenii abuſum eſſe iudicaverimus. Ita fortaſſe hi ipſi luſus nos delectabunt, ſi, ludere poetam voluiſſe, ſciamus. Ita denique ne in mentem quidem nobis veniet e Silio diſcere, quomodo hiſtoria verſibus enarranda, vel quomodo carmen epicum ſit ſcribendum, cum neutrum illum voluiſſe intellexerimus. Et neſcio profecto, an illud ipſum poetae inſtitutum, quod multis reprehendendi et contemnendi adeo materiem praebuit, machinationes et miniſteria Deorum, omnemque illum apparatum ornatumque epicum, quem ſupra deſcripſimus, adhibendi, neſcio, inquam, an hoc inſtitutum etiam laudandum ſit, et conſiderato poetae iudicio tribuendum. Nam cum omnes ſentiant nihil poſſe ieiunius et ineptius eſſe carmine eo, quod hiſtoriam veram et recentiorem meris verſibus enarret, una fere illius faſtidii abſurditatisque minuendae poetae ratio relinquitur, quam Silius uſurpavit, ut ignotis nota, vera fictis, nova antiquis, mira quotidianis miſceat, atque ita notas rerum facies quibusdam veluti larvis induat, quae dum vetuſtatis ſenſu intuentium animos illudant, novitatis illius et familiaritatis quandam oblivionem faciant, et varietate ſua lectionis et ſuavitatem et conſtantiam augeant. Quicquid ſit, certe dubitari vix poteſt, quin hoc genus tractationis carmini ad epicam formam compoſito multo ſit convenientius, illa ratione, quam Lucanus in Pharſalicis tenuit, qui omnem paene ornatum carminis ſententiarum acumine, et rhetorica quadam declamatione complexus, modo in moleſtum tumorem, modo in tenuem et mollem ſubtilitatem incidit, quae ambo ſunt vitia epicae gravitati, ab illo inprimis quaeſitae, prorſus contraria.

Sed

Sed ne in iſto quidem ornatu adhibendo Silius ita ſe geſſit, ut excuſationem noſtram, ne applauſum dicam, diu vel certe in omnibus tueri poſſit. Nam dum declarare volebat, quantum valeret arte ornandi, ecce in ornandi libidinem et luxuriem incidit. Quae quibus in rebus inſit, vel ex nomine, cuius vis in nimia adeoque vitioſa abundantia cernitur, intelligi poteſt.[1] Dominatur autem et in rebus et in verbis, habetque eandem offenſionem, quam obruta denſis acrioribusque coloribus pictura, vel in omni cultu vitae cumulati nimium ornatus habere ſolent. Iam in hoc vitio, quod omnibus fere huius aetatis poetis proprium eſt, maxime imitationis et ἐπιδείξεως illius, quam ſupra deſcripſimus, culpam animadvertimus. Nam cum Silio, quemadmodum ſaepe monuimus, propoſitum eſſet, quicquid conſuetudo veterum poetarum, atque inprimis Homeri Virgiliique exempla, ornamentorum epicorum ſuppeditaſſent, id omne in carmen ſuum conferre, neque tamen vellet ita illorum veſtigia ſequi, ut ſervilis quaedam imitandi illiberalitas appareret, neceſſarium paene ſingula ornatus genera exaggerandi, cumulandi, variandique periculum ortum eſt. Quo cum porro ſolenne artis doctrinaeque probandae atque oſtentandae ſtudium accederet, maxime illud a naturae ſimplicitate et verecundia ſectanda abhorrens, neceſſario perfectum eſt illud luxuriei poeticae genus, quo inprimis offendi ſolent, qui caſtitati et venuſtae ſobrietati Virgilianae animum adſuefecerunt; quamvis ipſe Virgilius non prorſus liberum ſe a nonnullis luxuriae illius generibus praeſtitit.

Neque vero aequum eſt, hanc omnem luxuriem ita iudicare, ut propterea contemnendum totum carmen eſſe ſtatuamus. Nam nec illa ubertas et copia colorum ubique diſplicet, niſi quis moroſior eſſe velit, nec in tanta carminis varietate deerunt virtutes, quae allicere ad

cogno-

cognoſcendum poſſint ac debeant. Quibus monſtrandis et explicandis cum in Commentario noſtro operam navaverimus, in univerſum nonnulla notabimus, quae ad dignitatem atque utilitatem carminis iudicandam pertineant.

Prima nobis poetae doctrina occurrit. Quam cum inprimis expromere omni carminis forma inſtituiſſet, tum vero maxime in mythologia, hiſtoria vetere, et geographia declaravit. Itaque nihil fere ex iſtis rebus, quod quidem memoria dignum et poetis inprimis celebratum fuit, reliquit, quin eius mentionem carmini ita iniiceret, ut infinitae prope lectionis hominem facile agnoſcas. In quo tamen genere, quemadmodum artis et acuminis non levia documenta exhibuit, ita nonnunquam etiam nimia doctrinae affectatione lapſus eſt. Nam dum locum quaerit, in quo illius copias collocare, et explicare poſſit, ſaepe fit, ut locum minus aptum occupet, aut dum curat, ne quid illarum intercidat et ſilentio praetermittatur, ad tenuem ſaepe loquacitatem gravitati epicae inimicam oratio deſcendit. Porro haud dubie doctrinae documentum eſt, quod eloquentiae poeticae, ut ita dicam, copias omnes ita carmine complexus eſt, ut ſi quis, ſecundum veterum graecorum et latinorum exempla, illarum recenſum facere velit, vix unum genus reperiat, quod non ſit aliquo in loco carminis expreſſum. In quibus etſi multa et pleraque fortaſſe ſunt, quae felici imitatione traduxit, iucunda varietate immutavit, non ſine arte auxit, vel contraxit, tamen quis in illo ſcribendi conſilio, in his imitationis veluti anguſtiis, et oſtentationis pruritu exſpectare poſſit, ut ad unum omnia recte et eleganter et ex arte tractaverit. Igitur ſi vel maxime Silii inſtitutum non univerſe probamus, at hunc tamen uſum utrumque illud doctrinae Silianae genus habebit, ut carminis lectio vel doctiores nos reddat in rebus iis, quas ſupra nominavimus, vel

iam

iam collectas copias nostras denuo reparet, confirmet, augeat.

Non possumus filum disputationis nostrae abrumpere prius, quam de sermone Silii poetico pauca adiecerimus. De quo quidem facile iudicium erit, si modo in memoriam revocemus, quae de consilio et indole totius carminis in superioribus disputata sunt. Nam cum vidimus Silium in omni carmine hoc egisse, ut singulis colligendis, quae unquam ars graeca et Romana ad epicum carmen tractandum ornandumque adhibuerat, doctrinae et artis poeticae specimen exponeret, huic ipsi consilio sermonis etiam poetici omnem formam deberi, credibile est. Itaque omnis eius indoles, si quis eam quaerat, in varietate cernitur, contraria aequabilitati illi, quam in scriptoribus suo ingenio fretis, et in Virgilio inprimis admiramur. Maxime enim illa varietas ex imitandi studio oriri solet. Quod cum Silius, non exemplo Virgilii in Graecorum solum, sed etiam in Latinorum opibus colligendis collocaret, et praeterea in hoc quoque genere, quantum doctrina valeret, declarare constituisset, natum est varium et inaequabile genus sermonis, quod singulos orationis poeticae characteres complectens, certo ipsum charactere destituebatur. Itaque si quis recte Silii sermonem poeticum iudicare velit, non in universo carmine, sed in singulis eius partibus, quomodo se comparaverit, videbit. In narratione, quae inprimis per omne carmen dominatur, omnino epicam gravitatem et formam sectatus est. Sed si in eo genere non semper usus est iis virtutibus, quae narrationis propriae sunt, maximam fons unde hausit, culpam habebit. Primum Livianae narrationis summam elegantiam, ubertatem, venustatemque videbat. Deinde singula ita enuncianda erant, ut poeticus quidam color et epica gravitas eluceret. Itaque saepe accidit, ut, cum variare Livianam narrandi formam vellet,

vellet, ſtudium brevitatis obſcuritatem, ubertatis loquacitatem, elegantiae luxuriem pareret. Sed haec, uti dixi, de ſingulis partibus narrationis potius valent. Nam in univerſum admirandum etiam eſt, quomodo in tanto ornandi, imitandique ſtudio illam tamen perſpicuitatem, quae, ſi Lucanum et Statium compares, facile eminet, adſecutus fuerit. In ornatu ſermonis, qui proprie dicitur, et in tropis figurisque cernitur, ex ſumma varietate, quam imitandi et artis oſtentandae pruritus adferebat, maxima pars illius luxuriae poeticae nata eſt, de qua ſupra diximus. Itaque terminos ſimilitudinis naturalis, quae in illo ornatu maxime valet, tranſiliens, ſaepe in contrarium audaciae, tumoris, et obſcuritatis vitium incidit. Sed cum in plerisque aliis huius generis ornamentis iuſtam moderationem adhibuerit, in multis gravem eloquentiam elegantiamque et artem ſermonis poetici, quarum exempla et cauſas in Commentario ſtudioſe explicavimus, declaraverit, illa poetae vitia non eo valere debent, ut eius bona negligamus. In quo quidem aequitatis, quam unicuique ſcriptori debemus, officium cernitur.

PRAE-

PRAEFATIO DRAKENBORCHII

Prodit tandem, et lucem publicam adſpicit C. Silii Italici poëma de bello Punico ſecundo, eruditorum virorum, ſed inprimis medica Illuſtriſſimi Nicolai Heinſii manu, ac nonnulla mea diligentia et labore multis in locis melius cultiuſque factum. Verum priuſquam id in manus ſumas, quiſquis es, elegantiorum literarum amans Lector, quaedam habeo, quorum te, quam breviſſime potero, certiorem facere apud animum conſtitui. Ea vero partim recident in auctoris noſtri vitam, ſtudia et ampliſſimos, quos geſſit, honores; partim in Punicorum illius varia fata ac caſus; partim in novam, quam nunc tibi offero, editionem, ut ſimul te doceam, quibus copiis et auxiliis inſtructus huic non infimi ſpiritus poëtae denuo in lucem emittendo me accinxerim, et amicis benigniſſimis, quorum propenſae benivolentiae multa ego et Silius debemus, publice meritas gratias referam. Verum cum argumentum illud, de quo primo loco agere propoſueram, anno proxime delapſi ſeculi quarto et nonageſimo exhauſerit Vir Celeberrimus, et in literis noſtris maximi nominis ac famae, Chriſtophorus Cellarius, dum viveret, in Academia Fridericiana, quae Halae eſt, Antiquitatum et Eloquentiae Profeſſor, ne inutili et nihil profuturo labore actum agam, aut illius ſcrinia maligne compilaſſe videar, diſſertationem eius, quam de *C. Silio Italico, Poëta Conſulari*, conſcripſit, et quae nunc in corpore omnium diſſertationum eius quarto loco conſpicitur, integram typis de-

ſcribi, et huic praefationi ſubiungi malui, ut, quae ad eam rem pertinent, inde potius peti poſſint.

His itaque miſſis, quod Silii Italici poſt obitum et poëmatis huius fatum ac conditio fuerit, inquirendum. Mortuo et rebus humanis erepto Silio, ſive id temporum, in foedam barbariem ruentium inertia ac peſſimo ſtudiorum contemtu, ſive quo alio caſu accidiſſe dicendum ſit, unicus, quem nobis reliquit, ingenii fetus duriore fortuna conflictatus, et oblivione ac ſilentio tantum non ſepultus eſſe videtur. Si enim ſolum Sidonium Apollinarem excipiamus, a tempore Plinii ac Martialis per tredecim ferme ſecula nullus fuit, qui eius vel verbo meminiſſe reperiatur. Quin inſuper conſtanti adeo fama et exiſtimatione hominum ſeculo quarto decimo volvente periiſſe credebatur, ut Franciſcus Petrarcha, primus ille humaniorum literarum inſtaurator, damnum, quod Silii poëma amittendo ſtudia noſtra feciſſe exiſtimabantur, reſarcire cupiens, opus, cui *Africae* nomen dedit, et quo belli Punici ſecundi hiſtoriam verſibus complexus eſt, compoſuerit: quod minime facturus fuiſſe videtur, ſi poetae noſtri laborem alibi locorum deliteſcentem ſupereſſe ſuſpicari potuiſſet [1]). Depulſis tandem aut fugientibus, quae orbi univerſo offuſae fuerant, ignorantiae tenebris, et felici auſpicio renaſcentibus omnis generis ſtudiis, cum monachalium biblio-

1) His contradixit Lefebure in Praefatione editionis Pariſ. 1781. p. 10. Ie ſuis actuellement convaincu par la lecture du Poëme de Pétrarque, que ce Savant en avoit un exemplaire. Drakenborch, M. le Baron de la Baſtie (Mém. Académ. Inſcript. Tom. XV.) ont répeté, d'après Lil. Girald, que ſi Pétrarque eût connu le Poëme de Silius, il n'en eût pas fait un ſur le même ſujet. Ie ſuis au contraire perſuadé, que Pétrarque n'a fait le ſien que parce qu'il avoit un Silius qu'il regardoit ſans doute comme le ſeul exemplaire qui fût reſté, et qu'il a laiſſé ignorer pour la gloire de ſon propre Ouvrage. (not. edit.)

bibliothecarum horridas latebras ſtudioſe excuterent viri eruditi, etiam Silius cum infinitis aliis priſci aevi ſcriptoribus ex ſqualido ſitu et pulvere protractus, et in lucem vindicatus eſt. Ne vero varias doctorum opiniones de auctore, loco et tempore, quo Silius repertus eſt, memorando patientia tua nimium abutar, benevole Lector, dicam, veroſimillimum mihi videri, Punica haec inventa fuiſſe per Poggium Florentinum prope Conſtantiam in monaſterio Sancti Galli tempore concilii Conſtantienſis. Certe Poggium Silii inventorem eſſe agnoſcit Hugolinus, ſeu Vgolinus Verinus, qui non longe poſt haec tempora vixit, et ſcriptis inclaruit, lib. II. de Viris Illuſtr. urbis Florent. ubi Poggium ſic commendat,

Quin etiam ſollers Germanis eruit antris
In Latium altiloqui divina volumina SILI.

Etiam Guarinus Veronenſis, ſive Franciſcus Barbarus, ſive alius quis eo tempore, in epiſtola, qua Poggio Quinctiliani inventionem gratulatur, quam nuper ex bibliotheca Paullina Lipſienſi publici iuris fecit vir Nobiliſſimus Io. Gottlieb Krauſe, eiuſdem bibliothecae praefectus, in vernacula librorum hiſtoria part. I. pag. 46. *Tu Tertullianum, tu Marcum Fabium Quintilianum. tu Q. Aſconium Pedianum, tu Lucretium, SILIVM ITALICVM, Marcellinum, tu Manilium aſtronomum, L. Septim. Valerium Flaccum, tu Caprum, Eutychium, Probum, grammaticos, tu complures alios, BARTHOLOMAEO COLLEGA TVO ADIVTORE, vel fato functos vita donaſtis, vel longo, ut aiunt, poſtliminio in Latium reduxiſtis.* Idem denique teſtatur ipſe Poggius in orat. in funere Nicolai Nicoli, *Quod autem egregiam laudem meretur, ſummam operam curamque adhibuit ad perveſtigandos auctores, qui culpa temporum perierant. Qua in re vere poſſumus dicere, omnes libros fere, qui noviter tum ab aliis*

reperti sunt, tum a me ipso, qui integrum Quinctilianum, Ciceronis nostri orationes, SILIVM ITALICVM, Nonium Marcellum, Lucretii partem, permultosque praeterea e Germanorum Gallorumque ergastulis mea diligentia eripui, atque in lucem extuli, Nicolai huius suasu, impulsu, cohortatione, et pene verborum molestia esse literis Latinis restitutos. Locum vero et tempus, quo Silius ex squalidi carceris horrore ereptus est, memorat Marsus ad Silii lib. VIII. vers. 125. *Hic plurima Silii carmina desiderantur illius incuria, qui hoc opus exscripsit APVD CONSTANTIAM, urbem Galliae, ubi hoc poema iam amissum A POGGIO, viro id aetatis literatissimo, repertum fuit TEMPORE DIVI NICOLAI Pontificis Maximi: cuius felicissimi Pontificatus auspiciis Latina lingua, quae Vandalum Gothicumque sapiebat, proprium decus resumere coepit.* Quamvis autem auctorem et locum recte designaverit Marsus, in definiendo tamen tempore erravit. Cum enim Lilius Gyraldus in dial. IV. de Poetar. Histor. scribat, Silii Punicum bellum *eo tempore, quo Christianorum procerum conventus, quod* Concilium *nostri, Graeci Σύνοδον vocant, in Germania haberetur, IN QVAPIAM IBI TVRRI fuisse repertum, literis admodum obsoletis et pervetustis, et CVM EO VNA CARIOSOS QVOSDAM ALIORVM SCRIPTORVM LIBROS,* dubitandum minime puto, quin inventus sit Silius tempore Concilii Constantiensis, quod habitum est anno post Christum natum CIↃCCCCXV. et sequentibus, Iohanne XXIV. et Martino V. Pontificibus Romanis; eodem nempe loco et tempore, quo etiam Quinctilianus, quem male alii in salsamentarii taberna repertum tradunt, Asconius Pedianus, et Valerii Flacci Argonauticôn priores libri, quos Gyraldus per *cariosos aliorum scriptorum libros* designat, inventi sunt. Paribus enim verbis Poggius ipse locum, unde hos codices extraxit, describit in epistola

epiſtola ad Guarinum Veronenſem, cuius partem olim Mabill. ac Menag. ediderunt, ſed quam integram nuper vulgavit ſupra laudatus Nobiliſſimus Krauſe dicto loco, *Eſt autem monaſterium Sancti Galli prope urbem hanc* (ſc. Conſtantiam) *millia paſſuum XX. Itaque nonnulli animi laxandi et ſimul perquirendorum librorum, quorum magnus numerus eſſe dicebatur, gratia eo perreximus. Ibi inter confertiſſimam librorum copiam, quos longum eſſet recenſere, Quintilianum comperimus adhuc ſalvum et incolumem, plenum tamen ſitu et pulvere ſqualentem. Erant enim NON IN BIBLIOTHECA libri illi, ut eorum dignitas poſtulabat, SED IN TETERRIMO QVODAM ET OBSCVRO CARCERE, FVNDO SCILICET VNIVS TVRRIS, quo ne capital. quidem rei damnati retruderentur* etc. *Reperimus praeterea libros tres primos et dimidiatum quarti C. Valerii Flacci Argonauticôn, et expoſitiones, tamquam thema quoddam, ſuper octo Ciceronis orationibus Q. Aſconii Pediani, eloquentiſſimi viri, de quibus ipſe meminit Quintilianus. Haec mea manu tranſcripſi, et quidem velociter, ut ea mitterem ad Leonardum Aretinum, et Nicolaum Florentinum.* Scripta autem eſt haec epiſtola *Conſtantiae XVII. Kl. Ian. anno Chriſti* CIϽCCCCXVII. altera vero, quae Guarino Veronenſi tribuitur, et Silium iam inventum dicit, cuiusque particulam ſupra laudavimus, *Venetiis pridie Nonas Iulias anno Chriſti* CIϽCCCCXVII. At Nicolaus V, cuius Pontificatu Marſus Silium repertum tradit, ab anno Chriſti CIϽCCCCXLVII. ad annum CIϽCCCCLV. eccleſiae Romanae praefuit. Inſuper Leonardus Aretinus ac Nicolaus Florentinus, ſeu Nicolaus Nicolus, ad quos ſe libros recens inventos miſiſſe Poggius ſcribit, primus anno CIϽCCCCXLIII. e vita exceſſit, alter anno CIϽCCCCXXX. ſi Voſſio fides habenda lib. III. de Hiſtor. Latin. cap. V. et VI. in quo poſteriore

tamen error typographicus irrepsisse videtur, cum ipse dicat, exstare Philelfi ad Nicolaum Nicolum epistolam, (ea est lib. II. epist. XVIII.) anno MCCCCXXXVIII, (lege MCCCCXXXIII.) scriptam. Non diu tamen post eum annum superfuisse ex ipsa eadem epistola patet, in qua *vir decrepitus* vocatur, cum mortuus fuisse dicatur anno aetatis LXXIII. Quidquid sit, ex ipsa Poggii orat. in funere Nicolai Nicoli p. 103. constat, mortuum esse Nicolum vivente adhuc Leonardo Aretino aliisque, quos verborum suorum testes laudat. Bartholomaeus autem, quo *collega et adiutore* Silium inventum dicit Guarinus Veronensis in saepius memorata epistola, amicus Poggii fuit, in cuius scriptis saepius memoratur, nunc sub nomine *Bartholomaei de monte Polliciano*, nunc *de monte Peliciano*, nunc denique *de monte Puliciano;* neque alius est ab illo, quem Silii codicem, unde reliqua eius poetae per Italiam exemplaria descripta sunt, possedisse cognovimus ex Franc. Philelfo lib. XVI. epist. XIV. *Velim, quam diligentissime odoreris, apud quem hospitetur ille codex Silii Italici poëtae, quem Antonii Barbadori pater, quo tempore in monte Publiciano Praeturam gessit, ex bonis illis Bartholomaei venatus est, quem Martinus Pontifex maximus primum secretarium habuit. Nam codices omnes, quotquot illo exemplari exscripti sunt, depravatos corruptosque invenio.* Per Poggium itaque hoc modo vitae et luci restitutus Silius a doctis magno applausu exceptus, et iam sub ipsis inventae artis typographicae initiis saepius Romae, Parmae, ac Mediolani excusus est. Sed cum partim librariorum scribarum imperitia, partim operarum atque editorum negligentia deformatus adeo ac corruptus circumferretur, ut a nemine fere agnosci, aut cum fructu legi posset, in eo emendando atque interpretando certatim operam posuerunt viri illorum temporum eruditi. Primi autem, quos in hoc stadio decurrisse accepimus, fuerunt Petrus Montopolita, Pomponius, et Dominicus de Caldariis, sive, ut dici maluit, Domi-

Domitius Calderinus, quorum memoria apud Petrum Marſum in praefat. in Silium ad Illuſtr. Principem Virginium Vrſinum exſtat. Calderini autem commentarios Silianos memorat etiam Sabellicus in dial. de linguae Lat. reparat. et ipſe Calderinus in praefat. ad Martial. Sed eorum labores lucem vidiſſe non videntur. His ſucceſſit Petrus Marſus, Pomponii et Calderini diſcipulus, qui Silium commentariis illuſtratum edidit Venetiis apud Baptiſtam de Tortis anno CIƆCCCCLXXXIII. recuſum poſtea eadem in urbe per Bonetum Locatellum anno CIƆCCCCXCII. et mox Pariſiis in aedibus Nicolai de Pratis anno CIƆIƆXII. Verum cum non corruptos ſolum et peſſimae notae codices, qui vulgo exſtabant, ſecutus fuerit, ſed ipſe etiam priora menda novo errorum cumulo adauxerit, nihil commodi Silium et humaniorum literarum ſtudioſos ex eius labore cepiſſe quisque facile iudicare poteſt. Poſt Marſum anno CIƆIƆIV. poetam noſtrum edidit Martinus Herbipolenſis, qui ſingulis libris argumenta Hermanni Buſchii Paſiphili, natione Weſtphali, addidit. Eiusdem deinceps Buſchii ſcholia margini editionum Baſileenſium anni CIƆIƆXXII. et CIƆIƆXLIII. ac Pariſinae Colinaei CIƆIƆXXXI. adiecta ſunt; quae, quamvis *vice uberis commentarii eſſe poſſe* dicantur, raro quidquam bonae frugis praeſtant. Martinum Herbipolenſem et Buſchium proxime excepit Ambroſius Nicander Toletanus, qui editioni Iuntinae anni CIƆIƆXV. praefuit. Magnifice hic in praefatione ad Laurentium Medicem teſtatur, Silium *ſua arte faberrime politum, et pervigili cura ſerenitati priſtinae reſtitutum ope vetuſtiſſimi exemplaris Roma advecti, atque omnibus maculis deterſum defecatumque eſſe.* Verum tantum abeſt, ut ſplendida haec dicta factis aequaverit, ut potius omnia contraria praeſtitiſſe dicendus ſit. Nulli enim ſcriptorum, qui ex miſerrimo bonarum artium naufragio elapſi monumenta ingenii ad noſtram memoriam propagarunt, plura ac ſceleſtiora vulnera inflixit

aut foeda priorum temporum barbaries, aut infausta librariorum inscientia, et audax criticorum temeritas, quam Silio intulit inconsiderata huius hominis mutandi prurigo et insania, ut passim ex annotationibus nostris patebit. Vtinam igitur imitari maluisset exemplum Damiani cuiusdam Benessae, quem reprehendit, quod Silium a se emendatum iactet, quum ex illo, qui vulgo circumferebatur, descripserit! Nam si ipse etiam id facere in animum induxisset, viri docti operae et labori in tot ineptissimarum lectionum monstris exhauriendis, quae passim invitis Musis et Apolline tersissimo poetae obtrusit, parcere potuissent. Per Nicandri tamen vestigia incedere libuit postea Francisco Asulano, qui editionis Aldinae anni CIƆIƆXXIII. curam habuit; ut editionem Iuntinam non vidisse existimandus sit Barthius, qui ad Statii IV. Thebaid. vers. 717. *Silium ab Aldo vel eius correctore plane perditum* dicit, quod de Nicandro meritissime praedicari potest. In eo tamen a Iuntina discessit editio Aldina, quod initio libri octavi Asulanus ex Iacobi Constantii collectaneis Criticis versus quatuor et octoginta, in Gallia, ut aiunt, repertos, primus inseruerit. Sed, quid de iis iudicent viri docti, videri potest apud Nicolaum Heinsium ad Silii lib. VIII. vers. 145. Post haec tempora, quae renascentium literarum quasi infantia quaedam aut pueritia censenda sunt, certior clariorque poetae nostro lux offulgere coepit. Cum enim Ludovicus Carrion, dum bibliothecam Coloniensem diligentius lustraret, in venerandae antiquitatis manuscriptum, haec Punica continens, quod tempore Caroli Magni exaratum fuisse opinatur, incidisset, eius auxilio sparsim nonnullis locis in Emendationibus suis opem ferre conatus est, ac Silium nobis multis partibus meliorem dedit. Cum vero idem codex per Melchiorem Hittorpium Theologum, ac bibliothecae Coloniensis praefectum, etiam Francisco Modio innotuisset, integrum is poetam ad eum recensere instituit: quem quoniam

cum Homero et Virgilio collatum, ac locis innumeris emendatum, ut ipse promisit, aliquando edere in animo haberet, plerumque veriores modo scripturas, ex Manuscripto depromtas, in Novantiquis Lectionibus proposuit, et uberiores earum assertiones Commentario, quem meditabatur, servavit; qui magno Reipublicae literariae damno, sive eius morte, sive quoquo alio casu interceptus, aeternum latebit. Anno deinde CIƆIƆC. Silium ad fidem eiusdem libri Agrippinatis ac mentem Modii emendatum edidit vir Egregius et supra laudes meas positus Daniel Heinsius, tum pene adhuc puer, eique eruditissimas notas addidit, quas ob teneram aetatem, qua eas conscripsit, *Crepundia Siliana* vocavit, sed quarum ipsum nec senem umquam poenituit. Haec autem Crepundia iterum lucem viderunt, Cantabrigiae anno CIƆIƆCXLVI. Post Danielem Heinsium memorandus est Claudius Dausqueius Sanctomarius, Canonicus Tornacensis, qui anno praeteriti seculi quinto et decimo, non octavo et decimo, ut quaedam exemplaria exhibent, solita typographis fraude, Silii Punica non contemnendo commentario illustravit. Optimam hic operam Silio navare potuisset, nisi insano Modium et Heinsium carpendi studio ut plurimum in peiora abreptus, ubique se typothetarum mancipium praestare, et non excusandos eorum errores patienter ferre ac patrocinio suo probare maluisset, quam verissimas lectiones ex Codice Coloniensi erutas, cuius ipse etiam excerpta ab Heriberto Rosweydo accepisse videtur, agnoscere: in quem gravius dicere abstinebo, quod postumam Modii ac Parentis sui famam et nomen, iustissima indignatione inflammatus, passim vindicaverit vir Illustrissimus Nicolaus Heinsius. Eodem tempore, quo labor ille Dausqueii prodiit, Silio etiam medicas manus admovit vir infinitae lectionis Caspar Barthius, qui per Ianum Gruterum excerpta veterum membranarum, quae Oxonii in Collegii Reginensis bibliotheca servantur, adeptus,

eum omnem variis Adverſariorum Libris recenſuit. Hic autem Codex licet non ubique tantam, quantam Colonienſis, fidem mereatur, minime tamen negligendus eſt; tum quod innumeris locis veriſſimas Agrippinatium membranarum lectiones a Modio laudatas egregie firmet, tum inprimis quod integrum nobis Silium exhibeat, cum manuſcriptum Colonienſe, a barbara manu truncatum, dimidio libri ſexti decimi et toto ultimo careat. Barthius vero, qui ceteroquin lumine mentis quam acerrimo praeditus erat, dum Dauſqueio, quem poetis enarrandis longe praecellere cenſebat, ac plures ſcriptores illuſtraſſe optabat, contra Modium et Heinſium plus aequo favet, non raro, ut alter Ixion, pro Iunone nubem amplexus eſt. Haud longe poſt Barthium Silii emendationi etiam animum intendere coepit vir Eximius, et pro meritis in haec ſtudia numquam ſatis laudandus, Iohannes Fredericus Gronovius, qui in Obſervationibus et aliis aeternitate digniſſimis ſcriptis egregiam lucem difficilioribus ac prae reliquis depoſitis et conclamatis locis ingenio et ope vetuſtiſſimarum editionum affudit. Vltimus denique noſtra memoria Silium anno elapſi ſeculi quinto ſupra nonageſimum Lipſiae in publicum emiſit Celeberrimus Cellarius, qui ex prioribus criticis, Modio, Barthio, Gronovio, Nic. Heinſio, aliisque, quae praecipue ad poetae noſtri ornatum ac decus facere videbantur, conquirens, iisque notas ſuas addens, accuratam ſatis atque concinnam editionem dedit. Maxime vero in praefatione ad Lectorem laudat et praedicat virum Ampliſſimum Fridericum Benedictum Carpzovium, Germaniae ſuae quondam Maecenatem, quod editionem Danielis Heinſii, cui filius Nicolaus Heinſius manu ſua plures coniecturas et emendationes adſcripſerat, communicare voluerit, ut eas, tamquam pretioſiſſimas gemmas, annotationibus ſuis immiſceret. Verum et Carpzovium et Cellarium opinionis huius falſos fuiſſe haud ita pridem caſu quodam didici. Adornandae enim

huic

huic editioni subsidia circumspiciens incidi in Colomesii catalogum manuscriptorum Isaaci Vossii, in quo inter libros Latinos cum manuscriptis collatos num. CXXIX. memoratum inveni *Silium Italicum Heinsii cum manuscriptis collatum.* Cum autem ingenti desiderio tenerer huius libri videndi ac versandi, quem cum aliis omnibus eius generis Vossianis Academiae Lugduno-Batavae Curatores Amplissimi maximis impensis ac sumtibus bibliothecae publicae vindicaverant, humanitate tandem ac beneficio Virorum Celeberrimorum Wolferdi Senguerdii et Iacobi Gronovii voti compos factus in capite eius haec manu Vossii annotata reperi, *Multa in Silio castigata, asteriscoque notata, et excerpta ex Illustrissimi Scaligeri exemplari, manu illius a mendis purgati.* Cum autem haec omnia eorumdem, quos modo laudavi, virorum permissu descripsissem, domum redux statim deprehendi, ea, quae Cellarius a Carpzovio acceperat, Ios. Scaligero tribuenda esse, non vero N. Heinsio, qui, quod etiam Vossius fecit, quae Scaliger ad oram sui exemplaris adscripserat, sua manu excerpserat: quare passim in notis meis vero auctori reddidi.

Atque haec ferme sunt, quae ad hunc diem virorum doctorum labore et industria in Silio acta sunt: ut vero, quae restant, absolvamus, videndum nunc superest, quid ipse in hac editione praestiti. Cum autem ingenui ac liberalis animi sit, per quos profeceris, publice profiteri, ante omnia ut Viro Celeberrimo, et ad haec elegantiorum literarum studia promovenda atque amplificanda unice nato, Petro Burmanno, cuius in me merita nullo umquam tempore silebo, gratias tu, Amice Lector, si quid utilitatis ex meo labore studiis tuis afferri sentis, et ego inprimis agamus, postulant innumera beneficia, quibus hanc editionem quam prolixe cumulavit. Cum enim munere Amplissimi fratris Caroli Crucii, Consulis Lugduno-Batavi, ineditas viri illustris Nicolai

colai Heinſii in poetam noſtrum notas poſſideret, quas, deteſtatus eorum exempla, qui illaudando facinore his theſauris ſoli incubare conſueverant, dudum cum orbe erudito communicare geſtiebat, (quod vt ipſe exſequi poſſet, varia negotia ſemper impediverant) auctor mihi fuit ac ſuaſor, ut Silio manus admovere, et diutius, quam par erat, latentem hunc optimarum obſervationum theſaurum in lucem protrahere vellem. Quod, quoniam viribus et ingenio diffiderem, cum aegre mihi perſuaderi cerneret, omnia ſe, quae poterat, ad ornandam hanc editionem, et favorem ei conciliandum collaturum liberaliter promiſit. Auctoritate igitur et impulſu tanti viri, qui, quod diſciplina eius fictus et formatus eram, quid humeri mei ferre poterant, optime intelligebat, inductus et permotus Nicolai Heinſii primo annotationes, quas margini editionis Dauſqueianae variis temporibus, vt quaeque in mentem venerant, allevit, quanta fide potui deſcripſi, et cum alio exemplari editionis Colinaei, cuius orae, praeter quam plurimas coniecturas, manuſcriptorum varias lectiones commiſerat, diligenter contuli. Adhibuit autem Vir Illuſtriſſimus, et ſtudioſius, quam priores fecerant, conſuluit excerpta codicis Colonienſis, quo olim Carrion et Modius, membranarum Oxonienſium, quibus Barthius uſi fuerunt; deinde illis quidem non viſum manuſcriptum Puteaneum, reliquis tamen, quod fatendum eſt, integritate ac fide immenſum quantum concedens, quod nunc in bibliotheca Regis Chriſtianiſſimi ſervatur, vetuſtam inſuper editionem Parmenſem anni CIϽCCCCLXXXI. quam a viro Celeberrimo, Edmundo Figrelio, quondam Hiſtoriarum in Regia Academia Vbſalienſi Profeſſore, ex bibliotheca Regis Sueciae utendam accepit, nonnumquam denique Romanam editionem antiquiſſimam, Aldinam, aliasque: vnde multam obſervationum ſilvam nactus eſt, ac quam plurimas et egregias lectiones ab ipſius Silii manu profectas, quas poſteriorum temporum libra-

librarii et literatores insigni scelere depravarant ac corruperant, felicissime auctori restituit. Quamvis autem magnam satis bonae frugis copiam observationes Heinsianae contineant, et solae insigne decus prae aliis huic editioni additurae sint, dubitandum tamen non est, quin multis partibus meliores ac politiores prodiissent, si auctor ultimam manum, quod acerba et luctuosa studiis nostris morte abreptus facere nequiit, imponere, et ipse earum editioni praeesse potuisset. Hoc labore perfunctus alia mea conquisivi, quibus nova, quam moliebar, editio placeret, et lectorem alliceret. Modii itaque Novantiquas Lectiones et Barthii Adversaria perlegere, et omnia, quae ad Silium ornandum faciebant, inde excerpere coepi, vt, quod numquam, nisi in hac nunc editione, praestitum erat, quae ad emendationem aut illustrationem auctoris nostri passim ac variis locis annotaverant, quorumque multiplex in notis Heinsianis mentio fiebat, in ordinem digererem, et contextui subiicerem. In quo quantum molestiae mihi devorandum fuerit, nemo ex aequo aestimare potest, nisi qui, in simile quondam pistrinum detrusus, eumdem, quem ego, laborem exantlavit. Deinde cum Danielis Heinsii Crepundia Siliana, quae paucis paginis ingentem reconditae ac non protritae eruditionis copiam continent, rarius non in his terris modo, sed ubique etiam, inveniri possent, aut, si casu invenirentur, quam animose, si molem libelli spectas, et insano pretio compararentur, non committendum censui, ut bonarum artium studiosi tam exquisitis bellariis, praesertim data hac occasione, ulterius carerent, aut saepe aliquo census detrimento sibi comparare necesse haberent. Vt itaque recensita, et, quantum fieri potuit, a sordidis typographorum vitiis et erroribus expurgata, ut editionem Lugduno-Batavam et Cantabrigiensem cum hac nostra comparanti patebit, hic denuo exprimerentur, curavi. Ne quis autem miretur vel culpet, nullam me rationem in hac editione habuisse anno-

annotationum, quas in poetam nostrum conscripsit Dausqueius, aequum Lectorem monendum duxi, me iustissimas caussas habuisse, cur hic repetitae non sint. Nam cum solae modici voluminis instar esse possent, studiosorum sumtibus parcere debui, ne, si eas aliis, quas nunc dedi, adiecissem, mole libri, unde etiam pretium augeretur, emtorem deterrerem magis, quam allicerem: Praeterquam quod etiam longe plurima illis insint, quae elegantiorum studiorum cultoribus non magnam utilitatem praestarent, quoniam Dausqueius multa iis admiscuerit, quae, nisi infenso odio, quo, nescio quam ob caussam, Modium ac Dan. Heinsium prosequebatur, occoecatus atque in peiorem plerumque partem abreptus fuisset, ipse omittenda atque inducenda putasset. Cum autem non aliorum modo curas in auctorem nostrum edere, sed ipse etiam aliquid conari, et in Silio studiorum tyrocinium deponere constituissem, Viri Celeberrimi atque amici optimi, quibus, quas debeo, gratias numquam satis pro meritis referre potero, laudanda benignitate opes contulerunt, et, ne quid mihi in hoc stadio decurrere cogitanti, quod suae foret potestatis, deesse posset, largiter providerunt. Celeberrimus Burmannus, cui quantum haec editio debeat, iam superius praedicavi, non contentus ea, quae vidimus, praebuisse, gratiam etiam, qua valebat, apud Virum Illustrissimum Ezechielem Spanhemium interponere non dubitavit, ut excerpta Codicis Oxoniensis, qui in bibliotheca Collegii Reginensis servatur, et quo Barthius ac Nic. Heinsius usi fuerant, sed cuius variae scripturae Colinaei editioni Heinsianae adscriptae non sunt, transmitti curaret. Cuius beneficio etiam, facile id concedente singulari magnae Britanniae lumine Richardo Bentleio, Academiae Oxoniensis Cancellarii vices agente, collationem eius manuscripti ad Cellarii editionem institutam accepi. Deinde Celeberrimus Franciscus Hesselius, olim in Athenaeo Rotterodamensi Historiarum et Eloquentiae Pro-

Profeſſor, nunc vero apud Traiectinos noſtros in Collegium Canonicorum a D. Mariae adſcriptus, medio ac parario Davide Hoogſtratano, ludo literario Amſtelaedami praefecto, eiuſdem codicis Oxonienſis excerpta, editioni Raphelengii anni CIƆIƆCXI. manu viri docti addita, ab eruditiſſimo et literarum noſtrarum, ſi quis alius, amantiſſimo viro Petro Vlaming impetravit: quod, ſi coniecturis indulgere liberet, idem exemplar fuiſſe, quod olim Barthio Silium recenſenti ad manus fuit, graviſſimas ob cauſſas ſuſpicarer. Cum vero quibuſdam in locis duo haec exemplaria, quae tamen ex iiſdem membranis propagata ſunt, inter ſe diſſentire deprehenderem, et ipſum codicem inſpiciendi facultatem non haberem, aut quis fidelius manuſcripti Anglicani lectionem expreſſerit, ſatis proſpicere nequirem, bona fide tecum agere malui, Lector, eoque in caſu utramque lectionem memorare; ut, quibus ipſas membranas conſulere datur, nihil me in his incertis coniecturis dediſſe intelligere queant. Inſuper Vir Celeberrimus Iacobus Gronovius, cui multis me nominibus devinctum eſſe lubens agnoſco, editionem Mediolanenſem; Vir plurimum reverendus G. Claramontius, in eccleſia Walonica apud Amſtelaedamenſes non infimi nominis ac famae divinorum oraculorum interpres, editionem Martini Herbipolenſis, et Marſi Pariſinam; egregius cauſſarum patronus Gulielmus Beſt, quocum diutiſſime ſinceram et non ſucatam amicitiam colui, editionem Iuntinam, cuius margini pauca adſcripſerat Ger. Voſſius, liberaliter uſui meo conceſſerunt. Deinde cum procedente tempore Silius aliquamdiu typographos exercere coepiſſet, conſilii mei certior factus Vir Celeberrimus Iacobus Perizonius, cuius luctuoſo obitu vix reparabile damnum fecit Reſpublica literaria, primam omnium editionem, quae Romae anno CIƆCCCCLXXI. excuſa eſt, et nunc cum aliis nonnullis libris ac ſcriptis legato eius in bibliothecam Lugduno-Batavam commigravit, ad me tranſmiſit; quemadmodum etiam vir Eru-

ditiſſi-

ditiſſimus van der Kloot Marſi Venetam primam: quae cauſſa eſt, ut earum ante ſeptimum aut octavum Punicorum librum in notis meminiſſe non potuerim. Vides, mi Lector, tantum me aeris alieni, ut Silium iuvarem, eique labore meo opis aliquid aut commodi afferrem, apud amicos contraxiſſe, ut, ſi ſummo iure mecum agendum cenſent, umquam me nomina expedire poſſe deſperem; niſi hoc grati animi publico teſtimonio ac debita diſſoluendi vehementiſſimo deſiderio ſibi ſatisfieri patiantur. Illud certe palam hic profiteor, paria me officia, ubi locus et occaſio popoſcerint, ac curtae ſupellectilis facultates permiſerint, libenter praeſtiturum. Sed ingratus forem, ſi debita laude fraudarem Virum Celeberrimum, mihique quam coniunctiſſimum, Ioh. Hermannum Schminckium, Hiſtoriarum atque Eloquentiae Marpurgi Haſſorum ſumma cum laude Profeſſorem ordinarium, aut officia, quae Silio mihique praeſtare conatus eſt, maligno ſilentio involverem. Cum enim ex Celeberrimo Iſelio, SS. Theologiae apud Baſileenſes Profeſſore, audiviſſe ſe meminiſſet, eum ante quatuordecim admodum annos per Helvetiam peregrinantem Tiguri in manuſcriptum Silii forte fortuna incidiſſe, nihil apud amicum praetermiſit, ut eius opera codicis illius excerpta mihi impetrare poſſet. Cum vero Iſelius ea de re cum Reverendo Hottingero, Theologo Tigurino, egiſſet, iſque non modo librum conferendi, verum inſuper, quod raro concedi ſolet, ad Iſelium mittendi poteſtatem a bibliothecae curatoribus ac praefectis impetraſſet, excuſſis omnibus angulis tandem praeter ſpem codex Silii quam diligentiſſime quaeſitus Tiguri non reperitur. Vt adeo perſuadeat ſibi Iſelius, vel membranas illas interea temporis ſceleſtis manibus ex bibliotheca Tigurina ſurreptas, aut in latebras infortunio quodam amotas fuiſſe; vel, cum id ob ſingularem eorum, quorum curae haec bibliotheca commiſſa eſt, diligentiam nullo modo veriſimile videretur, Silium,

ſium, quem ſe manuſcriptum Tiguri vidiſſe, et manibus tractaſſe credebat, in quodam Helvetiae monaſterio, cuius nunc memoria non occurrebat, (plura enim libris vetuſtis haudquaquam deſtituta eodem in itinere perluſtraverat) adhucdum latere; ſed cuius, ſi quam maximė meminiſſet, ob nuperos per Helvetiam motus et animorum diſſidia videndi aut conferendi nulla ſpes ſupererat. Interim idem Schminckius, qui non minus meis, quam ſui ipſius commodis inſervire cupiebat, cum etiam in bibliotheca Guelferbytana Silii codicem ſervari intelligeret, non ante conquievit, quam Celeberrimus Eccardus, Profeſſor Helmaeſtadienſis, recepiſſet, ſe varias eius lectiones excerpturum, et ad me miſſurum, qui tamen, cum ex illo tempore variis negotiis impeditus fuerit, tum inprimis quoniam ei provincia hiſtoriam ac res geſtas Georgii I. Regis Magnae Britanniae et Electoris Brunſuicenſis conſcribendi impoſita ſit, fidem datam adhuc ſolvere prohibitus eſt. Eo vero moleſtius tuli, utrumque hoc negotium in fumum abiiſſe, quod ſimul omnem ſpem codices aliis, qui Silio opem tulerunt, non viſos nanciſcendi penitus mihi praeciſam cernerem. Nam praeter manuſcripta volumina, quorum modo memini, et ea, quae Heinſius aliique Silii interpretes conſuluerunt atque excuſſerunt, quorum integerrimum etiam atque optimae notae Colonienſe dudum periiſſe eſt, quod ſuſpicemur, rari per Europam poetae noſtri Codices reperiuntur, et neſcio, an plures, quam recentiſſimus ille, quem ante hoc biennium, cum Lutetiae verſarer, in bibliotheca Regis Chriſtianiſſimi videre contigit, ſed ob temporis brevitatem cum editis committere non potui, et ſex alii in Italia, pariter nuper ſcripti, quorum quinque in bibliotheca Magni Ducis Etruriae, unum in bibliotheca Eminentiſſimi Cardinalis Ottoboni exſtare coram mihi affirmavit teſtis oculatus vir Eruditiſſimus, et non modo Benedictinorum, ſed totius etiam Galliae lumen ac ſingulare decus Bernardus de Mont-

faucon. Codicem enim, quem teſtimonio Goetzii in deſcriptione Bibliothecae Senatus Lipſienſis Lipſiae exſtare credebam, dum in eum perquirerem, nullum eſſe, ſed calami vitio pro Statio Silium poſitum audivi. Quamvis autem nulli uſui fuerit labor ac diligentia, quam, ut mihi ac Silio prodeſſent, impenderunt viri, quos memoravi, Celeberrimi; non minori tamen loco apud me ſunt, et ſemper erunt, eorum officia, quam ſi res ex voto perfecta foret: odi enim homines, qui amicorum operam ex eventu aeſtimandam putant, utque perpetuo ſucceſſibus careant, voveo. Auxiliis igitur atque opibus, et quae ipſe habebam, et quae amicorum benignitate conſecutus ſum, inſtructus Silii recenſionem adorſus ſum, illud inprimis attendens, ut auctoris contextus, quantum fieri potuit, (reſtant enim etiamnum plurimi nodi difficillimi, qui ſine aliorum Codicum auxilio vix ſolvi poſſe videntur) ex manuſcriptorum ac vetuſtarum editionum praeſcripto quam emendatiſſimus ederetur: in quo paſſim ſecutus ſum, niſi ubi genius linguae Latinae vel poetae aliud mihi flagitare videbatur, quod tamen pauciſſimis in locis accidit, Illuſtriſſimum Heinſium, qui orae editionis Dauſqueianae, qua uti ſolitus fuit, non modo notas ſuas alleverat, ſed etiam ipſum poema, quemadmodum a manu Silii profectum coniiciebat, antiquorum librorum fide diligenter atque accurate correxit. Deinde, quoniam codicibus manu exaratis deſtitutus forem, ſine quibus parciſſime coniecturis indulgendum cenſeo, illud praecipue in notis egi, tum ut a viris eruditis ex membranis revocatas lectiones aut ab ingenio profectas coniecturas vel optimorum auctorum teſtimonio probarem ac ſtabilirem, vel receptam lectionem, ſi ea praeſtare videretur, ſine cuiuſquam offenſione vindicarem: tum ut ex priſcis editionibus, ſi fieri poſſet, oſtenderem ac palam omnibus facerem, quibus gradibus veterum librariorum, typographorum, aut criticorum ignorantia atque audacia Silii manus depra-

pravata, et ea, quae vulgo obtinebant, verba ſubſtituta fuerint: tum ut decantatam et omnibus notiſſimam Silii imitationem Maronianam accuratius demonſtrarem: tum denique, ut loca obſcuriora, quae tyrones facile morari poſſent (aeque enim eorum, quam Principum in his literis virorum rationem habendam eſſe arbitratus ſum) clariori luce perfunderem. Huic propoſito num ſatisfecerim, aequo Lectori iudicandum relinquo; quem etiam atque etiam rogatum volo, ut indulgentia quadam ac benevolentia peccata et errores, quos forſitan praeter voluntatem plurimos in annotationibus commiſero, beneficio, quo orbem literatum Illuſtriſſimi Heinſii notas ab interitu et oblivione vindicando demeritus ſum, donare, meque ſtudiorum tyrocinia hodie poſuiſſe cogitare velit. Poſſem nunc, mi Lector, ad ipſum poetam evolvendum te dimittere, niſi data hac occaſione, publici iuris facienda cenſerem, quae nuper ad difficilem Silii locum lib. III. verſ. 395. praeſente Illuſtriſſimo Newtono, Annae Magnae Britanniae Reginae Legato, publice praelegit Vir Celeberrimus Antonius Maria Salvinius, Graecarum literarum Florentiae Profeſſor, mecum vero communicavit vir Eruditiſſimus Henricus Brenkmannus, ex ore illius excepta, (dum in ea urbe ageret, ut Pandectas illos notiſſimos conferret, quos eruditus orbis cura eius editos quam avidiſſime exſpectat) quibus, quae Illuſtriſſimus Heinſius ad eumdem locum notavit, egregie confirmantur. Verba Silii haec ſunt,

At Nebriſſa Dionyſëis conſcia thyrſis,
Quam Satyri coluere leves, redimitaque ſacra
Nebride et Hortano Maenas nocturna Lyaeo.

ad quae ita Salvinius. „Nebriſſae Hiſpanicae urbis „etymon oſtentatione quadam eruditionis ingenioſa ac „poetica Silius arceſſit a Graecia, quaſi, ſicut omnium „doctrinarum, illa quoque omnium linguarum parens

 „atque

„atque altrix fuerit. Nebriſſae igitur nomen a Nebride, „h. e. hinuli aut damae maculoſa pelle, derivat, qua „Maenades ſeu Bacchae, tamquam animalis pelle Bac„cho dilecti, dorſum ac caput operiebant. Sacra Bac„chi nocturna quis neſcit? In iis, quae Orgia, (credo „a numinis vi Bacchantiumque ira ac furore appellaban„tur) multa arcana atque infanda perpetrabantur. „Lampzacenum illum obſcoenum Deum, quem tam„quam omnis geniturae praeſidem venerata Priapum ap„pellavit antiquitas, eumdem cum Baccho eſſe putabant. „Nec novum eſt, plura numina in unum conferri, ut „videre eſt apud Macrobium, veterum ſuperſtitionis in„dagatorem ſagaciſſimum. Priapum novitium eſſe „Deum Strabo ait, argumento eius, quod apud Heſio„dum, qui Theogonian conſcripſit, et de Deorum ſtir„pe accurate verba fecit, de Priapo altum ſilentium eſt: „quamobrem Geographus Orthanae, Coniſſalo, Ty„choni aliiſque ſimilibus apud Atticos Diis ſimilem eſſe „pronunciat, ut aliquid, quod illum quoquo modo re„praeſentaret, in antiquitate reperiat. Verba Geogra„phi ſunt e libro XIII. Ἀπεδείχθη ὁ Θεὸς οὗτος ἀπὸ „τῶν νεωτέρων. οὐδὲ γὰρ Ἡσίοδος οἶδε Πρίαπον, ἀλλ' „ἔοικε τοῖς Ἀττικοῖς Ὀρθάνῃ, καὶ Κονισσάλῳ, καὶ Τύ„χωνι, καὶ τοῖς τοιούτοις. *Creatus Deus hic a recentio„ribus. neque enim Heſiodus novit Priapum, verum ſi„milis eſt Atticis Orthanae, Coniſſalo, Tychoni, ſimi„libuſque numinibus.* Qui indicem Latinum Strabonis „confecit, *Orthana*, inquit, *Dea Attica.* Imo ego, „*Orthana,* inquam, *Deus Atticus.* Non eſt enim Ὀρ„θάνῃ dandi caſus apud Strabonem a recto feminino „Ὀρθάνη, verum a recto maſculino Ὀρθάνης, Latine „*Orthana.* Nam quod nomen vere maſculum Deum „ſignificat, non femininum, re ipſa conſtare videtur. „Quippe procul dubio Ὀρθάνης ab erecta virilitate, qua „ille Deus inſignis eſt, appellabatur. quid hoc ad Deam? „Ergo Lyaeo cognomentum Orthanae, quum Baccho

„Venus

„Venus incalescat, aequissime tribuit Silius, et nihil mu-„tandum, nisi quod varianda scriptura, et aspiratio, „quae initio obrepserat in *Hortana*, ab illo loco remo-„venda, et post *t* ponenda, ut sit *Orthana*, ἀπὸ τοῦ ὀρ-„θὸς, *rectus*, *erectus*, et retinendum, ut habetur in „editione Genevensi,

— *et Orthana Maenas nocturna Lyaeo.*

„quod male editores Amstelodamenses mutarunt in „*Hortano*, ut concordarent, ut ita dicam, cum *Lyaeo.* Nihil ad hunc locum Doctissimus Daniel Heinsius in Crepundiis suis ad Silium Italicum. Haec Vir Celeberrimus. Vlterius te non detinebo, Benevole Lector. Vale itaque, et conatibus meis fave.

C. SILII ITALICI VITA

AVCTORE CRINITO

C. Silivs Italicvs Heroicus ex Hiſpania oriundus traditur, deducto genere ab Italica urbe nobili, unde cognomen reportavit. Sed Romae natus eſt (ut creditur) atque etiam educatus, neque obſcura fama eſt. Principio adoleſcentiae prae ſe tuliſſe optimam indolem capiendis literis fertur; cumque ſtudio, et diligentia vehementer praeſtaret, brevi conſecutus eſt, ut Romae haberetur inter praecipuos oratores. nam magna ſolertia, et incredibili cura conatus eſt exprimere M. Tullii eloquentiam, quem prae caeteris omnibus ſibi propoſuerat imitandum. Sub Imperatore Nerone dicitur famam ſuam laeſiſſe, accuſatis atque inſimulatis nonnullis apud ſaeviſſimum principem. cum Vitellio geſſit ſe prudenter, et egregia vitae honeſtate. mox factus eſt Aſiae proconſul, in quo manifeſto apparuit, quanta modeſtia praeſtaret, ut qui eam dignitatem geſſerit ſingulari continentia, et integritate maxima. Domitiano Auguſto gratiſſimus fuit, eoque auctore perductus eſt ad tertium conſulatum honeſtiſſimis ſuffragiis. de quo leguntur adhuc verſiculi poetae Martialis, quibus venerationem ſuam profitetur:

Auguſto pia tura, victimaſque
Pro noſtro date Silio, Camoenae.
Biſſenos iubet en redire faſces
Nato conſule, nobilique virga
Vatis Caſtaliam domum ſonare.
Rerum prima ſalus, et una Caeſar,
Gaudenti ſupereſt adhuc, quod optet
Felix purpura, tertiuſque conſul.

C. Pli-

C. Plinius permulta refert de poeta Silio in epiſtolis. quare minime alienum fuerit particulam ſubiicere, quo facilius atque cumulatius percipiatur, quam eleganti ingenio fuerit, atque ſtudio in proſequendis optimis exemplis. Plures villas, inquit, poſſidebat, adamatiſque novis priores negligebat. multum ubique librorum, multum ſtatuarum, multum imaginum, quas non habebat modo, verum etiam venerabatur. Virgilii ante omnes: cuius natalem religioſius, quam ſuum, celebrabat; maximeque Neapolim, ubi monumentum eius, adire, ut templum, ſolebat. Opus compoſuit libris XVII, de Bello Punico ſecundo, non vulgari neque abſurdo carmine; etſi illud maiore cura (ut traditur) quam ingenio perfecit. praecipue Maronem imitatus eſt, cuius ingenium, atque feliciſſimam maieſtatem admirabatur in deſcribendis carminibus. de hoc poemate Silii Martialis ſic refert:

Sili, Caſtalidum decus ſororum,
Qui periuria barbari furoris
Ingenti premis ore, perfidoſque
Faſtus Annibalis, leveſque Poenos
Magnis cedere cogis Africanis,
Noſtris otia commoda Camoenis.

Complura leguntur apud eundem Martialem de laude ingenii, atque optimae eruditionis Silii, quae hoc loco praetermittimus. In agro Neapolitano praedium habuit, in quo cum frequenter ſecederet, maxima animi voluptate conſuevit ſuum otium tranſigere. neque dubium eſt, eundem ad extremam paene ſenectutem deveniſſe, ut qui maior ſeptuagenario vitam finierit. nam morbo detentus inſanabilis clavi, ſingulari conſtantia obitum praepoſuit: felix propemodum, et beatus uſque ad extremum diem, ut copioſe relatum eſt a Plinio in epiſtolis.



NOTITIA LITERARIA DE CAIO SILIO ITALICO

EX

Io. Alb. Fabricii Bibliotheca latina a Io. Aug. Ernesti auctius edita Tom. II. Lib. II. cap. XII.

SILII AETAS.

C. Silius Italicus, ex Italica civitate Pelignorum, consulatum 1) Romae gessit anno fatali Neronis Imp. a. C. 67. quo honore an deinde bis iterum functus sit, incertum est, aliis affirmantibus, aliis negantibus. Ciceronis et praesertim Virgilii ingens cultor fuit, et in utroque scribendi genere, etsi passibus non aequis, imitator, in Campania cum morbi lentitudinem inedia praevertisset annos natus 75. decessit, primis annis Traiani Imperatoris. Praenomen eius apud Modium in novantiquis lectionibus, et Glandorpium in Onomastico, non *Caius* est, sed *Publius*: illud verius. *Italici* cognomen consecutus est vel quacunque 2) alia de causa, vel quod ipsius aut unius e maioribus ipsius patria fuit Italica Pelignorum, aut Italica Baeticae, (sequioribus seculis *Talca* 3): dubium enim illud est viris doctissimis Nic.

1) Vide Plin. Epist. III, 7. *Est res rara quidem, pacta Consul*, inquit Iac. Duportus de Silio agens p. 264. poematum.

2) Spartianus in Hadriani vita cap. 12. *Italici sunt Itali genere, in provinciis negotiantes, vel fixa etiam sede ibi commorantes* Alius Silius Propraetor, ad quem Ciceronis Epistolae libro XIII.

3) Acta Eruditorum 1719. pag. 178.

Nic. Antonio Bibliothecae Hispanae vet. lib. V. pag. 85. seq. et Christophoro Cellario in Diss. de Silio Italico, edita Halae Sax. 1694. 4. et in dissertationibus eius Academicis iunctim excusis Lips. 1712. 8. Diss. IV. et prolegomenis Arnoldi Drakenborchii ad Silium recusa.

Alia de Silio et ad eius defensionem Nic. Hieronymus Gundlingius in Gundlingianis parte XII. cap. 1. et Nic. Antonius in Bibl. vetere Hispana lib. I. cap. 18. Eruditissimum Poetam appellat Thomas de Pinedo pag. 262. ad Stephanum Byz. non sine causa ille quidem [4]), sed fallitur Claudius Dausqueius, qui notis ad Silium p. 641. in descriptione Virtutis et Voluptatis Philostratum Silii oculis obversatum esse, cum scriberet, stilique imitatione sibi expressum persuasit. Nam Philostratus ille post Silium scripsit. Io. Antonio Vulpio iudice p. 113. notis ad Catullum, ubi Statium cum Silio conferre placuit, Statius acrioris ingenii et ad excogitandum promtioris utique videtur, sed *alter ille perpetuo languidus, Virgiliani poematis compilator, et plane ad aliorum imitationem compositus.*

Poema de bello punico.

Exstat eius Poema Heroicum sub *Punicorum* nomine, de bello Punico secundo, quod aetate provectus [5]), sub Domitiano Imp. usque ad Scipionis Africani triumphum descripsit *libris XVII.* Historici magis partibus functus, quam Poetae ingenio suo indulgentis: unde maiori cura, quam ingenio scripsisse affirmat Plinius junior lib. III. Epist. 7. Inventum est Silii Poema a Poggio Florentino in turri quadam, una cum aliis libris, durante Concilio Constantiensi, si fides Vgolino Verino, e cuius Florentiae illustratae libro 2. narrat Colomesius

 ad

4) *Vbique in Silio Graecae eruditionis vestigia, ubique elegantiae.* Dan. Heinsius ad II, 626.

5) Martial. VII, 62.

ad Gyraldi dialog. IV. de Hiſtoria poetarum p. 240. et ante Colomeſium Voſſius p. 550. de Hiſt. latin.

Quin etiam ſolers (Poggius) *Germanis eruit antris*
In Latium altiloqui divina Volumina Sili.

Sed Vadianus in Dedicatione Melae, ſcribit Abbati S. Galli, in huius monaſterii Bibliotheca a Poggio inventum et inde depromtum fuiſſe.

Alius Codex antiquus, de quo Philippus Roſſius in libro, cui titulus: *Ritratto di Roma antica* p. 83. ubi de Bibliotheca Vaticana: *Fù portato di Spagna il libro di Silio Italico con l'imagine di Annibale, il quale hoggi ſi ritrova nella predetta libraria.* Verſus octoginta lib. VIII, 143. ſeq. primus e vetuſto codice reſtituit Franciſcus Aſulanus: de quo poſt, cum de ed. Aldi dicetur.

De Silii Codice MS. aliisque aliorum praeclarorum ſcriptorum antiquorum lucubrationibus per Poggium in Germania a. 1416. tempore Concilii Conſtantienſis repertis et feliciter ab interitu vindicatis, vide etiam, ſi placet, infra cap. 15. in Quinctiliano.

Anglica Metaphraſi hunc poetam donavit *Thomas Roſs*, Eques et Regiae Bibliothecae praefectus, Lond. 1656. et 1672. cum iconibus aeri inciſis, fol. Idem continuavit poema Silii a Scipionis triumpho ad Hannibalis usque necem. Non omittendus etiam *Franciſcus Petrarcha*, qui Silium aemulatus, in Africa ſua, libris novem, carmine Heroico Latino, bellum Punicum ſecundum inſecuta et Scipionis Africani res deſcripſit: quod credunt facturum non fuiſſe, ſi tum Silii carmen notum fuiſſet. vid. Apoſtoli Zeni Diſſert. Vol. I. pag. 3. Cum Virgilio Silium contulit integro lib. I. Virgilii triumphantis Alexander Roſſaeus, ſecundo Lucanum. Multa quoque in Silio emendavit, atque illuſtravit praeclarus Ioannes Fridericus Gronovius in libris Obſervationum.

INDEX

INDEX EDITIONVM C. SILII ITALICI

ex editione Bipont. repetitus.

AETAS I. NATALIS 1471—1514.

Silius, anno 1471. bis lucem adfpexit Romae curis Io. *Andreae Alerienfis*, et *Pomponii Laeti*; praeter quos etiam *Petrus* quidam *Montopolita* et *Domitius Calderinus* in Silium commentati feruntur; hic certe in Comm. ad Statium fuos quoque ad Silium laudat, nemini adhuc vifos. Recenfionem novam poft illos inftituit Petrus *Iuftinus Philelphus*, Mediolani ab Ant. *Zarotho* an. 1481. expreffam. Commentarium vero publicavit *Petrus Marfus*, Pomponii et Dom. Calderini difcipulus, qui Venetas tres obtinet, et Parifiis recufus eft. Lipfienfis ed. an. 1504. Silium exhibet ex recenfione *Martini Herbipolenfis*, cum argumentis Hermanni *Bufchii*. Sed critica diligentia fuperavit priores Damianus *Beneffa*, Lugdunenfis an. 1514. curator, affeclas per fubfequentem aetatem haud habiturus.

1471 Romana princeps. fol. *Silius Italicus*, una cum *Calpurnio* et *Hefiodo*, per Conr. Schweynheim et Arnold. Pannarz. In fine: *Anno Dnici Natalis MCCCCLXXI. die V. menfis Aprilis, fummo Pont. Paulo II Veneto, anno Pont. VII. Io. An. Epus. Alerien. in infula Cyrno recognitionem abfolvit diebus circiter XV. Lector Benevole vale perpetuo.*

Afpicis, illuftris Lector, quicunque libellos,
Si cupis artificum nomina noffe, lege,
Afpera ridebis cognomina Teutona; forfan
Mitiget ars Mufis infcia verba virum.
Conradus Schweynheim Arnoldus Pannarzque magiftri
Romae impreffere talia multa fimul.
Petrus cum fratre Francifco Maximus ambo
Huic operi optatam contribuere domum.

Huius edit. ducenta feptuaginta quinque volumina impreffa fuerunt, (ut teftis eft Io. An. Alerienfis Epifcopus in praefat. tom. V. bibliorum Lyrae; cf. Fabricii Bibl. Lat. T. III, ed. Ern. p. 565.) ex quibus unum nactus Bibliothecae publicae Leidenfi legavit cel. Perizonius. Contulit eam Drakenborchius inde a L. VII. aut VIII. cf. Maittair. Ann. typ. T. I. p. 303.

1471 Romana altera princeps. fol. *Silius Italicus:* ex recognitione *Pomponii.* Memoratur haec Petro Marſo in praefat. et collata eſt ab editore recentiſſimo Io. Bapt. Lefebure de Villebrune. vid. Catal. de la Bibl. du Roi. Bell. Lettr. To. I. p. 316. et Hamberg. T. II. p. 203. et 204.

1474 Romana III. fol. Hanc Maittairius non novit, et Cellarius praefat. in Silium perperam primam vocat; vidit quoque Drakenborchius. cf. Hambergerum l. c.

1480 Romana IV. fol. viſa Drakenborchio.

1481 Parmae. fol. collata a Nic. Heinſio, cuius MSS. obſervationes et emendd. adhibuit Drakenborchius. et ipſa viſa Drakenborchio.

— Mediolani. fol. *Silius Italicus.* In fine haec leguntur: *Hic Syllii Italici codex, quamvis eſſet Romae impreſſorum negligentia multis in locis depravatus, recognitus eſt ab eodem Petro Iuſtino* PHILELFO, *ut nonnullis amicis ſuis obtemperaret, ſeptimo Idus Novembres. Impreſſit autem Mediolani Antonius* ZAROTHVS, *opera et impendio Iohannis Legnani anno ſalutis* MCCCCLXXX. *primo.* LECTOR. BENIVOLE. VALE. PERPETVO. — Hac edit. quae bonas habet lectiones, uſus eſt Drakenborch.

1483 Veneta I. fol. Sylius Italicus c. commentariis Petri *Marſi.* In fine: *Venetiis, per Baptiſtam de Tortis MCCCCLXXXIII. die VI. Maii.* Conſulta a Drakenborchio inde a L. VII. aut VIII. Silii.

1492 *Veneta* II. fol. c. commentariis Petri *Marſi.* In fine: Venetiis opera ingenioque Boneti *Locatelli:* inſtinctu vero ac ſumptibus Nobilis Viri Octaviani *Scoti* Modoetienſis, anno ſalutiferae incarnationis nonageſimo ſecundo ſupra milleſimum ac quadringenteſimum quintodecimo Kalendas Iunias.

1493 *Veneta* III. fol. c. commentariis Petri *Marſi.* cf. clar. *Lengnichii* Beyträge Part. II. p. 123. Exſtat quoque in Bibl. Francof. ad M.

[1495 Silium c. commentariis I. Bapt. *Pii*, qui in Bibl. Barberinae Catalogo memoratur, hoc anno editum Venetiis. fol. fruſtra quaeri, obſervatur in Bibl. lat. Fabricio-Erneſtina T. II. p. 177. extr.]

1504 Lipſiae. fol. ex recenſione *Martini Herbipolenſis.* In fine haec leguntur: *Habes, candide Lector, divinum opus Silii Italici de ſecundo bello Punico, noviter et emaculate impreſſum cura et impenſis Baccalaurei* Martini Herbipolenſis, *cum argumentis Hermanni* Buſchii *in ſingulos libros: ex*

quibus

quibus tibi, quid in unoquoque volumine continetur; statim apprehendere poteris. Consulta est a Drakenborchio.

1508 Parisina I. 4. sine notis. In fine: *Silius Italicus finit, impressus Parrhisii in Bellovisu pro Radulpho Laliseau, anno salutis millesimo quingentesimo octavo, die duodecima mensis Decembris.*

1512 Paris. II. c. commentario Petri *Marsi.* In fine: *Parrhisiis ex aedibus Nicolai de Protis. XI. Kalendas Maii anno domini supra millesimum quingentesimum duodecimo. impensis vero honestissimorum virorum, Poncii Probi, et Francisci Regnault, bibliopolarum.* Consuluit eam Drakenborchius.

1514 Lugd. 8. per Damianum *Benessam*; laudata Drakenborchio, et collata a novissimo Silii editore Gallo, Io. Bapt. Lefebure de Villebrune.

Aetas II. Iuntino-Aldina 1515—1600.

Quamvis Silio lumen attulisset novum Damianus Benessa; mox tamen aliam iniit viam Iuntinae curator s. corruptor Ambrosius *Nicander;* mirumque sit, quod eius vestigia legerit Asulanus in ed. Aldina. Sic fecit nomen Iuntinum cum Aldino, ut Silius contaminatus obtineret etiam in edd. Antverp. Herm. *Buschii* argg. et *scholiis* Basilienses edd. an. 1522. et 1543. et quae imitata est priorem Parisina Colinaei, caeterae auctae sunt.

1515 Florentiae. 8. ap. Philipp. *Iuntam*, ex emendatione Ambrosii *Nicandri*, Toletani; sed hunc inconsiderata mutandi prurigine plurimis locis Silium misere corrupisse, clariss. *Drakenborchius* fidem facit.

1522 Basil. 8. ap. Thom. *Wolfium*, cum Hermanni *Buschii* argumentis et scholiis in margine adiectis.

1523 Venet. 8. apud *Aldum* et *Andream Asulanum* socerum. Asulanus Ambrosii Nicandri legit vestigia, et versus libri octavi, ab 145. ad 225. qui a vetustis absunt exemplaribus, is primus invexit, depromtos, ut opinatur, ex collectaneis Iacobi Constantii editis Fani anno 1508. qui eos ad Baptistam Guarinum e Galliis fuisse missos affirmat cap 92. An Silii sint, multum ambigitur. vid. Nic. Heinsii notas ad Silii VIII, 145. et Catal. Bibl. Bunav. To. I. Vol. 1. p. 347.

1531 Paris. 8. ap. Simonem Colinaeum. c. argg. et scholiis Buschii.

1543 Basil. 8. ap. Henricum *Petri*, c. argumentis et scholiis in margine adiectis Hermanni *Buschii.*

1547

1547 Lugd. 12. ap. Sebastianum Gryphium.
1551 Lugd. 12. ap. Seb. Gryphium.
1566 Antverpiae 12. ap. Philippum *Nutium.* ad Aldinam sive And. Asulani editionem expressus.
1568 Antv. 12.
1578 Lugd. 12. ap. Antonium Candidum.
1598 Lugd. 12. ap. Anton. Candidum, cum argumentis Buschii.

AETAS III. MODIO-HEINSIANA 1600—1695.

cuius antesignanus fuit Lud. *Carrio*, qui ex Codice antiquissimo et optimae notae (Caroli M. ut volunt, aetate, exarato) sed in quo dimidium Libri XVI. et totus ultimus desideratur, multa Silii loca feliciter restituit in Emendd. et Antiqq. lectt. libris, (editis Antverp. 1576. 8. et Paris. 1583. atque in Lampade artium Gruteriana recusis Francof. 1604. 8.). Plura vero Franc. *Modius* in Novantiquis lectt. (Francof. 1584. 8. et in Lampade Gruteri T. V.) restituit; neque vero ipse eius Silius, quem cum Homero et Virgilio collatum ac locis innumeris emendatum edere voluit, unquam in lucem prodiit. Totum Silium postea ad easdem membranas recensuit, notisque sub *Crepundiorum Silianorum* titulo adiunxit Dan. HEINSIVS, tunc natus annos nondum viginti an. 1600. Codicis MS. Oxon. Collegii Reginae excerpta a Grutero nactus Caspar *Barthius* Silio emaculando et illustrando multa capita tribuit in Adversariorum libris excusis Francof. 1624. fol. Nono anno ante Claudius *Dausqueius* Sanctomarius, Canonicus Tornacensis, Silium cum Commentariis eruditis edidit; quanquam non semper optimam amplexus est lectionem, et in Modium Heinsiumque invehitur iis quandoque in locis, ubi sequi eos satius fuerat.

1600 Lugd. Bat. Sil. Ital. de secundo bello Punico: in quo ad codicis Modiani fidem versus spurii eiecti sunt, ac legitimi substituti; notae uberiores sub *Crepundiorum Silianorum* titulo adiectae opera Dan. *Heinsii.* Ex off. Plantin. *Raphelengii.* 24. Vid. Cat. de la Bibl. du Roi Bell. Lettr. To. I. p. 316.
1601 Antv. 12. ap. Gislerum Iansenium.
1603 Aureliae Allobrogum s. Genevae 4. ap. Sam. Crispinum, in corpore omnium poetarum Latinorum ed. I. vol. II.
— Lugd. 12. ap. Iohannem Pillehotte.

1607

1607 Genevae 12. ap. haeredes Iacobi Chouet. c. argg. Buschii.

1611 Lugd. Bat. ap. Christoph. Raphelengium in forma minore.

— Genev. 4. in corpore poetarum Latin. ed. II. Genev. vol. II. p. 146-263.

1614 Lugd. 8. ap. Io. Pillehotte.

1615 vel 1618 Paris. 4. In C. *Silii Italici* Punica, seu de bello Punico secundo libr. XVII. Claud. *Dausquius* Sanctomarius, Canonic. Tornacensis. Parisiis ap. Dav. Douceur. Dausqueius quamvis optimam lectionem non semper amplexus in Modium Heinsiumque invehatur, habetur eruditissimus et enarrandis poetis praecellens iudice Barthio. sed ex Nic. Heinsii sententia *glandes* sectatur semper. Quaedam exempla huius ed. habent posteriorem annum.

1616 Lugdun. in Corp. Poet. Latin. Alexandri *Ficheti* S. I. 4.

1618 Antv. in off. Plantin. Raphelengii repetita est Heinsii ed. 12.

1620 Amstel. 24. ap. Guil. Ianssonium. Praemissa est Silii vita per Hermannum Buschium.

1627 Amstel. repet. praecedentis.

— Genev. 4. in corpore poetarum Latinorum. ed. III. vol. II.

1631 Amstel. ap. Guil. Blaew. form. min.

1640 Colon. Allobrog. (Genev.) 4. in corpore omnium veterum poetarum Latinorum. ed. IV.

1646 Cantabrigiae. 12. Crepundia Siliana Danielis *Heinsii.* A Rogero Daniele addita est eiusdem *Heinsii* dissertatio de verae Criticae apud veteres ortu, progressu, usuque tum in caeteris disciplinis, tum in sacris: et de religione Aegyptiorum, Graecorum, Latinorumque ex Oriente repetenda origine.

Aetas IV. Cellario-Drakenborchiana 1695—1781.

a Duumviris clarissimis, Christoph. CELLARIO Prof. Halensi et Arnoldo DRAKENBORCH, philologo Vltraiectino; quibus praeiverat Nic. *Heinsius*, qui paternae editioni adnotaverat emendationes a Ios. *Scaligero* olim Silio adscriptas, dein idem Dausqueianae editioni lectiones Codd. Oxoniensis et Puteani, nunc Bibl. reg. Paris. et edd. priscarum Parmensis, Romanae antiquissimae, Aldinae etc. De quibus diligentius disputat Drakenborchius

chius in praef. et nos praecipua ad Cellarianam et Drakenborchianam edd. ſubnotamus. Vtrique nuperrime ſupervenit novus, ſi Diis placet, Ariſtarchus Gallus, Io. Bapt. *Lefebure de Villebrune*, de cuius opera in Silium collata ancipite plura ſententiam Cenſoris eruditi Goettingenſis ſecuti infra dicimus.

1695 Lipſiae. 8. Sil. Ital. de bello Punico ſecundo libri XVII. Chriſtophorus *Cellarius* recenſuit, et notis et tabulis geographicis, ac genuino indice rerum et latinitatis illuſtravit. ap. Io. Thom. Fritſch. Cel. Cellarius ex prioribus criticis, Modio, Barthio, Gronovio, Nicol. Heinſio aliiſque, quae praecipue ad Silii ornatum ac decus facere videbantur, conquirens, iisque notas ſuas addens, accuratam ſatis atque concinnam editionem dedit. Sed notandum eſt, Heinſii notas deberi potiſſimum Ioſ. Scaligero, ex cuius exemplari notas ad marginem adſcriptas Heinſius deſcripſit. Vide praefat. Drakenborchii.

1713 Lond. fol. in corpore poetarum Latinorum, Maittarii cura edito.

1717 Traiecti ad Rhenum. 4. Caii Silii Italici Punicorum libri ſeptemdecim, cum excerptis ex Franciſci *Modii* novantiquis Lectionibus, et Caſpari *Barthii* Adverſariis, tum Danielis *Heinſii* crepundiis Silianis, et poſtumis notis Nicolai *Heinſii*, nunc primum editis, curante Arnoldo *Drakenborch*, cuius etiam annotationes paſſim additae ſunt. apud Guilielmum van de Water, Academ. Typogr. MDCCXVII. 4. c. figg. aen. Praefat. ſequitur Chriſtoph. Cellarii Diſſertatio de C Silio Italico poeta conſulari — Huius textum et nos ſecuti ſumus. Simul, conſulturi curioſitati ſtudioſorum Silii, ſubiecimus varietatem lectionis editionis noviſſimae Pariſinae Io. Bapt. *Lefebure de Villebrune*; ex qua perſpicere poſſint, quidquid ille boni malive contulit in Silium.

1775 Mitaviae. 8. Caii Silii Italici Punicorum libri ſeptemdecim e recenſione Arnoldi *Drakenborch* curavit et gloſſarium latinitatis adiecit Ioannes Petrus *Schmid*. Mitaviae apud Iac. Frider. Hinzium. Textum quidem profitetur Drakenborchii; ſed ab eo ſaepiſſime aberrat. In gloſſario refert notas Heinſii, Drakenborchii caett.

1781 C. Silii Italici de bello Punico ſecundo poema ad fidem veterum monimentorum caſtigatum, fragmento auctum. Operis integri editio *princeps*. Curante Io. Bapt. *Lefebure* de *Villebrune*. Pariſiis. 8. Duplex eſt haec editio; alia conſtans tribus voll. 8. cum verſione Silii Gallica;

alia

alia I vol. textum exhibet notis criticis auctum. Monumenta ſ potius Codices, quibuscum editor denuo contulit textum, ſunt 1) ille *Puteani*, qui hodie in Bibl regia Pariſ. aſſervatur (etiam Nic Heinſio conſultus) 2) Codex *Tellierii* recentioris aevi, ſec. ſcil. XV; 3 et 4) Lect. variae ex Cod. Colon et Oxon. a Carrione, Modio et Barthio excerptae. Praeter haec ſubſidia editiones priſcas ad manus habuit, interque eas Romanam II. an. 1471 a nemine antea collatam, et illam Damiani *Beneſſae*, quae plurimum boni habet, ſed ex quo a Nicandro, Iuntinae curatore, male ſpreta erat, neglecta eſt. Hiſce ſubſidiis inſtructus multum quidem boni contulit in Silium, lectt. corruptas ſanavit coniectaque Heinſiorum firmavit e libris, aut ab iis derelicta reſtituit, aliaque ubi illi nil ſuſpicati erant, convicit; ſed idem ille temere coniecturas in textum recepit, quarum aliae ingenioſae videri poſſunt, aliae plurimae ab omni Latii ſapientia critica alienum et arrogantem ſenſum produnt. Superbius vero etiam maledicit Nic. Heinſio et Drakenborchio, quos viros dum prae ſe contemnit, immo et Germanorum ingenia inhumanitatis accuſat, egregie ſe ipſe turpem dedit. L. XVI. poſt v. 27. editor pannum aſſuit, tanquam ſi Silii eſſet, declamationem Magonis morientis, ex Petrarchae carmine Africa, L. VI. extr. decerptam, ac 34 verſibus conſtantem: repetiit etiam verſus L. VIII. ab 145 ad 225 ab Andrea Aſulano in editionem Aldinam primum invectos, ab Heinſio aliiſque reiectos; unde hanc ſuam ed. Operis integri principem glorioſe pronuntiat. Verum conſulatur de hiſce, qui nimiam hominis prurientis licentiam et immodeſtiam ex merito notavit Cenſor eruditus Goettingenſis, in Commentariis rerum novarum in orbe lit. geſtarum an. 1782 Additam. 17, p. 257-266. Editioni maiori Latino Gallicae ſubiunxit indicem iuſto maiorem, inſcriptum *Nomenclature hiſtorique et geographique*; in quo quidem, uti in ipſo Commentario ſaepius pueros in trivio docere videtur, verborum etyma venatur ex linguis Celtarum et Orientis repetenda, in omnia alia ab Silio illuſtrando aliena ſaepius digreditur.

TESTIMONIA VETERVM DE C. SILIO ITALICO

Plinius Lib. III. *Epist.* VII.

Modo nuntiatus est Silius Italicus in Neapolitano suo inedia vitam finisse. Causa mortis, valetudo. Erat illi natus insanabilis clavus, cuius taedio ad mortem irrevocabili constantia decucurrit: usque ad supremum diem beatus et felix, nisi quod minorem e liberis duobus amisit, sed maiorem melioremque, florentem, atque etiam consularem reliquit. Laeserat famam suam sub Nerone; credebatur sponte accusasse: sed in Vitellii amicitia sapienter se et comiter gesserat: ex proconsulatu Asiae gloriam reportaverat: maculam veteris industriae laudabili otio abluerat. Fuit inter principes civitatis sine potentia, sine invidia. Salutabatur, colebatur, multumque in lectulo iacens, cubiculo semper, non ex fortuna frequenti. Doctissimis sermonibus dies transigebat, quum a scribendo vacaret. Scribebat carmina maiore cura quam ingenio; nonnunquam iudicia hominum recitationibus experiebatur. Novissime, ita suadentibus annis, ab urbe secessit, seque in Campania tenuit: ac ne adventu quidem novi principis inde commotus est. Magna Caesaris laus, sub quo hoc liberum fuit: magna illius, qui hac libertate ausus uti. Erat Φιλόκαλος usque ad emacitatis reprehensionem. Plures iisdem in locis villas possidebat, adamatisque novis, priores negligebat. Multum ubique librorum, multum statuarum, multum imaginum, quas non habebat modo, verum etiam venerabatur: Virgilii ante omnes, cuius natalem religiosius, quam suum, celebrabat; Neapoli maxime, ubi monumentum eius adire, ut templum, solebat. In hac tranquillitate annum quintum et septuagesimum excessit, delicato magis corpore, quam infirmo. Vtque novissimus a Nerone factus est consul, ita postremus ex omnibus, quos Nero consules fece-

fecerat, deceſſit. Illud etiam notabile, ultimus ex Neronianis conſularibus obiit, quo conſule Nero periit.

C. CORNEL. TACITVS

Hiſtor. lib. III. *cap.* LXV.

Saepe domi congreſſi (Flavius Sabinus, ac Vitellius) poſtremo in aede Apollinis, ut fama fuit, pepigere. Verba vocesque duos teſtes habebant, Claudium Rufum et Silium Italicum.

M. VAL. MARTIALIS

ad Silium lib. IV. *Ep.* XIV.

Sili, Caſtalidum decus ſororum,
Qui periuria barbari furoris
Ingenti premis ore, perfidoſque
Aſtus Hannibalis, leveſque Poenos
Magnis cedere cogis Africanis:
Paullum ſepoſita ſeveritate,
Dum blanda vagus alea December
Incertis ſonat hinc et hinc fritillis,
Et ludit popa nequiore talo,
Noſtris otia commoda Camenis
Nec torva lege fronte, ſed remiſſa
Lascivis madidos iocis libellos.
Sic forſan tener auſus eſt Catullus
Magno mittere paſſerem Maroni.

Lib. VI. *Epigr.* LXIV. *in detractorem.*

Emendare meos, quos novit fama, libellos,
Et tibi permittis felices carpere nugas:
Has, inquam, nugas, quibus aurem advertere totam
Non aſpernantur proceres urbiſque forique,
Quas et perpetui dignantur ſcrinia Sili,
Et repetit toties facundo Regulus ore.

Lib. VII. *Epigr.* LXIII.

Perpetui numquam moritura volumina Sili
Qui legis, et Latia carmina digna toga,
Pierios tantum vati placuiſſe receſſus
Credis, et Aoniae Bacchica ſerta comae.
Sacra cothurnati non attigit ante Maronis,
Implevit magni quam Ciceronis opus.
Hunc miratur adhuc centum gravis haſta virorum,
Hunc loquitur grato plurimus ore cliens.
Poſtquam bis ſenis ingentum faſcibus annum
Rexerat; adſerto qui ſacer orbe fuit:
Emeritos Muſis et Phoebo tradidit annos,
Proque ſuo celebrat nunc Helicona foro.

Lib.

Lib. VIII. *Epigr.* LXVI.

Augufto pia tura, victimafque
Pro noftro date Silio, Camenae.
Biffenos iubet en redire fafces
Nato confule, nobilique virga
Vatis Caftaliam domum fonare.
Rerum prima falus et una, Caefar,
Gaudenti fupereft adhuc, quod optet
Felix purpura, tertiusque conful.
Pompeio dederit licet Senatus,
Et Caefar genero facros honores,
Quorum Pacificus ter ampliavit
Ianus nomina: Silius frequentes
Mavult fic numerare confulatus.

Lib. IX. *Epigr.* LXXXVI.

Feftinata fui gemeret cum fata Severi
Silius, Aufonio non femel ore potens:
Cum grege Pierio maeftus Phoeboque querebar.
Ipfe meum flevi, dixit Apollo, Linon.
Refpexitque fuam, quae ftabat proxima fratri,
Calliopen, et ait: Tu quoque vulnus habes.
Adfpice Tarpeium Pallatinumque Tonantem:
Aufa nefas Lachefis laefit utrumque Iovem.
Numina cum videas duris obnoxia fatis,
Invidia poffis exonerare Deos.

Lib. XI. *Epigr.* XLIX.

Silius haec magni celebrat monumenta Maronis,
Iugera facundi qui Ciceronis habet.
Heredem, dominumque fui tumulique Larifque
Non alium mallet nec Maro, nec Cicero.

Lib. eodem Epigr. LI.

Iam prope defertos cineres, et fancta Maronis
Nomina qui coleret, pauper et unus erat.
Silius Andinae fucurrere cenfuit umbrae:
Silius en vatem, non minor ipfe, colit.

SIDONIVS APOLLINARIS

Excufatorio ad Felicem verf. 260.

Non Gaetulicus hic tibi legetur,
Non Marfus, Pedo, Silius, Tibullus.
Non quod Sulpiciae iocus Thaliae
Scripfit blandiloquum fuo Celeno.
Non Perfi rigor aut lepos Properti.

C. SILII



C. SILII ITALICI
PVNICORVM
LIBER I.

ARGVMENTVM.

Quum finito bello Punico primo, et victis navali proelio Carthaginiensibus metuendum esset, ne Romanorum imperium in immensum cresceret, Iuno, Romanis inimica, consilium capit belli denuo instaurandi, Hannibalique iuveni bellicoso et audaci praecipuas eius belli gerendi partes adsignat. Is iam puer a patre Hamilcare in templo Elissae sacris initiatus, et solenni iureiurando adactus fuerat ad Romanos bello persequendos. Hamilcare autem deinde in Hispania mortuo, Hasdrubali imperium belli traditur. Sed is quoque postquam a servo cuiusdam Tagi, quem cruci affigi iusserat, interfectus esset, unanimi copiarum consensu et acclamatione Hannibal dux belli electus est. Tanto Libyae Hispaniaeque imperio potitus, et animis militum, arte, donis, et ingenio declarando, sibi conciliatis, Romanos armis aggredi parat. Initium et praetextum belli hunc statuit, ut Saguntum urbem, Romanis ex foedere subditam, obsidione cinctam vexaret. Saguntini quum cedere nollent, urbs omni apparatu bellico oppugnatur, dum vineis sub testudine actis murorum non parva pars corruit. In Saguntinis fortiter contra pugnantibus, inprimis virtus Murri eminebat, fiuntque caedes atroces ab utraque parte. Iam Hannibal, varia hostium strage sua manu facta, cum audivisset suos a Murro graviter vexari, summo impetu Murrum petit, eumque prostratum tandem interficit. Caedes Murri magnas turbas excitat; quibus vero Hannibal dum

fortiter reſiſtit, ex lancea hoſtili vulnus accipit. At Iunonis ope ſoſpes ex acie evadit. Saguntini interim ſe colligunt, muros ex parte reficiunt, et re deliberata, legatos Romam ad auxilium petendum mittunt. Ibi in frequenti Senatu, expoſita a Sicori Saguntinorum calamitate, atque expetita Romanorum ope, Lentulus quidem extemplo Hannibalem vi impugnandum cenſet, Fabius contra ſuadet caute et pedetentim rem agendam. Obtinet ſententia, ut legati ad Hannibalem mitterentur; ſin coeptis perſtiterit, bellum ipſi indiceretur.

ORDIOR arma, quibus coelo ſe gloria tollit
Aeneadum, patiturque ferox Oenotria iura
Carthago. Da, Muſa, decus memorare laborum
Antiquae Heſperiae; quantoſque ad bella crearit,
Et quot Roma viros: ſacri cum perfida pacti
Gens Cadmea ſuper regno certamina movit:
Quaeſitumque diu, qua tandem poneret arce
Terrarum Fortuna caput. Ter Marte ſiniſtro

Iura-

1-3. Incipio bellum deſcribere, quo ſubacta eſt atque in ditionem Romanorum redacta Carthago. — Statim in limine carminis Virgilii imitatorem ſe prodit Silius. *Arma* pro bello, ut Virgil. Aen. I, 1. *Oenotria*, Romana. v. Heyn. Excurſ. ad Virg. I, 530. p. 131. His adde de Oenotro, unde illud totum nomen fluxit, locum Pauſan. Arcad. Cap. 3.

3-8. *Muſam* advocat noto ex more poetarum, ſecutus inprimis Virg. ſuum Aen. I, 8. *Decus labor. H.* celeberrimum omnium bellorum, quae unquam in Italia et a Romanis geſta ſunt. Praeivit ipſe Livius 21, 1. De *Heſperiae* nomine ſatisfecit Heyn. Exc. laud. — *Gens Cadmea* Carthaginienſes, a Cadmo Thebarum conditore, qui a Phoenicibus ortum ducebat. cf. infr. v. 106. Hinc et *Phoenix* pro Carthagin. infr. verſ. 33. et alibi. — *Quaeſitum*, dubitatum, *qua arce* proprie cui arci, Romanae an Carthaginienſi, *Fortuna caput poneret*, imperium conciliaret. Haec eſt varia belli fortuna, et anceps Mars, quem Livius vocat 21, 1.

ıratumque Iovi foedus, conventaque Patrum
donii fregere duces: atque impius enſis
'er placitam ſuaſit temerando rumpere pacem.
ed medio finem bello excidiumque viciſſim
lolitae gentes: propiuſque fuere periclo,
uîs ſuperare datum. Reſeravit Dardanus arces
uctor Agenoreas: obſeſſa Palatia vallo
oenorum, ac muris defendit Roma ſalutem.
Tantarum cauſas irarum, odiumque perenni
ervatum ſtudio, et mandata nepotibus arma,
as aperire mihi, ſuperaſque recludere mentes.
ımque adeo magni repetam primordia motus.

VARIAE LECTIONES.

v. 11. *placidam* vulg. edd. inepto ſenſu. *placitam* Codd. MS. 19. *Superumque* recepit Leſeb. nulla auctoritate adiecta.

8-16. In tribus bellis Pu-icis medium, ſ. ſecundum axime exitiabile, Poenis in-imis, fuit. Haec poetice or-at. *Iuratum Iovi f.* ut ſum-o iuramentorum praeſidi. *onventa*, conventiones vulgo, acta, foedera. — *placitam p.* acto firmatam, ut *placitum edus* Virg. A. X, 15. *teme-ndo* periurio, quo foedus olarunt Poeni. Vnde et *im-us enſis*, vel impii hoſtes di-i, et Hannibali *periurum en-m* tribuit Stat. Silv. VI, 77. erba ſequentia *propius f. p.* Livio expreſſa 21, 1. Certe agis quam e Virgil. VIII, 556. oi Burman. Silii locum hunc lduxit. — *Dardanus dux* Scipio Rom. dux, a Dardano, Troianorum, e quibus Ro-mani orti dicuntur, antiquo rege. In talibus teneatur mos poetarum, inprimis Si-lii, illa epitheta e longinquis gentium originibus repetendi. Ita mox *arces Agenoreas* Car-thaginem dicit, ab Agenore Phoenicum illius urbis condi-torum, rege et Cadmi patre. cf. infr. v. 88. et Lib. VI, 303. *Palatia* romana, pro ipſa Ro-ma. v. Virgil. Georg. I, 499.

17-20. *mandata nep. arm.* ſimpl. bellum ad nepotes us-que propagatum intelligo. No-tatur belli longinquitas. Con-ferri tamen utiliter poteſt lo-cus Virgil. A. IV, 622. 29.

Pygmalioneis quondam per caerula terris
Pollutum fugiens fraterno crimine regnum
Fatali Dido Libyes appellitur orae:
Tum pretio mercata locos, nova moenia ponit,
Cingere qua secto permissum litora tauro.
Hic Iuno, ante Argos, (sic credidit alta vetustas)
Ante Agamemnoniam gratissima tecta Mycenen,
Optavit profugis aeternam condere gentem.
Verum, ubi magnanimis Romam caput urbibus alte
Exserere, ac missas etiam trans aequora classes
Totum signa videt victricia ferre per orbem,

Ian

24 Pro *locos*, quod est in Codd. Col. Put. Parm. Basil. et a edd. nonnullae edd. ut Iunt. et Ald. ediderunt *solum*. 28. *gen tem* Codd. Col. Put. Rom. Parm. all. *sedem* edidit Nicand. i Iunt. et Aldus, quos caeteri secuti sunt.

21-25. *Pygmalioneis t.* ex Tyro. Nam Dido erat soror Pygmalionis, qui avaritia ductus Sichaeum patruelem interfecit, in quo est *crimen fraternum.* Ergo Dido fugit sceleftum fratrem et Carthaginem deinde condidit. cf. Virgil. A. I, 340. seqq — Ad vers. 24. cf. Virgil. I, 367. *Mercatique solum facti de nomine Byrsam, Taurino quantum possent circumdare tergo.* Historiam tradit Iustin. Lib. 18, 5. — *Litora,* terminos, limites, in mare excurrentes. Sita enim est quasi in peninsula urbs. v. infr. v. 446.

26-28. Locus adumbratus e Virg. Aen. I, 15. *Quam* (Carthaginem) *Iuno fertur terris magis omnibus unam Posthabita coluisse Samo.* Silius *Argos* appellat et *Mycenen* urbes priscas Argolidis in Pelopon neso, exemplo Homeri Il. 4 52. — Hanc *Agamemnonia* dicit more Virgil. VI, 839. Agamemnonis regiam. I utraque Iuno colebatur, und *Argivae* nomen. — *Optavi* elegit, destinavit, e Virgi Aen. I, 425. III, 109. Ipsa sententiam Virgil. I, 17. e pressit: *hoc regnum dea gent bus esse — iam tum tenditq fovetque.*

29-35. cf. Virgil. Aen. 19. seqq. qui locus certe an oculos fuit Silio. In vers. 2 poetae lectione Maronis im buto obversari poterant verb Tityri Eclog. I, 25. *Haec* (R ma) *tantum alias inter capu extulit urbes, quantum len solent* etc. *magnanimas urb* dici superbas potentia, triun phis, opibus, in promtu e

Pr

m propius metuens, bellandi corda furore
hoenicum exstimulat. Sed enim conamine primae
ontuso pugnae, fractisque in gurgite coeptis
canio Libycis, iterum instaurata capessens
rma remolitur. Dux agmina sufficit unus
urbanti terras, pontumque movere paranti.
Iamque Deae cunctas sibi belliger induit iras
annibal: hunc audet solum componere fatis.
nguineo tum laeta viro, atque in regna Latini

 Tur-

36. *agmine* Parm. *magnae* Cod. Col. vitiose. 37. *terra* Cod. Putean. et ed. Lefeb. 40. *tum laeta* e libr. scr. Heinsii ediderunt pro vulg. *cum*. Lefeb. ex Rom. 2. ed. *quae laeta*.

ropius m. impensius, praetiora pericula timens. — . Cum prima pugna, (belm Punicum primum) male cessisset Poenis, ea instaur hoc secundo bello. *Comen contus. fracta coepta* pro itis durius et tumidius eft, meo sensu. Caeterum uitur classis Carthag. apud gates insulas Lilybaeo promtorio oppositas, a Roma. Cs. Lutatio victa et disiei, quae victoria bello Puo primo finem fecit. v. r. v. 61. seqq. VI, 684. 6. lyb. I, 60. Aurel. Vict. cap. . Nepos Hamilc. Cap. 1. 3. Flor. II, 2. — In il: *iterum cap.* — *instaura-* — *remolitur*, luxuriantem etae indolem, cui adsuen lectorem esse oportet, nosce.

36-39. *agmina sufficit*, suppditat, subministrat affectui Iunonis. Ita Marsus bene. Exemplum significationis adferunt Virg. A. II, 617. *Danais animos viresque secundas Sufficit.* — 38. Hannibal *induit Deae iras*, Iunonis iram adversus Rom. veluti suam facit, eamque bello exsequitur. In Drachenborchianis est locus Senecae Epist. 47. *Regum nobis induimus animos.* — Mox *componere fatis* multo potentius dictum quam opponere hostibus s. bello praeficere. *Fata* inprimis in bello dominantur, cuius exitus et fortuna incerta est; *componere* autem e re gladiatoria petita vox, ut comparare, committere par gladiatorum. Recurrit infr. lib. X, 70. XVI, 616.

40-54. Per me Aeneas imperium in Italia fundaverit, per me vincant in fine Romani, dummodo interea sanguinem profundant. Consentanea

Turbine mox ſaevo venientum haud inſcia cladum,
Intulerit Latio, ſpreta me, Troïus, inquit,
Exſul Dardaniam, et bis numina capta Penates,
Sceptraque fundarit victor Lavinia Teucris:
Dum Romana tuae, Ticine, cadavera ripae
Non capiant: ſimiliſque mihi per Celtica rura
Sanguine Pergameo Trebia et ſtipantibus armis
Corporibuſque virûm retro fluat; ac ſua largo
Stagna reformidet Thraſymenus turbida tabo.
Dum Cannas tumulum Heſperiae, campumque cruore
Auſonio merſum ſublimis Iapyga cernam:

Tequ

41. *haud inſcia* MSS. cum primis edd, *haud neſcia* ex nonnu-lis edd. Dausqueius probavit. *venientum neſcia cladum* Mar et alii.

tanea vox Iunonis iratae, at victoriam Roman. ut Dea, praevidentis. Singula graviter, et poetico ornatu elata ſunt: — *Sanguineo*, Homer. *αἱμοχαρεῖ* ut *Mars ſanguineus* Virgil. A. XII, 332. — cf. infr. v. 60. *Inferre Latio Dardaniam et Penates*, dictus Aeneas, dum a Troia profugus, ſedem in Latio, condito Lavinio, figebat, Troianorumque ibi inſtituta, leges, ſacra conſervabat. Ita Virgil. A. I, 67. *Ilium in Italiam portans victoſque Penates* ubi vid. Heyn. et in Excurſ. ad Aen. II, 293. — *bis numina capta*, proprie numina Troianorum bis captorum, primum ab Hercule, ſecundum a Graecis ſub Agamemnone, unde *gens bis victa*, Virgil. XI, 402. coll. Lib. II, Aen. 642. —

v. 45. ſeqq. nominantur loca in quibus maxime ſaevae cla-des Romanorum a Cartha-factae ſunt, Ticinus, et Tre-bia fluvii Galliae, Thraſyme-nus lacus Etruriae, Canna vicus Apuliae. Quod hi flu-vii dicuntur *cadavera non ca-pere, retro fluere, ſtagna ſu reformidare*, pertinet id a atrocitatem cladis, et mult-tudinem ſanguinis ibi profu epica arte exaggerandam. Ex-empla paſſim obvia ſunt i Virgilio. cf. Aen. XI, 40 ubi vid. Heyn. et Lucan. I 24. ſeqq. — *ſimilis mihi Tr-bia* etc. ſimili modo Trebi referta corporibus retro flua *Cannas tumulum H.* veluti ſ pulcrum reip. Romanae. Ha ſit e Livio 26, 41. *Trebi Thraſymenus, Cannae, qu aliud ſunt, quam monumen* occ

Teque vadi dubium coeuntibus, Aufide, ripis
Per clipeos, galeafque virûm, caefofque per artus
Vix iter Hadriaci rumpentem ad litora ponti.
  Haec ait; ac iuvenem facta ad Mavortia flammat.
Ingenio motus avidus, fideique finifter
Is fuit: exfuperans aftu; fed devius aequi.
Armato nullus Divûm pudor: improba virtus,

57. *exuberans* vulg. perperam. *exfuperans* ex Cod. Ox. Putean. Ed. Mediol. aliifque reftituerunt Barth. Heinf. et Drak.

beciforum exercituum et confulum Romanorum. Barthius attulit locum Catulli carm. 68. in Manl. 89. *Troiae nefas, commune fepulcrum Afiae Europaeque.* cf. Manil. Aftron. 4, 658. Plin H. N. 15, 18. a Drakenborchio laudatos. De *campo Iapygo* v. Virgil. Aen. XI, 246. Iapygiae nomen latius patens ad Apuliam, Calabriam et Meffapiam pertinet. Ergo Cannas ad flumen Aufidum in Apulia fitas poeta defignat. De caeteris iftius tractus nominibus vid. infr. ad lib. VIII, 243.— 52. *Coeuntes ripae* dicuntur ob refertum fluvii alveum cadaveribus et armis; unde et *vadi dubius*, veluti alveum fuum non agnofcens, et mox *vix iter rumpens*, vix valens penetrare ad pontus Adriaticum prae copia armorum et cadaverum.

55. *flammat*, inflammat Hannib. ad bellum gerendum.

56. feqq. Livianam imaginem (21, 4.) poeta fuis coloribus refinxit, additis etiam iis, quae pleniorem et abfolutiorem redderent. v. infr. verf. 243 feqq. Multa a Silio exaggerata et luxurianter dicta effe, nec ea Livianam elegantiam et iucundam ubertatem affequi, equidem bene fentio. At iufto cupidius iniquiufque etiam iudicari Silium a Clemente (Effais de critique fur la literat. T. I. p. 43.) ubi de admittendis in carmine epico imaginibus, ex artis epicae praeceptis, difputat, idem ego exiftimo. Sed de his alio loco commodius dictum. Iam verba videamus. *Avidus motus* eft a natura ad bellum, ad turbas, proclivis. *Fidei finifter* perfidus, periurus. *Nullus D. pudor*, nulla religio Deorum. Mox *improbam virtutem* ante alios iam Marfus explicaverat, infatiabilem, quae nullis periculis, nulla fortuna frangeretur, quomodo *labor improbus* dicitur Virgil. Georg. I, 145.

Et pacis despectus honos: penitusque medullis
Sanguinis humani flagrat sitis: his super, aevi
Flore virens, avet Aegates abolere, parentum
Dedecus, ac Siculo demergere foedera ponto.
Dat mentem Iuno, ac laudum spe corda fatigat.
Iamque aut nocturno penetrat Capitolia visu,
Aut rapidis fertur per summas passibus Alpes.

Sae-

59. *penitisque* coni. Vossius in margine libri sui. 60. *insuper* primum extitit in ed. Martini Herbipol. Venet. 1504. 61. *paternum* coni. N. Heinsius. Sed vid. Drakenb. et notr. 63. *et cladum* Lefeb. e duobus vett. libris, et addita auctoritate versus 41. quam ego non tanti aestimo, ut ex ea illius lectionis veritatem metiar. 64. *nisu* coni. Heins. a Cellario recepta.

I, 145. Ergo ad sequentia retulerunt, quae *pacis despicientem* declarant. Sed cum in hac quidem imagine videamus, congesta magis esse atrocitatis importunitatisque documenta, quam verae laudis praeconia, quidni *improba virtus* nunc declarare possit fortitudinem bellicam cum malitia animi coniunctam, heroem improbum, cui armato nulla religio, nullus Divum pudor inesset? Quis ignorat, eiusmodi antitheses in deliciis esse Silio, aequalibusque poetis? Manifeste ante oculos habuit illa Livii l. c. „Has tantas virtutes ingentia vitia aequabant: inhumana crudelitas, perfidia plus quam Punica, nihil veri, nihil sancti, nullus Deorum metus, nullum iusiurandum, nulla religio.“ — *pacis desp. h.* pacem, quam colere et adamare debebat, despiciebat.

61. seqq. *a. Aegates abolere*, infamiam delere cupit, quam maiores sui pugna navali ad Aeg. insulas victi a Romanis acceperunt; v. Claud. bell. Gild. vers. 430. Mox *foedera* dicit pacem ignominiosam, quam victi tum Carthaginienses cum Romanis inire compulsi sunt; eam vult *Siculo ponto dem.* obruere et delere eius memoriam novis victoriis, ut qui Siculum pontus cogitet, ei plane non in mentem veniat pacis illius. cf. infr. lib. XI, 530. ubi dicitur dies ille, quo Paulus cecidit, Aegates et servilia foedera larga *ultus caede*.

63. seqq. Iuno confirmat mentem Hannibalis, et *fatigat corda* h. laudis spe excitat ad consilium exsequendum.

Fa-

Saepe etiam famuli turbato ad limina ſomno
Expavere trucem per vaſta ſilentia vocem,
Ac largo ſudore virum invenere futuras
Miſcentem pugnas, et inania bella gerentem.
Hanc rabiem in fines Italûm, Saturniaque arva
Addiderat quondam puero patrius furor. Ortus
Sarrana priſci Barcae de gente, vetuſtos
A Belo numerabat avos. Namque orba marito
Cum fugeret Dido famulam Tyron, impia diri
Belides iuvenis vitaverat arma tyranni,
Et ſe participem caſus ſociarat in omnes.
Nobilis hoc ortu, et dextra ſpectatus Hamilcar,
Vt fari primamque datum diſtinguere lingua

66. *ad lumina* vulg. *limina* Codd. MSt. 71. *tandem* pro *quondam* Codd. Put. Oxon. edd. Parm. Mediol. et recepit Lefeb. 78. *primaque* Putean.

Fatigatur autem animus crebris cogitationibus de laude futura. Nil niſi laudes et gloriam ſuam cogitat. v. Heyn. ad Virg. A. IV, 572. ubi Aeneas ſocios *fatigat*, i. e. crebris hortatibus excitat. — Hinc bene Silius Hannibalis ſomnia finxit, accommodate ad naturam talis ingenii, et his ipſis mentis illa fatigatio declaratur. 66. *Famuli ad lim.* ſervi ad fores cubiculi excubantes, ut ap. Virg. A. IX, 648. *fidus ad limina cuſtos.* et cf. Ovid. Metam. XI, 679. *turbato ſomno*, exterriti atque expergefacti, voce Hannib. in ſomno pugnantis et clamantis, quae bene *inania bella* dicit, ut σκιαμαχοῦντος.

70. ſeqq. *Hanc rabiem*, hoc odium adverſus Romanos, cum cupiditate inſatiabili eos perdendi, *addiderat*, inſpiraverat *patrius* Hamilcaris *furor*, qui mox declaratur. 71. *Ortus* Hamilcar e gente *Barcae*, unde et cognomen accepit, *Sarrana* Tyria, a vetuſto urbis nomine, Sarra, a *Belo n. a.* unde mox *Belides iuv.* Barcas dicitur. 74. *famulam Tyr.* ſervam, ſubditam, oppreſſam a Pygmalione. v. lib. II, 367. *impia arma*, ut tyranni, et propter fratris Sichaei necem. *participem ſ. ſoc.* exquiſitius pro vulg. ſocium itineris rerumque adverſarum ſe adiunxerat Didoni.

78. *Vt fari datum* etc. In promtu

Hannibali vocem, ſollers nutrire furores,
Romanum ſevit puerili in pectore bellum.
  Vrbe fuit media ſacrum genetricis Eliſſae
Manibus, et patria Tyriis formidine cultum,
Quod taxi circum et piceae ſqualentibus umbris
Abdiderant, coelique arcebant lumine, templum.
Hoc ſeſe (ut perhibent) curis mortalibus olim
Exue-

80. *ſaevit* vulg. *ſevit* ex Cod. Oxon. prob. Heinſ. et Drak.

promtu eſt, haec verba, quae infantem vix tres annos natum declarant, non magis urgenda eſſe, quam Geſtaris lib. II, 349 *cum primam tenero vocem proferret ab aevo.* Nam Polyb. 3, 11. 2, 1. Liv. 21, 1. et alibi Valer. M. 9, 3. Nepos Hann. Cap. 2. puerum novem annos natum produnt, et ipſe Silius lib. XIV. *Decimum modo coeperat annum Exceſſiſſe puer* etc. Ergo illa ſuperiora ad pueritiam, immaturamque aetatem Hannibalis ſignificandam generatim et paulo licentius dicta exiſtimari debent. 79. *ſollers nutr.* h. ſedulo id curans, ut odium adverſus Romanos in animo ſuo et Hannibalis conſervaret, et exerceret, *ſevit bellum* graviter, pro Hannibalem imbuit cupiditate belli gerendi, quae erant veluti ſemina quaedam futuri belli. cf. infr. v. 113. et Stat. Theb. III, 235.

81. Sequitur deſcriptio templi Didonis in urbe Carthag. dedicati, ubi Hannibal bellum contra Rom. iuraverit, adumbrata illa quidem ad imaginem templi Sichaei ap. Virgil. IV, 457. Dido autem cum infeſtiſſima eſſet Romanis, conſtaretque ex Virgilio Aen. IV, 621. ſeqq. eam poſt vanos amores Aeneae, ita Troianos execraſſe, ut Tyrios ad aeternum eorum odium excitaret, non male poeta templum Iovis, in quo Hannibalem iuraſſe Polyb. 3, 12. Liv. 21, 1. Nepos Hann. 2. narrant, in templum Didonis convertit. *Genetricis* ſc. urbis, ſ. conditricis; *patr. formidine*, pro vulg. gentili religione. Ita Virgil. VII, 607. *belli portae religione ſacrae et ſaevi formidine Martis.* — *Vmbris ſqualentibus*, atris, quales fieri ſolent ex denſis et nigricantibus frondibus picearum. 85. *Curis mort.* ſ. *ex.* honeſte dictum pro, mortem ſibi conſciverat, ſed ad Didonem inprimis accommodate, quae *ſaucia erat cura gravi*, ex amore Aeneae, Virgil. A. IV, 1. Ita ſi for-

Exuerat Regina loco. Stant marmore maesto
Effigies, Belusque parens, omnisque nepotum
A Belo series: stat gloria gentis Agenor,
Et qui longa dedit terris cognomina Phoenix.
Ipsa sedet tandem aeternum coniuncta Sychaeo:
Ante pedes ensis Phrygius iacet. Ordine centum
Stant arae coelique Deis, Ereboque potenti.
Hic, crine effuso, atque Hennaeae numina Divae,
Atque Acheronta vocat Stygia cum veste sacerdos.
Immugit tellus, rumpitque horrenda per umbras
Sibila; inaccensi flagrant altaribus ignes.

Tum

86. *maestae* vulg. *moesto* MSS. elegantius et rectius v. nott.
96. *in accensis* vulg. edd. *inaccensi* Codd. Oxon. Put. edd. Mediol. Parm. et Ascens.

si formulam capiamus, non necesse est cum Cl. Ruperto optare, ut legeretur *curis mordacibus.* — In sequentibus ante oculos habuit Virgil. A. VII, 177. ubi in regia Pici effigies maiorum sculptae narrantur. *Marmor moestum* dixit ut Virgil. Georg. I, 479. *moestum illacrymat templis ebur*, ubi vero causa moestitiae additur luculentius. Et *moestae arae* Maroni dicuntur, quia moestitiam declarant, ut Heynius notavit ad Aen. III, 63. cf. Aen. V, 48. et infr. lib. X, 535. ubi sunt *moestae cypressi*, et lib. II, 297. eadem *funesta sacra* Hanno vocat. Valer. Flacc. II, 4. ubi Burmannus in ea re argutatur. — Ad vers. 87. cf. Virgil. Aen. I, 729. et not. Heyn. — *stat*, adstat effigies clari Agenoris, de quo vid. Heyn. ad Virg. Aen. I, 338. — *Ensis Phryg.* ab Aenea acceptus, quo se Dido interfecit. v. Virg. IV, 646. *ensem Dardanium*, ut infr. Sil. lib. VIII, 150.

91. seqq. cf. Virg A. IV, 510. quem locum Silius transtulit. *Hennaeae n. div.* Proserpinae, ab Henna, urbe Siciliae, cultu eius nobilitata. vid. infr. ad vers. 214. — *vocat*, invocat, ex more in his sacris. Exemplum vide in Ovid. Metam. 7, 192. seqq. *Stygia vestis* est nigra. — 95. *rumpit s.* emittit, ῥήττει gr. ut *rumpere vocem.* — Mox *inaccensi ignes* sunt, quas v. 103. ait *audito carmine surgentes flammas*, ergo vi magica productas, quoniam prodigium nunc effertur. Eodem pertinet *sudor marmoris Elyssae*, ut Virgilio portenta enarranti *moestum illacrymat ebur, aeraque sudant* Georg. I, 480.

Tum magico volitant cantu per inania manes
Exciti, vultusque in marmore sudat Elissae.
Hannibal haec patrio iussu ad penetralia fertur:
Ingressique habitus atque ora explorat Hamilcar.
Non ille evantis Massylae palluit iras,
Non diros templi ritus, aspersaque tabo
Limina, et audito surgentes carmine flammas.
Olli permulcens genitor caput, oscula libat;
Attollitque animos hortando, et talibus implet:
Gens recidiva Phrygum Cadmeae stirpis alumnos
Foe-

101. *expalluit* ed. Gryph. Lugd. 1547. *aras* coni. D. Heins. quia ad aras haec gesta essent. Sed vid. nott. 103. *cardine* vulg. *carmine* coniecerat iam D. Heins. eamque coniecturam firmarunt membranae Oxon. 106. *rediviva* vulg. edd. Basil. Gryphian. al. *recidiva* Cod. Oxon. Put. cum ed. Parm. Mediol. Iunt. Ald. vid. nott.

100. seqq. Hamilcar observat, num Hannibal timore corripiatur horum prodigiorum, et totius loci terribili religione, quos *diros ritus* vocat poeta, ut infr. lib. VIII, 349. 50. *diram religionem.* *Evantis Mass. iras* dicit sacerdotem furore sacro afflatam (evantem, more Bacchantum, qui proprie εὐάζειν. vid. Heyn. ad Virg. A. IV, 518.); qui ipse furor nunc *ira* dicitur. *Palluit*, tremuit ad *iras.* Caeterum *Massylam* sacerdotem transtulit ex Virgil. A. IV, 483. *Hinc mihi Massylae gentis monstrata sacerdos, Hesperidum templi custos.* ubi vid. interpp.

104. *libare oscula* pro vulg. dare, exemplo Virg. A. I, 256. quem omnem locum in animo Silius habuisse videtur. Sequentia non sine gravitate et ornatu poetico, accommodato illo quidem loci reique gravitati elata reperies.

106. Romani cum Carthaginiensibus iniusta foedera pepigerunt. Hanc sententiam vide quam invidiose et infeste extulerit Hamilcar. *Gens recid. Phryg.* restituta, collecta excidio Troiae, gens Troiana, exemplo Virgilii, qui saepe *recidiva Pergama* dicit, sive a surculis, sive a semine repullulascente, voce petita, ut Heyn. suspicatur ad Aen. IV, 344. cf. VII, 322. *foeder. n. aequa*, iniquis foed. In voce *premere* latet notio dedecoris, quod Carthaginiensibus ex illa pace et foederibus, post victoriam ad Aegates factis, ad-

Foederibus non aequa premit: ſi fata negarint
Dedecus id patriae noſtra depellere dextra,
Haec tua ſit laus, nate, velis: age concipe bella
Latura exitium Laurentibus: horreat ortus
Iam pubes Tyrrhena tuos: partuſque recuſent,
Te ſurgente, puer, Latiae producere matres.
His acuit ſtimulis. Subicitque haud mollia dictu:
Romanos terra atque undis, ubi competet aetas,
Ferro ignique ſequar, Rhoeteaque fata revolvam.
Non Superi mihi, non Martem cohibentia pacta,
Non

113. *dicta* ed. Lefeb. ex Cod. ſuo poſt coni. Burmanni. v. nott.
114. *conferet*, *competat* vetuſtae quaedam edd. habent.

adhaeret. 107. 8. Si mihi per vitam non licet hanc iniuriam in Rom. ulciſci, tu ipſe facias, velim. — *concipe* animo bella. cf. ſupr. v. 80. et Virgil. Aen. XI, 519. *ducis tu concipe curas.* *Laurentibus* Latinis, a Laurento veteri oppido Latii. v. Virg. A. VI, 892. et XI, 431. —

110 - 12. Gravia verba! *Partus producere matres* dicuntur, cum eos nutriunt recte, ut ad iuſtam aetatem perveniant et ſalvi maturique naſcantur; ergo Hamilcar optat, ut abortus patiantur matres, cum audiant Hannibalem adoleſcere, quaſi portendant eum liberis perniciem allaturum. *Surgere* pro adoleſcere, creſcere, iam Virgil. dixerat Aen. IV, 274. VI, 364.

113 - 19. *H. acuit ſtim.* his verbis excitat, permovet mentem Hann. gr. παροξύνει. cf. Virg. Aen. VII, 330. — *ſubiicit*, ὑποβάλλει, his reſpondet Hannibal. — *haud m. dictu* verba dira, gravia, ut apud Virg. A. XI, 26. *haud mollia fatu.* 115. *ſequar* inſequar. *Rhoetea f. r.* eodem excidio, quod Troiae finem attulit, Romanos perdam, repetam excidium Troi. in Romanis: *Rhoeteum* eſt urbs Troadis. v. Strabo lib. XIII. p. 409. Et Virgilius habet *Rhoetoeas oras*, *Rhoetoeum litus* Aen. III, 108. VI, 505. Caeterum imitatus eſt noſter eundem Maronem Aen. X, 61. *iterumque revolvere caſus, da, pater, Iliacos Teucris.* Infra etiam lib. XVII, 233. Hannibal: *gentique ſuperbae Iliacum exitium et proavorum fata dediſſem.* 116. 17. Nulla religio, nulla fides, nullus labor me impediet, vel coercebit. — Ecce documentum *improbae virtutis*, de qua ſupra diximus ad v. 58. *Martem coh. p.* ſunt foedera

Non celſae obſtiterint Alpes, Tarpeiaque ſaxa.
Hanc mentem iuro noſtri per numina Martis,
Per manes, Regina, tuos. Tum nigra triformi
Hoſtia mactatur Divae, raptimque recludit
Spirantes artus poſcens reſponſa ſacerdos,
Ac fugientem animam properatis conſulit extis.
 Aſt ubi quaeſitas artis de more vetuſtae
Intravit mentes Superûm, ſic deinde profatur:
Aetolos late conſterni milite campos,
Idaeoque lacus flagrantes ſanguine cerno:

Quanta

117. *Non celſae abſtulerint Alpes, Tarpeiaque ſaxa Hanc mentem: iuro etc.* Iunt. Ald. al. 123. *vetuſtae* Codd. ſcr. et edd. Rom. Parm. Mediol. Idem defendit Cortius ad marginem edit. Cellar. — *vetuſto* vulg. quod probat Cl. Rupert. 126. *flagrantes.* Ita omnes libri ſcripti. Nam *fragrantes* in Cod. Oxon. eſt error librarii. Caeterum v. nott.

dera pacis, qualia poſt bellum Pun. primum facta erant.

120. *triformi Divae* Hecatae, quam *tergeminam* Virg. dicit A. IV, 511. Obſervarunt interpretes Homericum hoc eſſe, quod victima iuramentum ſequatur, ut Iliad. τ, 266. cum alioquin contraria ratio obtineat. In ſequentibus expreſſit locum Virg. A. IV, 63 ſeq. *pecudumque recluſis Pectoribus inhians ſpirantia conſulit exta.* — *raptim* cupide, ut Virg. *inhians. Spirantes art.* palpitantes. *poſc. reſp.* conſulit ap. Virg. et verſ. ſeq. — *properata exta* cupide, raptim inſpecta.

123. ſeqq. *Vbi intravit m.* ubi Deorum conſilium cognovit extiſpicio, quam *artem vetuſtam* dicit, quippe dudum ante Romam conditam inventam a Tage quodam. v. Cic. Div. II, 23. In ſequentibus vaticiniis ſecutus poeta eſt Virgil. A. VI, 86. ubi ſunt ſimilia Sibyllae oracula. Vtrumque comparanti luxurians Silii ubertas prae verecunda pulchritudine Maroniani carminis facile eminebit. v. 125. Cannas deſignat, cf. ſupr. verſ. 41. — *Lacus* Thraſymenus. *Flagrantes ſanguine* accipio pro rubros, veluti infectos multa caede, et ita quidem, ut ſimul aeſtus cuiuſdam et ſpumarum notio poetae obverſata fuerit. Patitur enim utique rei natura et uſus loquendi poeticus, ut *flagrare* vel *ardere* dicantur, quae ſplendent et colore inprimis rubro nitent. Sic *ardebat Tyrio* (Aene-

Quanta procul moles ſcopulis ad ſidera tendit,
Cuius in aerio pendent tua vertice caſtra!
Iamque iugis agmen rapitur; trepidantia fumant
Moenia, et Heſperio tellus porrecta ſub axe
Sidoniis lucet flammis. Fluit ecce cruentus
Eridanus. Iacet ore truci ſuper arma viroſque,
Tertia qui tulerat ſublimis opima Tonanti.

Heu!

133. *tulerat* edd. Rom. Parm. Mediol. Iunt. Ald. aliaeque. *tulerit* vulg. Dausq. et Cellar.

(Aeneae) *murice laena* Aen. IV, 262. et Valer. Flac. V, 361. *flammea murice tegmina.* Et nos dicimus eine brennende Farbe, praecipue de rubro colore, quia is, ignis inſtar, oculos maxime occupat. Deinde ſi cogitabat ſibi poeta calido ſanguine lacum imbutum, nonne aeſtus et ſpumae notionem coniunctam habere poterat, ut mare aeſtuoſum Virgilius dicit *vada fervida* Aen. VII, 24. et noſter infra lib. X, 320. *Aufidum ſanguineum*, eundem *furentem* appellat. Ergo non puto de aliis lectionibus, *fragrantes*, *flagnantes* cogitandum fuiſſe, quia ſatius eſt vocem libris veteribus probatam utcunque explicare, quam poetam coniecturis incertis adiuvare velle. — In v. 127. 28. ſuperatas ab Hannibale Alpes et caſtra ibi poſita canit. cf. lib. III, 555. ſeqq. De *vertice aerio* ibid. verſ. 481. — *trepidantia m.* labantia, ruinam minantia ex igne, ut *tecta paventia* v. 299. et *muros trementes* — 634. Saguntum incenſam canit. — 132. *Eridanus* poſtea Padus dictus, flumen Italiae, quo Ticinus et Trebia, ſanguine nunc imbuti, miſcentur.

132. 33. Caeſus iacet in pugna Marcellus, qui tertia ſpolia opima Iovi Feretrio dedicavit. Expreſſit Silius locum Virgil. A. VI, 856. et 860. *Opima* ſpolia dicta, quae dux duci detrahebat. Ea ex Romuli inſtituto (Liv. I, 10. IV, 20. 32. Plutarch. Rom. 15. Marcel. 8.) Iovi Feretrio ferebantur. Apud Virgilium Quirino feruntur, quae eſt ratio ſequior, de qua vid. Heyn. l. c. *Sublimis* dicitur Marcellus, ſeu ſuperbus, ſeu ut victor, eminens veluti ſuper alios, ex ipſa illa Virgilii imagine: *inſignis ſpoliis Marcellus opimis Ingreditur, victorque viros ſupereminet omnes.* cf. infr. lib. III, 587. VII, 256. XII, 280. —

Heu! quaenam ſubitis horreſcit turbida nimbis
Tempeſtas, ruptoque polo micat igneus aether?
Magna parant Superi. Tonat alti regia coeli;
Bellantemque Iovem cerno. Venientia fata
Scire ultra vetuit Iuno: fibraeque repente
Conticuere. Latent caſus, longique labores.
Sic clauſum linquens arcano pectore bellum,
Atque hominum finem Gades, Calpenque ſecutus,
Dum fert Herculeis Garamantica ſigna columnis,
Occubuit ſaevo Tyrius certamine ductor.

Interea

134. *quianam* coni. N. Heinſii vel Livineii, cuius coniecturae ab illo ſaepe citantur. v. ad verſ. 515. ed. Drakenb. Idem recepit Leſeb. 143. *occumbit* vulg. *occubuit* Rom. et Putean.

134. ſeqq. canit ſacerdos tempeſtatem Hannibali oblatam, cum Romae moenibus propinquus eſſet. cf. lib. XII, 612. — *horreſcit* pro vulg. ingruit, oritur horribilis tempeſtas. *Igneus aether* ſ. fulmina micant *rupto polo*, quia tum coelum veluti diſrumpi et chaſma facere videtur. cf. Virgil. A. I, 94. ubi v. Cerda et infr. lib. III, 196.

137. Iuno interrumpit oracula, Hannibali, cui favebat, odioſa. Ergo *fibrae contic.* exta nihil amplius ſignificabant. Fibras mutas, vel loquutas aliquid paſſim dixere poetae.

140-43. Inde Hamilcar extremam Hiſpaniam petit, ibique occumbit. Notionem extremi ſignificat locis in extremo ad Occidentem Europae tractu ſitis, *Gadibus*, *Calpe*, et *columnis Hercul.* Vnde *hominum finem* dicit h. l. et paſſim. vid. infr. lib. III, 4. et Liv. 23, 5. *Fert Garam. ſign.* exercitum Libycum ducit, a *Garamantibus* populis Africae extremae tractum inter Getuliam et Aethiopiam incolentibus. Quod autem ait Hamilcarem *ſaevo certamine*, quod non niſi ad pugnam pertinet, occubuiſſe, ſequutus eſt hiſtoricos, qui illum in praelio caeſum tradiderunt, ut Polyb. II, 1. Appian. B. H. p. 258. Nep. Ham. 4. Liv. 24, 41. Enimvero Diodor. Sic. 25, p. 511. refert eum ab Oriſſo Hiſpaniae regulo in fugam verſum, et dum flumen magnum equo tranſiret, aqua ſubmerſum periiſſe.

Interea rerum Hasdrubali traduntur habenae:
Occidui qui ſolis opes, et vulgus Hiberum,
Baeticolaſque viros furiis agitabat iniquis.
Triſtia corda ducis, ſimul immedicabilis ira,
Et fructus regni feritas erat: aſper amore

San-

146. *furiis* Cod. Colon. *fatis* editt. vet. et libri ſcripti. *ſpatiis* vulg. Dausq. Cell. al. et probatum Cortio ad marg. libri ſui. 147. *duci* coni. N. Heinſ. recep. Lefeb. ex duobus libris antt.

144. Mortuo Hamilcare, Hasdrubali traditur imperium belli. *Rerum habenae*, exemplo Virgil. VII, 600. de Latino Rege: *ſepſit ſe tectis, rerumque reliquit habenas.*

145. 46. Gentes Hiſpanas crudeliſſime vexabat. Haec ut poeta effert, plaga et fluviis notandis ipſas gentes ſignificans. Sed agnoſce luxuriantem poetam, dum unam Hiſpaniam ulteriorem, tribus rebus, occiduo Sole, Hibero et Baeti, fluviis, deſignat.

147-50. Atrociorem peioremque Hasdrubalis indolem, quam veritas hiſtorica patiatur, a Silio expreſſam eſſe iam alii annotarunt. E locis enim Polyb. 2, 36. Livii 21, 2. Appian. B. H. p. 258. viri comitatem, humanitatem, prudentiam, ad ſummum, calliditatem quandam cognoſcimus. Quid igitur? Nolim dicere, Silium, ut Romanum, Poenis gentili quadam ira infeſtum, de Hasdrubale iniquius iudicaſſe. Adeo politicum non agit Silius in hoc carmine. At vero poetam affectat; in exaggerando, in acrioribus coloribus, et impetu quodam epico oſtendendo ſibi inprimis placet. Iam in iis, quae hiſtoria de Hasdrubale tradit, erant profecto nonnulla, quae etiam in peiorem partem accipi poterant, ut apud Liv. 21, 2. in fine, e quibus hominem arrogantem et imperioſum agnoſcas, et Fabii apud Polyb. III, 8. Ergo Silius, ut poeta, isque ſcenas triſtiores gravioresque maxime amplectens, hoc ſibi licentiae ſumſit, ut ex hiſtoria mallet ambigua vitiorum Hasdrubalis documenta colligere, quam expreſſiora virtutum eius teſtimonia ſequi. *Triſtia corda d.* Erat vir ſaevus, ingenio immiti, iram tenaciter ſervans. *Fructus regni feritas*, imperium adeptus, animum feritati et ferocitati adſuevit. *Aſper a. ſ.* caedis et ſanguinis cupiditate furens. Simili formula Virgilio A. III, 434. ſerpens dicitur *aſper ſiti*, furens ſitis impa-

Sanguinis, et metui demens credebat honorem·
Nec nota docilis poena ſatiare furores.
Ore excellentem, et ſpectatum fortibus auſis
Antiqua de ſtirpe Tagum, Superûmque hominumque
Immemor, erecto ſuffixum robore maeſtis
Oſtentabat ovans populis ſine funere regem.
Auriferi Tagus adſcito cognomine fontis,
Perque antra et ripas Nymphis ululatus Hiberis.
Maeonium non ille vadum, non Lydia mallet
Stagna ſibi, nec qui riguo perfunditur auro
Cam-

149. *en! metui* ex antiquo libro ed. Lefeb. 153. *ſuffoſſum* editt. antt. 156. *ululatur* Lefeb. propria auctoritate.

impatientia. Heyn. — *metui cred. honor.* in eo honorem et gloriam ſuam ponebat, ut ab omnibus metueretur. Formula graeciſſans, et argutae dictionis, ut omnia in h. l. In verſ. 150. hoc dicitur: ad iram explendam *nota* i. e. vulgaria ſupplicia ipſi non ſufficiebant, ergo exquiſita et atrociſſima adhibebat.

151. ſeqq. Narratur exemplum atrocitatis illius in ſupplicio Tagi cuiuſdam editum. Livius quidem eam rem tangit his verbis lib. 21, 2. *Barbarus eum* (Hasdrubalem) *quidam palam, ob iram interfecti ab eo domini obtruncavit.* Sed iam Silius poetam epicum acturus definitius omnia effert, primum *Tagum* regem appellans, deinde genus etiam ſupplicii vel caedis exprimens, *erecto ſuffixum* (ſuſpenſum verſ. 165.) *robore,* cruci. vid. verſ. 181. *ſine funere,* ſine exequiis, ut inhumatum.

155. Tagum dictum fuiſſe adnotat a Tago fluvio Hiberico, aurifero. Ecce iterum poetam argutias et luſus captantem! Cum alia multa nomina praeſto eſſent, elegit tamen Tagum, ut ornatus et argutiarum inanes non eſſent verſus quatuor ſequentes. Ergo illum, quia eſt veluti cognatus Tago fluvio, *Nymphae Hiberae* paſſim *ululant,* i. e. ululatu lugent, eiusque caedem conqueruntur, noto veterum poetarum phantaſmate, ſed quo nunc Silius invita Minerva uſus eſt. cf. Valer. Flacc. II, 536. ſeqq.

157-60. Haec ad Tagum fluvium auriferum, ut ceteris praeſtantem, retulit interpres Francogallicus, nullo profecto ſenſu. Meliora docere eum poterat Marſus, qui verum

Campum, atque illatis Hermi flaveſcit arenis.
Primus inire manu, poſtremus ponere Martem.
Cum rapidum effuſis ageret ſublimis habenis
Quadrupedem, non enſe virum, non eminus haſta
Siſtere erat: volitabat ovans, acieſque per ambas
Iam Tagus auratis agnoſcebatur in armis.
Quem poſtquam diro ſuſpenſum robore vidit
Deformem leti famulus, clam corripit enſem
Dilectum domino, pernixque irrumpit in aulam,
Atque immite ferit geminato vulnere pectus.

166. *leti* ex membranis vett. reſtituerunt Mod. Barth. N. Heinſ. pro vulg. *lateri*. — *letho* Rom. Parm. Mediol. *letum* Lugd. ed. Gryphii. *irrupit* ed. Parm. cum Cod. Oxon.

rum ſenſum vidit: „Gratior fuit Hasdrubali caedes Tagi et ſupplicium omni auro, quod ferunt Pactolus et Hermus.“ Ludit manifeſte poeta in *Tago*; cui nomini cum duplex notio, hominis et fluvii auriferi, adhaereret, et nunc efferenda eſſet ſententia haec: „capturam et caedem Tagi reguli Hasdrubali gratam fuiſſe,“ placuit eam ita enunciare: Hic Tagus Hasdrubali gratior erat, quam Pactolus et Hermus cum toto eorum auro. — Caeterum de fluviis *Pactolo* et *Hermo* auriferis, nota res. cf. Virgil. A. X, 142. et Georg. II, 137. et infr. v. 234. Nec infrequens hyperbole poetica de fluviis iſtis, *perfundi auro campos*, vel *flaveſcere arenis illatis*, cum Virgilio *Pactolus irriget auro* campum l. c. Aen.

160-64. Additur laus Tagi, viri ſtrenui et bellicoſi, qua veluti ratio reddatur illorum, quae verſibus 157-59. dicuntur. Ideo enim delectabatur Hasdrubal captura et caede Tagi, quia erat vir fortis et Poenis metuendus.

161. *effuſae habenae*, i. e. remiſſae, in concitato equi curſu. cf. Virg. A. V, 818. *Sublimem* cogitare poſſumus equitem magis ſtantem quam ſedentem, ut fit in eodem illo impetu.

165-68. *Famulus* Tagi Hasdrubalem in aula obtruncat. cf. ad verſ. 151. locum Livii, qui *barbarum* vocat. Polybius III, 13. *Gallum*. Diodor. Sic. 25. ecl. 2. *ſervum*. — *Deformem leti*, deformatum ex morte, lacerum, ut fit in cruci affixis. Niſi forte turpi nece affectum deſignavit.

At Poeni ſuccenſi ira, turbataque luctu
Et ſaevis gens laeta, ruunt, tormentaque portant.
Non ignes, candenſque chalybs, non verbera paſſim
Ictibus innumeris lacerum ſcindentia corpus,
Carnificeſve manus, penituſve infuſa medullis
Peſtis, et in medio lucentes vulnere flammae
Ceſſavere: ferum viſu dictuque, per artem
Saevitiae extenti, quantum tormenta iubebant,
Creverunt artus; atque, omni ſanguine rapto,
Oſſa liqueſcentis fumarunt fervida membris.
Mens intacta manet; ſuperat, ridetque dolores,

Spe-

170. *ruunt tormenta parare* coni. N. Heinſ. 173. *carnificaeve* Oxon. cum priſcis editt. 174. *luctantes* ed. Rom. et Mediol. recep. Lefeb. 176. *videbant* ed. Pariſ. cum Marſi ſchol. *ſinebant* Lugd. Gryph. 177. *rapto* libri ſcripti; *rupto* vulg. et ſic Lefeb. 178. *turbida* primae editt. *turbida nervis* eſt in Gryph. Cod. *torrida* coni. N. Heinſ. *fervida* ex Cod. Colon. — *liqueſcentis* Lefeb. primum edidit e coniectura, quam metri cauſa adhibuit, cui vulgata lectio *liquefactis* apta non erat. —

169. ſeqq. Narratur, quomodo Poeni, necem imperatoris ulturi, ſervum illum tormentis cruciaverint, isque haec ſupplicia qua patientia ſpreverit. Livius 21, 2. idem narrat, ſed ut hiſtoricus, veritatem naturae ſecutus. Silius epicos colores miſcens ſingula exaggerat, et atrocius omnia effert. *Gens ſaev. laeta* eſt gens ſaeva, ſolenni Silio formula. v. infr. ad v. 680. — *infuſa med. peſtis* exquiſite ignem et candentem chalybem dicit. *Peſtem* enim poetae dicere ſolent, quicquid nocet quocunque modo. v. ad lib. III, 38. In verſ. 175. ſeqq. eſt imago corporis in equuleo extenſi, quae erat ſaevitia exquiſita, et veluti artificioſa, qualis eſt in omnibus ſuppliciis, quae inſtrumentis et machinis fiunt. Itaque *per artem ſaevitiae extenſum* dicit. *Sanguis raptus* eſt expreſſus vi tormenti; unde *liqueſcens* dicitur famulus, cuius ſanguis diffluebat, et membra diſſolvebantur liquoribus expreſſis.

179-81. Livius rem ita expreſſit lib. 21, 2. *tormentis quum lacerаretur, eo fuit habitu oris, ut ſuperante laetitia dolores, ridentis etiam ſpeciem praebuerit.* Neque Silius mihi quidem nunc diſplicebat. Non multum aberat, ut etiam admirarer illud, quod *feſſos labore*

Spectanti ſimilis, feſſoſque labore miniſtros
Increpitat, dominique crucem clamore repoſcit.
Haec inter ſpretae miſeranda piacula poenae,
Erepto trepidus ductore exercitus, una
Hannibalem voce, atque alacri certamine poſcit.
Hinc ſtudia accendit patriae virtutis imago,
Hinc fama in populos iurati didita belli,
Hinc virides auſis anni, fervorque decorus,
Atque armata dolis mens, et vis inſita fandi.
Primi ductorem Libyes clamore ſalutant:
Mox et Pyrenes populi, et bellator Hiberus.

185-87. *Hinc* Modius emendaverat pro vulg. *huic.* Firmabat emendationem Cod. Colon. — *dedita* vulg. *didita* ex Colon. vindicarunt viri docti, et Heinſius in ed. Rom. reperit. *debita* ed. Mediol. — 187. *animi* vulg. *anni* libri priſci et editt. Rom. Mediol. et Gryph.

labore miniſtros induxit. Non poteſt ἀπάθια et doloris contemtus cogitari maior, quam eius, qui tolerando eo redigit carnifices ſuos, ut feſſos ex labore ſe ſentiant.

182. ſeqq. Caeſo Hasdrubale, Hannibalem imperatorem exclamant. cf. Liv. l. c. Cap. 3. et 4. unde omnem carminis materiem depromtam reperies. — *Piacula poenae* dicit ſupplicia iſta, quibus veluti expianda erat caedes Hasdrubalis. — *Alacri certamine* i. certatim, cupidiſſime. Livius dixerat: *ingenti omnium clamore atque aſſenſu.* — In verſſ. 185-89. enumerantur cauſae, quae ſingulos movebant, ut Hannibalem ſibi imperatorem optarent. cf. Liv. l. c. Cap. 4. *Hinc*, in aliis, *ſtudia accendit*, favorem adverſus Hannib. excitavit, *virtutis patriae imago.* Explicabit hoc Livius: *Amilcarem viventem ſibi redditum veteres milites credere.* cf. Burm. ad Val. Fl. III, 628. — *Fama didita*, diſſeminata, exemplo Virgil. A. VIII, 132. De Turno, quem milites ſimilibus de cauſis admirantur, ſimilis locus eſt, et Silio tum forte obverſatus Virgil. A. VII, 472-74. — *Virides auſis anni* notant aetatem iuvenilem fortitudini et magnis facinoribus aptam. Nota metaphora. Sic *viridis iuventa* Virgil. A. V, 295. *florentes anni* Stat. Sylv. III, 5. 23. cf. infr. lib. V, 414. — 190. *Pyrenes populos*, qui habitant ad Pyrenaeos montes, quibus Hiſpania a Gallia dividitur,

Continuoque ferox oritur fiducia menti,
Ceſſiſſe imperio tantum terraeque mariſque.
Aeoliis candens Auſtris, et lampade Phoebi
Aeſtifero Libye torretur ſubdita Cancro,
Aut ingens Aſiae latus, aut pars tertia terris.
Terminus huic roſeos amnis Lageus ad ortus
Septeno impellens tumefactum gurgite pontum:

At

194. *torquetur* recep. ex libris ſuis Lefeb.

viditur, et *Hiberos* a praecipuo Hiſpaniae fluvio dictos appellat pro populis Hiſpaniam inhabitantibus in univerſum.

190. 91. Cum videret Hannibal *tantum terrae marisque* tractum, Libyam et Hiſpaniam, *imperio* ſuo *ceſſiſſe*, ſibique traditum eſſe; *ferox oritur fid. menti*, ingentes belli gerendi conatus animo concepit.

193. ſeqq. Libya primum deſcribitur ſecundum plagam et fines ſuos. 193. 94. Sita eſt Libya Meridiem verſus ſub cancri ſidere, unde dicitur *candens*, veluti aduſta ſolis aeſtu, *auſtris* calidiſſimis ventis, quos *Aeolios* dicit perpetuo ventorum epitheto ab Aeolo ventorum rege. v. Virg. A. I, 52. ſeqq. *Lampas Phoebi* ex Virgilio nota vid. Aen. III, 637. et IV, 6. — In v. 195. tangit ſententias veterum de terrae diviſione, qui Libyam vel cum Aſia iungerent, duas terrae partes Europam et Aſiam ſtatuentes, vel praeter has tertiam partem Africam ſepararent. De his vid. Cellar. Geograph. Lib. I. Cap. 11. et cf. Lucan. IX, 411. ſeqq.

196. 97. Ab oriente Nilo terminatur. Haec poetice tractat. *Roſeos ad ortus* Aurorae, quae ῥοδοδάκτυλος paſſim Homero, et *roſeis crinibus*, *quadrigis* inducitur Virgilio A. VI, 535. Cul. 43. *Lageus amnis*, Nilus, a Ptolomaeo Lagi filio, unde omnis Aegyptus Lagea dicta eſt.

197. Septenis oſtiis in mare (Mediterraneum) influit. cf. Virgil. A. VI, 801. Ovid. Met. V, 324. cui et *ſeptemplex* dictus verſ. 187. Caeterum de termino illo Nili vulgaris ſententia fuit Geographorum, quam poeta memorat; quamvis Strabo lib. I, p. 60. ſeq. terminum naturae convenientiorem eſſe putat ſinum Arabicum, ulterius orientem verſus tendentem. v. Cellar. Geogr. Lib. IV. p. 761.

At qua diversas clementior aspicit Arctos,
Herculeo dirimente freto, diducta propinquis
Europes videt arva iugis: ultra obsidet aequor;
Nec patitur nomen proferri longius Atlas,
Atlas subducto tracturus vertice coelum.
Sidera nubiferum fulcit caput, aethereasque
Erigit aeternum compages ardua cervix:
Canet barba gelu, frontemque immanibus umbris
Pinea silva premit; vastant cava tempora venti,
Nimbosoque ruunt spumantia flumina rictu.
Tum geminae laterum cautes maria alta fatigant:

208. *fauces* vulg. *cautes* Cod. Colon. *crates* coni. N. Heins.

198. Sequuntur termini versus Septentrionem. *Diversas Arctos* Vrsam minorem et maiorem, inaequales magnitudine, unde infr. lib. III, 192. *non aequas Arctos* dixit. Ibi *clementior* Libya, ob temperatiorem caeli tractum, remotioremque a solis ardoribus. 199. 200. Herculeum fretum Libyam ab Europa dirimit. *Vltra obs. aequor* Oceanus Atlanticus.

201. seqq. Atlas mons *non patitur nomen prof. longius*, h. terminat Libyam ulterius versus Occidentalem plagam. Iam eius montis, tanquam vasti gigantis, descriptio e Virgilio tota adumbrata Aen. IV, 246. seqq. At Silium in singulis partibus variandis et transferendis operam lusisse, recte ibi Heynius notat. Vna notio summae altitudinis tribus modis variatur vers.

202. 4. *tracturus coelum*, ruinam coeli faceret, si *verticem* illi *subduceret*. Mox *erigit* pro sustinet, portat. cf. Virg. A. VIII, 137. et 141. unde illi colores ducti. — 206. *Pinea sylva.* Ergo Silius *piniferum caput* Virgilii proprie intellexisse videtur, quamvis Heynius dubitabat, an Libyae iuga pinus alerent. Pausanias Att. 53. Atlantem dicit ἄβατον ὑπὸ ὕδατος καὶ δένδρων, ἃ διὰ παντὸς πέφυκε.

208 - 10. Ab utroque montis latere cautes eminent et in mare procurrunt. Ratione poetica cautes dicuntur mare *fatigare*, quod undis undique impactis resistant, et impetum fluctuum frangant. Eodem modo *lassari mare* dicitur ab aliis poetis quos Drakenborch. laudavit. Lucan. II, 265. *Mare lassatur, cum se tollentibus Euris frangentem fluctus scopulum ferit.*

Atque ubi feſſus equos Titan immerſit anhelos,
Flammiferum condunt fumanti gurgite currum.
Sed qua ſe campis ſqualentibus Africa tendit,
Serpentum largo coquitur fecunda veneno.
Felix qua pingues mitis plaga temperat agros,
Nec Cerere Hennaea, Phario nec victa colono.
Hic paſſim exſultant Nomades, gens inſcia freni;
Quîs inter geminas per ludum mobilis aures
Qua-

215. *Numidae* vulg.

rit. Valer. Fl. de Atlante V, 411. *Stat ferreus Atlas Oceano, genibusque tumens infringitur unda.* Sequitur poetica deſcriptio ſolis occidentis. Titano, hoc eſt, Soli tribuuntur equi et currus, quo coelum diſcurrit, et curſu peracto in Oceano condit. Praeivit imagine ſimili Virgil. A. XI, 913. Variatam imaginem vid. infr. lib. III, 399. ſeqq. — *Fumantem gurgitem* non ſine naturae veritate dixit, ob vapores, quos ſol in aqua occidens efficere videtur ex adverſo ſpectantibus, ut flammis Solis vapores iſtos ortos credas.

211. ſeqq. Diverſitatem ſoli, prouti zonae torridae ſubiectum eſt, vel ad ſeptentrionem vergit, indicat poeta. In illo ergo ſunt *ſqualentes campi* i. e. ſicci, arenoſi, ex nimio ſolis ardore ſteriles. Ita paſſim poetae, ut Lucan. V, 39. IX, 384. Claud. IV. Conſ. Hon. 436. *ſqualentia arva, ſqualentes arenas* Libyae memorant. cf. Infr. lib. III, 655. — In *mitiori plaga* terra *felix* i. e. fertilis (exemplo Virgilii, qui *felicem limum, felices ramos* eodem ſenſu dixit. Georg. II, 81. et 188. Strabo lib. II. eandem regionem *εὐδαίμονα.*) 214. Non maior eſt fertilitas Siciliae, et Aegypti *Ceres Hennaea* nunc dicitur pro fertilitate regionis Siciliae, ab urbe antiqua *Enna*, ob Cereris cultum celebri. vid. Mela II, 7. Callimach. Hym. Cer. 15. ubi vid. interpr. et Ovid. Metam. V, 341. ſeqq. ibique Gierigii nott. ad verſ. 385. *Pharium colonum* Aegyptium dicit, cuius nota fertilitas eſt, a Pharo inſula Alexandriae urbi oppoſita.

215. ſeqq. Ibi degunt Nomades, gens barbara. Id per partes docetur. Ergo *exſultant*, vagantur, more Nomadum, ut puto, qui ſedes ſuas mutant. Nam *exſultare* in genere notat motum quemcunque inconſtantem, ut et Cicero

Quadrupedem flectit non cedens virga lupatis.
Altrix bellorum, bellatorumque virorum
Tellus, nec fidens nudo ſine fraudibus enſi.
  Altera complebant Hiſpanae caſtra cohortes,
Auxilia Europa genitoris parta tropaeis.
Martius hinc ſonipes campos hinnitibus implet,
Hinc iuga cornipedes erecti bellica raptant:
Non Eleus eat campo ferventior axis.
Prodiga gens animae, et properare facillima mortem.
Namque ubi tranſcendit florentes viribus annos,
Impatiens aevi ſpernit noviſſe ſenectam,
Et fati modus in dextra eſt. Hic omne metallum:

cero ad perturbationes animi tranſtulerit, quas dicit evagantes et quaſi *exultantes*, Offic. I, 29. Sed ſimul *ferocia* gentis indicatur, ut multa loca veterum arguunt, et ipſe Cicero l. c. Cap. 26. equos ferocitate *exultantes* dicit. *Inſcia freni*, freno in equis non utens, ſed *virga mobili*, qua flectunt equum, et quae *non cedit lupatis*, plane uſum frenorum lupatorum praeſtat. Virgil. A. IV, 41. *Numidas infrenes*. cf. infr. lib. III, 390. ſeqq. Claudian. de bell. Gild. 439. *Sonipes ignarus habenae*; *virga regit*; et de virga illa Herodian. VII, 9. — 219. *nec fidens ſ. f. enſi*, barbaris illis non ſatis eſt enſe pugnare, ſed et inſuper *fraudes* addunt, hoc eſt, veneno ferrum inficiunt. Planius loquitur poeta infr. v. 322. ubi *ſagittas hydro imbutas*, *bis noxia tela*, *fraudem* pharetrae appellat. cf. Lucan. VIII, 303. et verſ. 382. *illita tela dolis*.

220. ſeqq. Praeterea Hannibal imperabat populis Hiſpaniae. Ergo adduntur memorabilia nonnulla de harum gentium virtute bellica, et terrae ipſius bonis, metallorum inprimis et frugum feracis. 224. Non *Eleus — axis*, Non maiore velocitate currus in ludis Olympicis rapiuntur. *Elis* et *Piſa* nobiles urbes illis certaminibus. 225. ſeqq. Vitae contemtus, et ſenectutis impatientia gentibus illis propria. *Fati mod. in dextr.* vitae terminos ipſi regunt, ſe ipſos interficientes, cum libuerit. cf. Strabo lib. III. p. 156. et infr. lib. III, 328. Caeterum *prodigus animae* dictus ut ap. Stat. Theb. III, 603. *largus animae*. Et Horatius *animae magnae prodigum Paullum* dixit.

Electri gemino pallent de ſemine venae,
Atque atros chalybis fetus humus horrida nutrit.
Sed ſcelerum cauſas operit Deus. Aſtur avarus
Viſceribus lacerae telluris mergitur imis,
Et redit infelix effoſſo concolor auro.
Hic certant, Pactole, tibi Duriuſque, Taguſque,
Quique ſuper Gravios lucentes volvit arenas,
Infernae populis referens oblivia Lethes.
Nec Cereri terra indocilis, nec inhoſpita Baccho,
Nullaque Palladia ſeſe magis arbore tollit.
Hae poſtquam Tyrio gentes ceſſere tyranno,
Vtque

229. *et gemino* Ed. Gryph. Lugd. 235. *Gromos* vel *Grumos* Cod. Oxon. *Gronios* Putean. et ed. Mediol. *Grovios* meliores libros habere Voſſius ad Mel. III, 1. dicit. v. nott.

229. *Electrum* poſuit, ut exquiſitius metalli genus, praeter aurum certam argenti portionem admixtam habens, auctore Plinio XXXIII, 4. cf. Strabo lib. III. p. 138. Vnde *geminum ſemen* venis tribuit. Caeterum praeivit Virgil. A. VIII, 408. ubi Heynius laudat locum Homeri Od. δ. 72. Virgilio uſurpatum. In v. 231. metallifodinas ornatu poetico expreſſit, ſecutus inprimis, auctore Heinſio, locum Stat. Silv. IV, 17. 15. *Vbi Dite viſo Pallidus foſſor redit, erutoque concolor auro eſt.* Notum enim eſt pallido ore conſpicuos plerumque eſſe, qui metallis eruendis operam dant. cf. Lucret. VI, 808. ſeqq. Claud. XVII, 41. et ibi Geſn. *Aſtures* in ea re praecipue memorant poetae. v. Claudian. Seren. Laud. 75. Martial. X, 16. — 236. *Lethes* flumen oblivionis vulgo dictum in finibus *Graviorum*, ſ. Limaea Straboni lib. III. p. 145. ubi et cauſam nominis adfert. Argutum eſt, quod addit fluvium *referre populis infernae paludis*, Stygiae, *oblivia*, quae ſimili modo Lethe dicta. Sed ubique alluſiones captare ſolet poeta noſter. — 238. Nulla arbor procerior aſſurgit, quam *Palladia*, i. e. Oliva, ut Palladi ſacra. cf. infr. lib. III, 405. Plin. XVII, 12. *Olea non alia maior in Baetica arbor.*

239. ſeqq. Iam quomodo Hannibal imperio potitus variis artibus ſibi conciliaverit milites, iiſque exemplum virtutis, patientiae, audaciae praeiverit, docetur ad ductum Livii (XXI, 4.), cuius elegantiſſima verba in ſermonem poeticum,

Vtque dati rerum freni, nunc arte paterna
Conciliare viros; armis consulta Senatus
Vertere, nunc donis: primus sumsisse laborem,
Primus iter carpsisse pedes, partemque subire,
Si valli festinet opus: nec cetera segnis,
Quaecunque ad laudem stimulant: somnumque negabat
Naturae, noctemque vigil ducebat in armis;
Interdum proiectus humi: turbaeque Libyssae
Insignis sagulo duris certare maniplis:
Celsus et in magno praecedens agmine ductor
Imperium perferre suum: tum vertice nudo
Excipere insanos imbres coelique ruinam.
Spectarunt Poeni, tremuitque exercitus Astur,
Torquentem cum tela Iovem, permixtaque nimbis
Ful-

240. *atque* Lefeb. 251. *ruinam* libb. scripti et primae editt. cum Mediol. *ruinas* vulg. 252. *exterritus* ex Cod. Oxon. probabat Barth. Sic et Putean. et priscae editt. Sed receptam lect. defenderunt Heinsii et Drakenb.

ticum, at non sine tumore molesto, argutisque formularum lusibus, transtulit.

240. *arte paterna*, callida quadam comitate, et facundia, permulcendis animis accommodata, laborisque societate. Mox *arma* pro vi et imperio. — 243. *iter carpere* exquisite pro facere, praeeunte Virgil. A. VI, 629. — *partem subire* scil. laboris, ut si vallum repente effodiendum esset. — 248. *Insignis sagulo*, pro simpl. indutus sag. *certavit d. m.* sese assimilavit militibus gregariis, splendidum mollemque vestitum respuens. Quanto aptius ad veritatem et definitius haec omnia Livius! *Multi saepe*, ait, *militari sagulo opertum humi iacentem inter custodias, stationesque militum conspexerunt.* cf. Frontin. Strat. IV, 3.

249. *Perferre imp.* plane exsequi, explere munus imperatoris. — Mox *insanos imbres*, et *coeli ruinam* dixit quidem non sine exemplo Virgil. A. I, 129. de tempestate, quae cum procella et grandine ingruit. At quanto gravior locus est, in quo illum ornatum Maro adhibuit! cf. Valer. Fl. VIII, 334. et ibi Burm. In verss. 250. 52. ulterius etiam istam coeli ruinam per partes describit, pannos sermonis poeti-

Fulmina, et excuſſos ventorum flatibus ignes
Turbato tranſiret equo: nec pulvere feſſum
Agminis ardenti labefecit Sirius aſtro.
Flammiferis tellus radiis cum exuſta dehiſcit,
Candentique globo medius coquit aethera fervor,
Femineum putat humenti iacuiſſe ſub umbra:
Exercetque ſitim, et ſpectato fonte recedit.
Idem correptis ſternacem ad proelia frenis

Fran-

258. *aequora* ed. Mediol. et priſcae editt. 259. *inventa iacuiſſe ſ. u.* vulg. *inventa latuiſſe* Lefeb. e Cod. Tell. Cur autem ineptam putaverit lectionem Drakenborchianam, non intelligitur. Imo, quid in *inventa umbra* elegantiae inſit, non adſequor. *umenti iac.* Cod. Colon. pro quo coni. Heinſ. *uventi.*

poetici, quamvis notos, ſplendidoſque, tamen nunc in diſſimili loco moleſtos adſuens. Sic *torquentem t. Iovem* tranſtulit e Virg. A. IV, 208. et *excuſſos ignes vent. flat.* ex vulgari ſententia, quod impulſu nubium a ventis facto ignes elici putabantur, et venti in tempeſtate dominantur. Vnde Virgilius dixit *fulminis adflare ventis* A. II, 648. et VI, 594. *turbinem* pro fulmine, ubi vid. not. Heyn. et Lucan. I, 151. *expreſſum ventis per nubila fulmen.* cf. Claudian. Ruf. II, 222. *madidis eliſa tonitrua Coris.* At quis ferat, *tela, fulmina, ignes,* triplicem eiuſdem rei variationem?

257-60. In ſummo aeſtu nec umbram nec potum deſideravit. Haec iterum magno apparatu poetico expreſſa ſunt. *Candentem globum* ſolis, vt Virgil. A. VI, 725. *Lunae lucentem globum.* Ad ſolem meridianum pertinere *medium fervorem*, vulgare eſt. *Medios aeſtus* paſſim Virgilius dixit, cf. Georg. I, 297. IV, 401. *Spectato fonte recedere*, cum ſermo eſt de ſitiente, perfectam ſummae continentiae notionem adfert. Sed neſcio quomodo talia, extra naturae humanae veluti terminos quaeſita, non ſatis placeant. Livius l. c. ait: *Caloris ac frigoris patientia par: cibi potioniſque deſiderio naturali non voluptate modus finitus.* Catonem milites ad virtutem et patientiam excitaturum ſimilia forte melius decent ap. Lucan. IX, 398. ſeqq. et verſſ. 505. ſeqq.

261. ſeqq. Moderatiore orationis cultu, fortitudinis et audaciae Hannib. documenta narrat. *Equum ſternacem*, erigentem ſe, proelia adire recuſan-

Frangere equum, et famam letalis amare lacerti;
Ignotique amnis tranare sonantia saxa,
Atque e diversa socios arcessere ripa.
Idem expugnati primus stetit aggere muri:
Et quoties campo rapidus fera proelia miscet,
Quo sparsit ferrum, latus rubet aequore limes.
Ergo instat fatis, et, rumpere foedera certus,
Qua datur, interea Romam comprendere bello
Gau-

264. *Gaudet et adversa populos* vulg. lectio. Nostram exhibet Cod. Colon. Oxon. Putean. ed. Rom. et Mediol. *populos* servavit Lefeb. *accersere* Colon, et ed. Basil. Henrici Petri, ut reperi a Cortio notatum in margine libri sui. 267. *Quà* ed. Lefeb. 268. *erumpere* Lefeb. post *certus* interpungens, et ed. Basil.

cusantem. cf. Virg. A. XII, 364. *Frangere*, domare, in ordinem cogere, nota metaphora. *Letalis lacertus*, caedes faciens, sanguinem fundens, ut infr. 641. *fatifera dextra.* In vers. 267. laudat Hannibalis dexteritatem in iaculis emittendis, quod εὐστοχεῖν graeci dicunt. *Latum limitem* pro ingenti spatio, ut Virgil. X, 513. vid. quae dicta sunt infr. ad lib. IV, 463. et IX, 379.

268. seqq. Iam Hannibal bellum Romanis inferendum cogitat, causamque eius in Saguntinorum urbe vexanda quaerit. — Transitus levior, et antecedentibus nullo fere modo nexus, multos offendit. Sed est hic perpetuus mos carminis Siliani, ut res et facta narrata non causis suis, quibus deinceps orta et progressa sunt, sed solo ordine, quo gerebantur, cohaereant. Itaque cum et Polybius III, 13. et Livius XXI, 5. tradant, ante oppugnationem Sagunti Hannibalem in Olcadum fines exercitum duxisse et Cartheiam (Polyb. Althaeam) expugnasse, porro varias legationes, et Romanorum cum Carthaginiensibus deliberationes praecessisse, his omnibus omissis illico Silius ad Sagunti obsidionem se convertit. (v. infr. ad vers. 564.) Nec ego quidem multum artis vel ingenii in hac omni ratione agnosco, sed aequum est, scriptorem ex consilio suo indicare. — *Fata* pro bello Latio fatali. — *Rumpere foed. cert.* Pactio inter Asdrubalem et Romanos facta erat, ut terminus imperii esset amnis Hiberus, et Saguntinis libertas servaretur. vid. Duker. ad Flor. II, 6. p. 288. Liv. XXI, 2. et 18. Polyb. III, 21. 27. cf. infr. vers. 294. *Rom. comprend. bello* pro vulg. bellum

Gaudet, et extremis pulſat Capitolia terris.
Prima Saguntinas turbarunt claſſica portas,
Bellaque ſumta viro belli maioris amore.
Haud procul Herculei tollunt ſe litore muri,
Clementer creſcente iugo, quîs nobile nomen
Conditus excelſo ſacravit colle Zacynthos.
Hic comes Alcidae remeabat in agmine Thebas
Geryone exſtincto, coeloque ea facta ferebat.
Tres animas namque id monſtrum, tres corpore dextras
Armarat, ternaque caput cervice gerebat.
Haud alium vidit tellus, cui ponere finem
Non poſſet mors una viro, duraeque ſorores
Tertia bis rupto torquerent ſtamina filo.
Hinc ſpolia oſtentabat ovans, captivaque victor

Armen-

277. *fata* vulg. *facta* Colon. ed. Rom. Parm. Mediol. *gerebat* ed. Rom.

bellum in Italiam transferre; unde et *pulſat Capitolia,* quatenus mente et animo iam Romam a ſe expugnatam cogitabat et minabatur. 272. *Bella ſumta* belli cauſa quaeſita eſt in Sagunto. Flor. II, 6. *In cauſam belli Saguntus delecta eſt.*

273. ſeqq. Saguntus deſcribitur. Eius *muros Herculeos* vocat, quia Hercules credebatur fundamenta urbis ieciſſe. v. infr. 505. et lib. II, 507. et 654. ubi *parens murorum* Sag. appellatur. Editiore loco exſtructam ſignificat *iugo clem. creſc.* i. e. molliter acclivi, quo ſenſu *mollem clivum* Virgilius dixit Eclog. IX, 8. cf. Barth. ad Stat. Theb. I, 330. — Nomen habet a Zacyntho quodam comite Herculis, qui fingitur in his terris a ſerpente necatus, ibique ab Hercule *conditus* h. ſepultus. Quo facto urbem conditam ex illius nomine appellatam. Res ipſa narratur verſ. 276. ſeqq. Fabulam de Zacyntho variaſſe poeta videtur. Nam Dionyſ. Hal. lib. I, 50. ait: Dardanum Iovis et Electrae Atlantidis filium, duos ex Batea filios ſuſcepiſſe tradunt, Zacynthum et Erichthonium. Quorum alter ex Aeneae maioribus erat, Zacynthus vero inſulae conditor. De Geryone interfecto ab Hercule, eiuſque bovibus abductis nota fabula ex Diod. Sic. IV, 17. cf. Virgil. VII, 661. et VIII, 202. Tricorporum hoc monſtrum in ſequentibus luxuriante ornatu deſcribitur, quem

Armenta ad fontes medio fervore vocabat,
Cum tumidas fauces accenſis ſole venenis
Calcatus rupit letali vulnere ſerpens:
Inachiumque virum terris proſtravit Hiberis.
Mox profugi ducente Noto advertere coloni,
Inſula quos genuit Graio circumflua ponto,
Atque auxit quondam Laertia regna Zacynthos.
Firmavit tenues ortus mox Daunia pubes,
Sedis inops, miſit largo quam dives alumno,
Magnanimis regnata viris; nunc Ardea nomen.
Libertas populis pacto ſervata, decuſque
Maiorum; et Poenis urbi imperitare negatum.
Ad-

290. *auſit* Putean. *hauſit* ed. Rom. *aluit* Parm. Sed ea ex genuina lect. *auxit* vitio ſcribendi orta ait Drakenb. 294. *populi* Cod. Putean. 295. *et Poenis poſtquam* vulg. *ubi imperitàre* Colon. et Putean. unde *urbi* reſtituit N. Heinſ.

quem maximam partem mutuavit e Virgil. VIII, 565. in Herili deſcriptione: *ter leto ſternendus erat.* Ergo *duras ſorores*, hoc eſt, Parcas dicit *tertia ſtamina torquere*, quia duobus corporibus necatis, tertium tamen adhuc vivat, et novo ictu deſtruendum ſit. 287. *Inach. virum*, Zacynthum Graium, ab Inacho rege Argivorum.

288. Coloni ex Zacyntho inſula maris Ionii Peloponneſo oppoſita Saguntum deducti ſunt. *Advertere* navibus advenerunt. Plena locutio eſt ap. Virgil. VII, 35. et VIII, 101. ubi vid. Heyn. De re ipſa vid. Liv. XXI, 7. et Strabo lib. III. qui Saguntum κτίσμα Ζακυνθίων vocat. *Laertia regna* dicit inſulam, quod olim ſub imperio Vlyſſis fuerat. cf. Strabo X. p. 453. Homer. ι, 24. Virgil. A. III, 270. ſeqq.

291. *Tenues ortus*, tenue initium coloniae auxit *Daunia pubes*, i. Rutuli, a Dauno, patre Turni, Rutulorum principis. cf. Virgil. A. X, 616. et Heyn. Excurſ. ad Virg. lib. VII. pag. 131. *Sedis inops*, hominum multitudine abundans, quam Ardea urbs non caperet; quare haec *dives largo alumno* dicitur poetae. cf. omnino infr. v. 667. ſeqq. Verſus 293. variatus eſt e Virgil. A. VII, 411. *Locus Ardea quondam Dictus avis: et nunc magnum manet Ardea nomen.* Ipſam rem hauſit e Livio XXI, 7. *Oriundi a Zacyntho inſula dicuntur* (Saguntini) *mixtique etiam ab Ardea Rutulorum quidam generis.* — Ad verſ. 294. 95. cf. quae dicta ſunt ſupr. ad verſ. 268.

Admovet abrupto flagrantia foedere ductor
Sidonius caſtra, et latos quatit agmine campos.
Ipſe caput quaſſans circumluſtravit anhelo
Muros ſaevus equo, menſuſque paventia tecta,
Pandere iamdudum portas, ac cedere vallo
Imperat; et longe clauſis ſua foedera, longe
Auſoniam fore, nec veniae ſpem Marte ſubactis:
Scita Patrum, et leges, et iura, fidemque, Deoſque
In dextra nunc eſſe ſua: verba ocius acer
Intorto ſancit iaculo, figitque per arma
Stantem pro muro, et minitantem vana Caïcum.

Con-

297. *Laetas q. a. cauſas* vulg. *latos campos* ex Colon. probavit Modius. Sic et in Oxon. *Latias cauſas* Parm. 306. *monſtrantem membra Vaicum* vulg. *monſtr. tela Naicum* Gryph. Lugd. *motantem membra* alii libri. *mutantem* Cod. Putean. cum ed. Rom. *nutantem* Oxon. Noſtra lectio a Modio reducta ex Colon.

296. ſeqq. Initia obſidionis narrantur. *Flagrantia caſtra* nempe pugnae cupiditate, avidum expugnandae urbis exercitum. *quatit agmine c.* ad inceſſum equorum ſimpliciter referri poteſt, ut agmen eductum in campos intelligas; niſi forte agrorum vaſtationem, incolarumque perturbationem ſimul cogitare malis. Livius enim Cap. 7. *Annibal*, ait, *infeſto exercitu ingreſſus fines, pervaſtatis paſſim agris, urbem tripartito aggreditur.* cf. Intt. ad Virgil. A. XI, 512. et VIII, 596.

298. *Caput quaſſans* geſtu ferocientis, irati. cf. Virgil. A. XII, 894. *Menſus* ſcil. oculis, perluſtrans. *paventia tecta* audacius, quibus ruina imminet, veluti illa praeſenſiſſent interitum ſuum.

301. Hannibal permovere vult Saguntinos, ut ſeſe dedant. *Longe abeſſe cl. foedera*, et *Auſoniam*, ſi ſibi reſiſtant, nil eos adiutura eſſe foedera cum Romanis facta. Formula minarum ſolennis, quam hauſit poeta e Virgilio A. XII, 52. *Longe illi Dea mater erit*, ubi vid. Cerda. 305. *Verba ſancit iac.* minas ſuas confirmat iaculo ad urbem miſſo, quo obſidio declarabatur.

306. ſeqq. In caedibus ſingulorum militum narrandis, ut *Caici* h. l. quamvis Silius exemplum Virgilii ſequutus eſt, tamen maxime declaravit, quantum propria arte inventionis valeret, quia in Livio ſuo talia raro inveniebat definite poſita. *Caici* autem nomen legerat iam in Virgil.

A.

Concidit exacti medius per viſcera teli:
Effuſiſque ſimul praerupto ex aggere membris,
Victori moriens tepefactam retulit haſtam.
At multo ducis exemplum clamore ſecuti
Involvunt atra telorum moenia nube.
Clara nec in numero virtus latet: obvia quiſque
Ora duci portans, ceu ſolus bella capeſſit.
Hic crebram fundit Baliari verbere glandem,
Terque levi ducta circum caput altus habena
Permiſſum ventis abſcondit in aere telum.
Hic valido librat ſtridentia ſaxa lacerto:

Huic

307. Ita verſum exhibent Cod. Colon. Putean. Oxon. ed. Rom. Parm. et Iunt. Nicandri. 313. *capeſſit* ex MSS. et ed. Rom. et Parm. Primus Martinus Herbipolenſ. *capeſſat* edidit, quod poſt eum plerique ſecuti ſunt.

A. IX, 35. *minitantem vana* λοιδοροῦντα, μάτην ἀπειλοῦντα, ut *vana ſonantem Opheltem* Valer Fl. III, 197. — *exacti teli medius* pro vulgari, exacto per media viſcera telo. Neque vero ab ingenio poetae noſtri aliena eſt Gronovii ad Liv. XXVIII, 6. explicatio, ubi ait, *medium teli ex.* eſſe ſic perfoſſum, ut aequa teli pars et a fronte et a tergo extet et promineat, media in viſceribus abſcondatur: qui mediam partem teli corpore tenet, hinc mucrone hinc capulo prominente. cf. Ovid. Met. XII, 484. — 308. *effuſis m.* delapſis, devolutis, ornate.

310. ſeqq. Exemplo Hannibalis excitati milites impetum telis in urbem faciunt. Haec ſententia per partes varias extenditur. *telorum nube* ſumma copia, ut νέφος ap Homer. v. infr. ad lib. IV, 553. et interpp. ad Valer. Fl. II, 521. et ad lib. I, 396 Weiz. — 312. Virtus non in *numero* ſolum, i. e. in conferto agmine conſpicua, ſed in ſingulis etiam, quorum quiſque ita ſtrenue ſe gerebat, quaſi ſolus pugnaret.

314. *Baliari verbere f. gl.* e fundis mittunt glandem, i. e. globos plumbeos, exemplo Virgil. Georg. I, 309. *Baliaris verbera fundae.* Epitheton illud eſt ornans, a praecipuo genere funditorum, *Baliarium.* v. infr. lib. III, 365. — Ad verſſ. 315. 16. cf. Virgil. A. IX, 586. quem imitatus eſt noſter. Geſtus funditorum deſcribitur, cum fundam circum caput rotant, ad glandis impetum

Huic impulsa levi torquetur lancea nodo.
Ante omnes ductor, patriis insignis in armis,
Nunc picea iactat fumantem lampada flamma,
Nunc sude, nunc iaculo, nunc saxis impiger instat.
Aut hydro imbutas, bis noxia tela, sagittas
Contendit nervo, atque insultat fraude pharetrae:
Dacus ut armiferis Geticae telluris in oris,
Spicula quae patrio gaudens acuisse veneno
Fundit apud ripas inopina binominis Histri.
Cura subit, collem turrita cingere fronte,
Castelloque urbem circumvallare frequenti.
Heu priscis numen populis, at nomine solo
In terris jam nota Fides! Stat dura iuventus,
Ereptamque fugam, et claudi videt aggere muros.
Sed

325. *qui* coni. N. Heinsius. *gaudent* coniectura viri docti, quam Cortius ad marginem libri sui scripserat. Vtroque modo sententia videtur fieri expeditior.

petum augendum. 318. *nodus* amentum, s. lorum, quod in media lancea haeret. *Amenta torquere* simpliciter dixit Virgil. A. IX, 665.

322. *bis noxia tela*, quia et veneno et cuspide vulnus lethale faciunt. Eam sententiam vario ornatu passim extulerunt alii poetae, a viris doctis laudati Claud. laud. Stilic. 351. *geminata venenis vulnera*. Sidon. Ap. Carm. V, 407. *Spicula infusum ferro latura venenum, quae feriant bis, missa semel.* De *fraude phar.* vid. sup. ad v. 219.

324-26. Comparat Hannibalem cum Dacis, montium iuga trans Istrum incolentibus, qui itidem veneno tingere spicula solent. *Armiferis*, quia gens est bellicosa. *Acuere veneno* ornate pro imbuere, ut *armare veneno ferrum* Virgil. A. IX, 773. *Binominis Istr.* Danubius enim cum Illyricum attingit, usque ad pontum Euxinum Ister appellatur. cf. Ovid. Pont. I, 8. 11. et Stat. Silv. V, 90.

329. O tristem Saguntinorum vicem, qui fide servanda perierunt! Lamentatio poetae cum laude elata. *Ausonia Saguntus* dicitur, quatenus colonis Ardeatibus, hoc est, Latinis aucta fuit. Itaque et alibi etiam Graia vocatur, ut ab Hercule condita, et aucta colonis ex Zacyntho insula profectis. vid. ad lib. III, 178.

dignam Ausonia mortem putat esse Sagunto,
ata cecidisse fide. Iamque acrius omnes
idunt vires: adductis stridula nervis
caïs effundit vastos ballista molares:
ue eadem, ingentis mutato pondere teli,
atam excutiens ornum media agmina rumpit.
lternus resonat clangor. Certamine tanto
seruere acies, veluti circumdata vallo
na foret: clamatque super, Tot millia, gentes
r tela satae, iam capto stamus in hoste?
e pudet coepti? pudet ominis? En bona virtus,
nitiaeque ducis. Taline implere paramus
am fama? tales praemittere pugnas?
ccensae exsultant mentes, haustusque medullis

C 2 Han-

332. *Saguntum* vulg. *Sagunta* autem ex MSS. vindicarunt Modius, Barth. N. Heins. 334. *eductis* Cod. Putean.

35. *Phocaïs ballista*, Massis, urbe Gallica, machim bellicarum officinis ceata Straboni lib. IV. pag. seqq. Iam quia Massilia aeensium ex Ionia coloerat, ballistam *Phocaida*, iocaicam dicit poeta, se; morem perpetuum poen, armorum epitheta a stantiore genere illorum tendi. Ita *Cressam phaim, Gortynium arcum*, cendicunt. Ergo non errasolum interpres Gallicus, bure, quod a Phocide deinatam vocem illam puta- sed et operam perdidit, praeeunte quidem Dauso, demonstrare conaba- *Phocaida* dictam esse pro *ntina*. Qua demonstra- nil potest fingi contortius. De ballista luculentus locus est Lucani III, 465. seqq.

340. seqq. *clamat super* insuper sc. Hannibal. Gravi adhortatione ad obsidionem, quam coeperant, fortiter exsequendam excitat milites. *stamus i. h. c.* num segnes et remissi erimus, cum hostis iam paene captus sit? — *Pudet ominis?* Nam in principiis operis putabatur omen inesse, e quo sequens fortuna penderet. 342. *en bon. virtus* seq. Cum acri ironia elata vox. Tantum scilicet, inquit, virtutis meae primitiis profeci, ut iam milites mei in medio labore torpeant, tales nos in limine belli exhibeamus!

345.46. Ornata verba. *Accensae* incitatae voce Hannibalis *mentes exsultant*, alacres fiunt

Hannibal exagitat, stimulantque sequentia bella.
Invadunt manibus vallum, caesasque relinquunt
Deiecti muris dextras. Subit arduus agger,
Imponitque globos pugnantum desuper urbi.
Armavit clausos, ac portis arcuit hostem
Librari multa consueta falarica dextra,
Horrendum visu robur, celsisque nivosae
Pyrenes trabs lecta iugis, cui plurima cuspis;
Vix muris toleranda lues, sed cetera pingui
Vncta pice, atque atro circumlita sulfure fumant.
Fulminis haec ritu, summis e moenibus arcis

355. *fumat* iam Cortius coniecit ad marg. libri sui, et re[...] Lefeb. bene notans *caetera* graeco more dici pro *caeterum*.

fiunt ad pugnam. *Haustus med. H.* graviter pro, vox Hann. intima pectora et medullas penetrans. cf. Interpr. ad Valer. Fl. I, 263. *Stimulat* permovet ad pugnandum *sequentium bellorum* cogitatio, quam Hannibal excitaverat illis verbis: *tales praemittere pugnas*? — 348. *subit*, admovetur urbi, *arduus agger*, machina super muros urbis eminens, unde *globi*, turba militum inscendat. Ita de equo Troiano Virgil. A. II, 47. *machina Inspectura domos venturaque desuper urbi.*

350. seqq. Saguntini *falarica* se defendunt. Eam machinam accurate descripsit Livius XXI, 8. quem poeta omnino secutus est h. l. operoso quidem cum ornatu poetici sermonis, nec tamen sine gravitate et elegantia pleraque enuncians. Diversam ab hac falarica illam esse, quam T[...]nus emittit apud Virgil. IX, 705. Heynius ibi adn[...]vit. — 351. *librari c[...]ta dextra*, cuius tractati[...] eiaculatio plurium homi[...] manus et vires postulabat[...] magnitudinem teli. 353. [...]*rima cuspis*, longa, pro[...] Livius l. c. „Ferrum tr[...] longum habebat pedes, [...] cum armis transfigere co[...] posset.“ Infra etiam *im[...]sam cuspidem* tribuit lib. [...] 215. ubi credibile est ean[...] falaricam intelligi. -- 354. [...]*es* de rebus perniciosis, u[...]*stis*, poetis dicta in gen[...]

356. Comparatio cum [...]mine partim ad impetum [...]tinet, quo iactum telum [...] partim vero ad flamma[...] stuppa, qua circumliga[...] erat, accensa. cf. Livius [...] et Virgil. A. IX, 705. ub[...] [...]*larica Fulminis acta modo*, q[...]

lo

a, fulcatum tremula fecat aera flamma.
is fanguineo praeftringit lumina crine
terram coelo decurrens, ignea lampas.
: ictu rapido pugnantum faepe per auras,
nito ductore, tulit fumantia membra.
: vaftae lateri turris cum turbine fixa,
penitus pluteis Vulcanum exercet adefis,
a virofque fimul preffit flagrante ruina.
lem condenfis actae teftudinis armis

C 3 Subdu-

358. *praeftringit* ex Colon. et Oxon. *perftrinxit* Putean. *per-ringit* editt. vetuftae. 362. *cum turbine* vulg. *ceu* eft in xon. plerique editt. et Lefeb. 365. *arctae* fcripti libri hibent et ed. Parm. *aptae* Rom.

fine dubio in mente ha- oeta nofter. — In fe- i comparatione verff. 59. quamvis *ignea lam-* lmen notare poteft au- ate Virgil. A. VI, 586. cum iam praeceffiffet is comparatio, dixe- oetam cogitaffe de phae- no nocturno, cum glo- neus de coelo in terram it, quem vulgus iners is emungentibus abrum- dit, unde et nomen in- n, Sternfchnuppe. v. r. ad Claud. VII, 163. , 496. cf. Plin. H. N. p. 25. et feqq. Prae- Silio Virgilius, ut Ge- 365. et Aen. II, 693. cret. II, 206. feqq. et pr. ad Val. Fl. I, 568. etiam rectius cogitari in tali face, quae quia ignem folutiorem, aë- petu in caudae cri- ue pafforum formam ex- tendi folet. Vnde Artemidor. II, 28. ἀςέρας πωγωνίας *barbatas* appellavit. v. Ovid. Met. XV, 845. *Sanguineum* autem dici propter rubicantem ignis nocturni colorem, in promtu eft. Ita *fanguineas iubas* ferpentis Virgil. A. II, 207. et Plinius l. c. Cap. 25. Cometas, *horrentes crine fanguineo* dixit. cf. infr. verf. 461. feqq.

362 - 64. Ex hac falarica turribus hoftium infixa, *turbine*, cum impetu, fulminis, aut procellae ritu, illae corruerunt et combuftae funt. Dum *Vulc. exercet* pro vulg. inflammatis pluteis. Similem, at caftiorem ornatum vid. Virgil. A. II, 310. 11. et IX, 537.

365. *Actae teftudinis cond. armis*, teftudine e fcutis compofitis facta, unde συνασπισμὸς dicitur. cf. Virgil. A. II, 441. *Caeca latebra* ipfa teftudine, quia fub ea latebant milites

Subducto Poeni vallo, caecaque latebra,
Pandunt prolapsam suffossis moenibus urbem.
Terribilem in sonitum procumbens aggere victo
Herculeus labor, atque immania saxa resolvens,
Mugitum ingentem coelo dedit. Alpibus altis
Aeriae rupes, scopulorum mole revulsa,
Haud aliter scindunt resonanti fragmine montem.
Surgebat cumulo certatim prorutus agger,
Obstabatque iacens vallum, ne protinus instent
Hinc atque hinc acies media pugnare ruina.
Emicat ante omnes primaevo flore iuventae
Insignis Rutulo Murrus de sanguine: at idem
Matre Saguntina Graius, geminoque parente
Dulichios Italis miscebat prole nepotes.

369. *revolvens* vulg. 370. *coeli* MS. Col. et O... *casu* editt. Iunt. Ald. et Gryph. 373. *certantum pro* vulg. pro *certatim prorutus*, quod exhibebant membranae C... 374. *ni* libri scripti, et e Rom. 2. Lefeb.

lites non visi hostibus. Ita *caeco Marte* contendere Rutulos dixit Virgil. A. IX, 518. quia sub testudine pugnabant, quam antea *tectam aciem*, et *tegmina armorum* appellaverat. cf. Lucan. Pharf. III, 474. seqq. 368-70. murorum ruina describitur. Illi dicuntur *Herculeus labor*, ut conditi ab Hercule. vid. supr. ad vers. 273. 370. Apta comparatio, et idoneo ornatu elata. *Aeriae rupes* solenni poetis epitheto de montibus altioribus. vid. Virgil. Ecl. VIII, 39. Aen. VIII, 221. Georg. III, 474. *Scindunt montem*, dum revulsae chasma in monte faciunt.

373. *Surgebat — agger*. Ex murorum ruina novus altior-que agger oriebatur, qui ... stabat, et impediebat pug... tes; vers. 374. *iacens vallu...* citur. Lucani est locus sim... mus lib. III, 508. *Procu...* *maiorque iacens adparuit a...*

377. seqq. Caedes ab ... que parte singulari cum v... te et atrocitate factas, ... suo, poeta narrat. *E...* *a. o.* insigni pugna em... formula Virgiliana. vid. ... V, 319. et 337. *primaev...* adolescens, ut infr. lib. ... 65. *flore nitens primo*. cf. ... gil. A. VII, 162. — *M...* matre Graia et patre Ro... progenitus inducitur, ... ante ornatu orationis. ... tribus modis una illa fe... tia variatur. *Miscebat*

Hic magno ſocios Aradum clamore vocantem,
Qua corpus loricam inter galeamque pateſcit,
Conantis motus ſpeculatus, cuſpide ſiſtit;
Proſtratumque premens telo, voce inſuper urget:
Fallax Poene, iaces: certe Capitolia primus
Scandebas victor. Quae tanta licentia voti?
Nunc Stygio fer bella Iovi. Tum fervidus haſtam
Adverſi torquens defigit in inguine Hiberi;
Oraque dum calcat iam ſingultantia leto,
Hac iter eſt, inquit, vobis ad moenia Romae,
O metuenda manus! Sic, quo properatis, eundum.
Mox inſtaurantis pugnam circumſilit arma,

380. Pro *Aradum* quod ex MSS. reſtituit Heinſ. et Mediol. ed. exhibet, alii libri aliter, ut *Haiadum* Parm. *Aiadum* Putean.

lich. nep. Italis ex duplici veluti ſanguine procreatos liberos habuit. *Dulichium* inſula Graeca in mari Ionio, prope Ithacam ſita. 380. *Aradum* nomen militis Carthag. ex Arado inſula Phoeniciae fictum, ut ſolet Silius. De hoc more vid. Gronov. Obſ. IV, 18. *Conantis* vocem intendentis, qua contentione partes corporis *loricam inter galeamque* nudatae, ut fit, cum caput clamandi cauſa erigitur. *cuſpide ſiſtit*, veluti interrumpit clamantem, coercet telo immiſſo. Tota haec imago reficta e Virgil. A. XI, 691. ſeqq. — 383. ſeqq. Plenus Homerus et Virgilius exemplis heroum, tales ſarcaſmos uſurpantium.

388. *Ora ſingultantia.* Motus convulſivos in ore ex ſpiritus defectu cogita. Frequenter poetae *ſingultare* dixerunt in hac re, *animam ſingultantem* Stat. Theb. V, 260. et ipſa *ora ſingult.* Theb. VIII, 753. Val. Flac. II, 211. — Lucanus VIII, 682. de capito Pompeii veruto affixo: *dum vivunt vultus, atque os in murmura pulſant ſingultus animae.* In verſſ. 389. 90. omnia cum acerba ironia dicta. *Manus* nunc pro cohorte, exercitu. Sed friget mihi haec vox in tali oratione.

391. ſeqq. Idem ille Hiberus, quem perfoſſum, calcatum, et animam agentem dixerat, inſtaurat pugnam. Id ſi ad leves conatus, vireſque collectas referas, excuſari utcunque poteſt. Iam Murrus *circumſilit arma* Hiberi, repentino impetu rapit, eius *nudum latus haurit*, ſcil. enſe, quem in latus apertum adigit. Plenam

Et rapto nudum clipeo latus haurit Hiberi.
Dives agri, dives pecoris, famaeque negatus
Bella feris arcu iaculoque agitabat Hiberus.
Felix heu! nemorum, et vitae laudandus opacae,
Si ſua per patrios tenuiſſet ſpicula ſaltus.
Hunc miſeratus adeſt infeſto vulnere Ladmus.
Cui ſaevum arridens, Narrabis Hamilcaris umbris
Hanc, inquit, dextram, quae iam poſt funera vulgi
Hannibalem vobis comitem dabit: et ferit alte
Inſurgens gladio criſtatae caſſidis aera,
Perque ipſum tegimen crepitantia diſſipat oſſa.
Tum frontem Chremes intonſam umbrante capillo
Septus,

394. *ferens* ſcripti et ed. Rom. Parm. et Mediol. Vnde N. Heinſ. coni. *ſerens.* Lefeb. in Rom. 2. reperit *famaeque negatus bella, feras arcu* etc. 397. in nomine *Ladmus* variant Codices, *Lagmus*, *Lagnus*, *Laudus.* 399. *vulnera* vulg. *funera* eſt in ſcriptis et ed. Rom. Parm. Mediol. 403. *vibrante* vulg. *umbrante* eſt in Cod. Colon. Oxon. et eodem redit haud dubie, quod in Putean. legitur *ubrante.* Gronovius Obſerv. IV, 18. coniecit *Chremetes*, propter metrum.

Plenam formulam poſuit Virgil. A. X, 314. vid. infr. lib. V, 524. Etiam Curtius IX, 5. *Nudum hoſtis latus ſubiecto mucrone hauſit.*

393-96. Hic Hiberus rei ruſticae et venationi operam dederat, quam vitae conditionem ſi retinuiſſet, felicior fuiſſet. *famae negatus* non natus ad gloriam bello et virtute parandam. *Bella feris agitare* dura formula, pro, venatui operam dare. vid. V. L. — 395. *Laudandus v. o.* beatus dum in nemoribus et rure verſabatur. Formula Silio frequens. v. infr. IV, 260. VI, 191.

398. *ſaevum arridens*, ſcil. Murrus. Conferunt Homericum *μειδιόων βλοσυροῖσι προσώπασι*, Il. π. 212. quae iram cum contemtu mixtam indicant. Virgil. A. X, 742. *ſubridens mixta Mezentius ira.* — *hanc dextram*, ſuam manum oſtendit Murrus, ſuperbe, et δεικτικῶς. 400. *alte inſurgens.* Geſtum declarat alte efferentis manum ad fortiorem plagam. Paſſim ita heroes Virgil. A. V, 443. X, 777. XI, 697. et 748. XII, 729. Homer. ἀνασχόμενος, ut Il. γ. 362.

403. *Vmbrante cap.* crinibus ita ſuper fronte pendentibus, ut facies inumbraretur. Frequens ornatus de capillis et

Septus, et horrentes effingens crine galeros:
Tum Maſulus, crudaque virens ad bella ſenecta
Carthalo, non pavidus fetas mulcere leaenas,
Flumineaque urna caelatus Bagrada parmam,
Et vaſtae Naſamon Syrtis populator Hyempſal,
Audax in fluctu laceras raptare carinas,
Vna omnes dextraque cadunt iraque peremti.
Nec non ſerpentem diro exarmare veneno
Doctus Athyr, tactuque graves ſopire chelydros,
Ac dubiam admoto ſobolem explorare ceraſte.

406. In vulg. *Harcalo*. Ex Cod. Colon. *Karthalo* reſtituerunt V. D. 411. *ſerpentes* vulg.

et barba apud poetas. v. Claudian. I, 69. et a Drakenb. laudatos plures. Mox *effingens cr. gal.* tot cincinnis crines implicatos habens, ut galerum geſtare videretur.

405. *Karthalo* nomen Carthaginienſe, Livio XXII, 15. et Polyb. I, 53. uſurpatum. Hic dicitur *cruda virens ſen.* exemplo Charontis apud Virgil. VI, 304. *Cruda Deo, viridiſque ſenectus*, ubi Heynius confert graecum ὠμὸν γῆρας, ὠμογέροντα.

407. *Bagrada* nomen militis, a fluvio Libyae eius nominis, more Silii effictum, quod recurrit infr. lib. VII, 663. Is, dura, meo ſenſu, formula, dicitur *caelatus parmam flum. urn.* pro vulg. parmam gerens, in qua urna, fluvii emblema, ſculpta erat. Quis non videt in hoc parmae ornatu, ad nominis originem alludi? 408. *Naſamon Hyempſal* Cyrenaicus. Nam Naſamones populi regionis Cyrenaicae in Africa prope Syrtem maiorem.

411. ſeqq. *Exarmare veneno*, incantare, ut venenum non noceat. Luculentius de iiſdem populis Marmaricis lib. III, 301. ſeqq. *ad quorum cantus ſerpens oblita veneni, ad quorum tactum mites iacuere ceraſtae*, quod nunc *tactu ſopire* dixit, ut lib. VIII, 501. *tactu domare venena.* Imitatus eſt Virgilium A. VII, 754. ubi vid. Heyn. not. De omni modo domandi angues Plin. H. N. VII, 2. — Verſum 413. idem Plinius l. c. explicabit, ubi de Pſyllis gente Africae: „Mos liberos genitos protinus obiiciendi ſaeviſſimis ſerpentibus, eoque genere pudicitiam coniugum experiendi, non profugientibus adulterino ſanguine natos ſerpentibus.“ cf. Aelian. H. An. I, 57.

Tu quoque fatidicis Garamanticus accola lucis
Insignis flexo galeam per tempora cornu,
Heu! frustra reditum sortes tibi saepe locutas
Mentitumque Iovem increpitans, occumbis, Hiarba.
Et iam corporibus cumulatus creverat agger,
Persusaeque atra fumabant caede ruinae.
Tum ductorem avido clamore in proelia poscit.
Fulmineus ceu Spartanis latratibus actus,

Cum

418. *En iam* ed. Lefeb. 419. *confusaeque* et *fervebant* est in ed. Gryph. Primum in Iuntina Nicandri illa varietas orta.

414. seqq. *Hiarbae* nomen e Virgilio notum Aen. IV, 196. ubi *Hammone satum* vocat. Nunc Silius *accolam* prodit *Garamanticum*, hoc est, Libycum in genere, sed ex illa regione Africae, quae Marmarica dicitur, oraculo celebris Iovis Hammonis, unde *luci fatidici*, et Hammonii ipsi accolae dicuntur. Oraculum descripsit Curtius IV, 7. 5. *Galeam* quoque cornigeram ad imitationem Hammonis effinxit, de quo infr. lib. IX, 298. *ac patruis flexis per tempora cornubus Hammon.* cf. Ovid. Met. V, 327. 28. In versf. 416. 17. ad oracula adludit. *Sortes frustra red. locutas.* Haec iunge, pro vulgari, oracula mendacia, quam sententiam varians *mentitum Iovem* dicit, quod oraculis reditum sibi in patriam promittentibus, tamen nunc occumbit.

419. Graves versus ad imaginem caedis absolvendam. *perfusae ruinae* mixtae et confusae cadaveribus *fumant*, ex illorum calido sanguine. *Atra* saeva, atroci. Ornat epitheton. Nisi atrum sanguinem intelligas, qui saepe caedes dicitur poetis. vid. infr. lib. II, 17. 186.

420. Murrus Hannibalem ad praelium singulare provocat. Exempla eius moris heroici in Homero et Virgilio passim obvia. cf. Aen. X, 661. — Comparatio versf. 421. seqq. e Virgilio variata Aen. X, 707. seqq. *Fulmineus aper* dictus poetae ab impetu atroci, vel ab oculis fulminantibus. Sic Apuleio Metam. lib. VIII. aper dicitur *oculis aspectu minaci flammeus, impetu saevo frementis ore totus fulmineus.* Hinc *vires fulminis apro* tribuuntur Ovid. Met. I, 305. cf. Met. VIII, 355. seqq. notam apri descriptionem, e qua varia huc translata reperies. Dentibus adeo fulmina tribuit Ovid. Met. X, 550.

Cum ſilvam occurſu venantum perdidit, hirto
Horreſcit ſaetis dorſo, et poſtrema capeſſit
Proelia, canentem mandens aper ore cruorem:
Iamque gemens geminat contra venabula dentem.
At parte ex alia, qua ſe inſperata iuventus
Extulerat portis, ceu ſpicula nulla manuſque
Vim ferre exitiumve queant, permixtus utriſque
Hannibal agminibus paſſim furit, et quatit enſem,
Cantato nuper ſenior quem fecerat igni

Litore

423. *ſaetis* ex Colon. *ſaevus* vulg. 424. *Canentem* Colon. *candentem* vulg. quod ſervavit Lefeb. 425. Varietas lectionum, quae in libris Veteribus reperiebatur, variis interpretum coniecturis locum fecit. Drakenborchius lectionem vulg. ſervavit: *Iamque gemens geminum c. v. torquet.* Barthius in membranis legebat: *Iamque gemet geminum contra venabula decem.* Vnde ipſe coniecit: *iamque acuens geminum contra venabula torquet.* Cod. Colon. ita: *gemens geminum contra venab. dentem.* Pro *dentem* Cod. Oxon. *decem*, Putean. cum ed. Rom. *fertur.* N. Heinſii hae ſunt coniecturae: *ciet geminum* c. v. *dentem: fremens gennino intra v. fertur: fremens genuinum intra v. torquet: fremens genuino intrat venab. dente.* Scaligeri emendatio eſt: *gemens genuinum intra ven. torquet.* Vlitii ad Grat. Cyneg. haec: *iamque gemens, gemituque intra venabula fertur:* vel, *geminum cornu in ven. torquet:* vel, *gemino cornu in ven. fertur.* Denique Lefeb. e veſtigiis libri Colon., felici coniectura verſum ita emendavit: *gemens geminat contra ven. dentem.* coll. Virgil. Aen. XI, 697. et Val. Flac. VI, 379. Non dubitavi in hoc loco Drakenborchium relinquere.

550. — *Spartan. latrat.* canibus Spartanis, ut praeſtantioribus. cf. Virg. Georg. III, 405. *Cum ſilvam perdidit*, a ſilva abactus, impeditusque venatoribus, ne in ſilva refugium petat. Luxuriantem ornatum agnoſcimus in illis: *hirto horreſcit ſaet. dorſo* pro, ſaetas horribili motu erigit. Similis copia eſt Ovidii lib. VIII, 285. 86. niſi poſterior verſus ſpurius ſit. Omnino in promtu eſſe debet tironibus, *horrere* dici poetis, quicquid eſt durum, acutum, ſpiſſum, ut ariſtas, virgulta, ſilvas, capillos, haſtas etc. — *Canentem cruorem* ſpumam ſanguine mixtam. vid. infr. lib. IV, 250. De verſ. 425. vid. V. L.

426. ſeqq. Ex alia parte Hannibal Saguntinorum ex urbe egreſſorum caedibus occupatur. 430. *Temiſus* magus deſcribitur, ab *litore Heſperidum* in finibus Mauritaniae ad Oceanum Atlanticum habitans, ubi ſunt horti Heſperidum,

Litore ab Hesperidum Temisus: qui carmine pollens
Fidebat magica ferrum crudescere lingua:
Quantus Bistoniis late Gradivus in oris
Belligero rapitur curru, telumque coruscans,
Titanum quo pulsa cohors, flagrantia bella
Cornipedum afflatu tonat, et stridoribus axis.
Iamque Hostum, Rutulumque Pholum, ingentemque Metiscum,
Iam Lygdum, Duriumque simul, flavumque Galaesum,
Et geminos, Chromin atque Gyan, demiserat umbris.
Daunum etiam, grata quo non spectatior alter
Voce movere fora, atque orando fingere mentes,
Nec legum custos sollertior, aspera telis
Dicta admiscentem: Quaenam te, Poene, paternae
Huc adigunt Furiae? Non haec Sidonia tecta
Femi-

431. *Temisus* Modius ex MSS. posuit. *Rhemisus* in Ald. *remissus* in Oxon. unde vulg. lectio *missus* orta. *Rhemsus* in Parm. 436. *domat* vulg. *tonat* ed. Rom. Parm. Mediol. 437. In his nominibus, quae ex membranis Colon. recepit ita Drakenb. variabant editt. vulg. Dyrium, Gyam, Chronum exhibentes. 439. *dimiserat* Putean. et ed. Mediol. 443. *quonam* vulg.

ridum, de quibus vid. infr. lib. III, 285. Hic ensem fecerat *cantato igni*, i. e. magico. cf. supr. v. 103. *Ferrum crudescere* crudelius, nocentius fieri. (vid. infr. ad lib. IV, 451.) Hic sensus, quem amplexus est Gesnerus in Thesaur. mihi nunc aptior videtur, cum de artibus magicis, et Hannibalis caedibus sermo fit, quam explicatio interpretis Francogallici, qui indurationem ferri candentis aqua tincti intelligit, la trempe la plus dure.

433. Comparatio e Virgilio refecta Aen. XII, 331. *Bistoniis in oris* a Bistonibus gente Thraciae, quae sedes proprie adsignata est Martis. vid. infr. IV, 432. 435. *bella tonat* graviter pro nunciat, movet, ut *nimbos tonare omina* dixit Claud. in Cons. Olyb. et Prob. v. 208. *corniped. afflatu* equis anhelantibus, frementibus ex impetu et ardore pugnandi. vid. Heyn. ad Georg. I, 250.

440 seqq. Daunum disertum oratorem describit. *Orando fing. mentes.* Bene Marsus, movere auditores ad quoscunque affectus. In v. 443. color orationis ductus e Virgil. X,

Feminea ſabricata manu, pretiove parata,
Exſulibuſve datum, dimenſis, litus, arenis.
Fundamenta Deûm, Romanaque foedera cernis.
Aſt illum, toto iactantem talia campo,
Ingenti raptum niſu, medioque virorum
Avulſum inter tela globo, et poſt terga revinctum,
Hannibal ad poenam lentae mandaverat irae;
Increpitanſque ſuos inferri ſigna iubebat:
Perque ipſos caedis cumulos, ſtragemque iacentum
Monſtrabat furibundus iter, cunctoſque ciebat
Nomine, et in praedas ſtantem dabat improbus urbem.
Sed poſtquam a trepidis allatum, fervere partem
Diverſam Marte infauſto, Murroque ſecundos
Hunc Superos tribuiſſe diem, ruit ocius amens
Lym-

455. *praedam* Lefeb. e Cod. Tel.

IX, 601. 445. ſeqq. Non male Carthaginem *feminea* Didonis, *manu* ſtructam, cum Sagunto componit, ut ab Hercule condita, quae mox *fundamenta Deum* vocat. *Pretio paratam* dicit pro pecunia emto loco, in quo urbs collocaretur. vid. ſupr. I, 24.

451. *ad poenam lentae irae* ad ſupplicia lentiorem adeoque atrociorem mortem adferentia. *Longam mortem* in ſimili re Virgilius dixit Aen. VIII, 488. cf. infr. lib. XI, 478. — 454. *ciebat nomine*, ſolenni more ducum, blanda appellatione milites hortantium. v. Burm. ad Val. Fl. IV, 649.

455. *in praedas d. urbem* Livius XXI, 11. „Interim Hannibal animos nunc ira in hoſtes ſtimulando, nunc ſpe praemiorum accendit. Vt vero pro concione praedam captae urbis edixit militum fore, adeo accenſi omnes ſunt, ut, ſi extemplo ſignum datum eſſet, nulla vi reſiſti videretur poſſe.“

456. ſeqq. Quae deinceps narrantur, cohaerent cum verſ. 420. ubi narratio de Murro interrupta erat. *trepidi* nuntii, qui trepidantes et feſtinantes accurrebant Hannibalem de Murri caedibus certiorem facturi. 458. *Ruit ocius amens lymphato curſu.* Ecce mirum exemplum cumulati ornatus! cf. lib. XII, 545. *furibundis greſſibus*, et VIII, 154. Sic et Virgil. A. VII, 377. de Helena: *lymphata furit per urbem.* Varro a Draken-

Lymphato cursu, atque ingentes deserit actus.
Letiferum nutant fulgentes vertice cristae;
Crine ut flammifero terret fera regna cometes,
Sanguineum spargens ignem: vomit atra rubentes
Fax coelo radios, ac saeva luce coruscum
Scintillat sidus, terrisque extrema minatur.
Praecipiti dant tela viam, dant signa, virique;
Atque ambae trepidant acies: iacit igneus hastae
Dirum lumen apex, ac late fulgurat umbo.
Talis ubi Aegaeo surgente ad sidera ponto

Per

460. *micant* vulg. *nutant* Modius ex Colon. *letifero nut.* Parm. *letiferae* al. 468. *qualis ubi* vulg. et sic Lefeb.

kenborchio allatus L. L. VI. p. 79. „In Graecia commota mente quos λυμφολήπτους appellant, ab eo *lymphatos* dixerunt nostri.“ 459. *ingentes actus;* pugnam praesentem, et forte ipsum Dauni supplicium intellexit.

460. *lethiferum nutant*, quatenus terrorem incutiunt cristae fulgentes, et ipso motu suo impetum et iram herois significant. Huc et pertinet sequens cometae comparatio, cuius adspectus terribilis est, ut bene Drakenb. docuit ad h. l. Profecit Silius nunc e Virgil. A. X, 272. seqq. at colorum, ut solet, valde prodigus. 461. *Crine fl.* v. supr. ad vers. 358. *Fera regna* dixit populos feros, qui superstitione et inscitia ducti, cometae adspectum horrent. 462. *atra fax*, dira, portentosa stella, cui mox *saeva lux* tribuitur eodem sensu. *Diros cometas* Virgil. Georg. I, 488.

465-67. Praeceps Hann. ruit per tela et viros, splendentem hastam et clypeum vibrans. Locus adumbratus e Virgil. l. c. vers. 270. 71. cuius imitatio nunc moderatione quadam sua placet. Omnes scilicet ornatus Virgilius exhauserat. Sed non diu tueri moderationis laudem Silius potest. Sequitur operosa comparatio, quae eo redit, ut *ambas acies trepidasse* significetur. Sic, ait, nautae tempestate orta tremunt. Reliqua ad ornatum pertinent. Mare *Aegeum* inprimis procellosum aquilonibus posuit exemplo Virgil. A. XII, 365. et *Corum* ut ventum rapidiorem, de quo Senec. Quaest. N. V, 16. Plin. H. N. XVIII, 34. vid. infr. v. 688. — *Curvatas undas* pro, in altum elatas, ut Virgil. A. III, 564. *tollimur in altum curvato gurgite.* κῦμα κυρτὸν, κυρτωθὲν Homer. ut Odyss. λ. 242.

Vnde

Per longum vaſto Cori cum murmure fluctus
Suſpenſum in terras portat mare; frigida nautis
Corda tremunt: ſonat ille procul, flatuque tumeſcens
Curvatis pavidas tranſmittit Cycladas undis.
Non cuncta e muris unum inceſſentia tela,
Fumanteſque ante ora faces, non ſaxa per artem
Tormentis excuſſa tenent. Vt tegmina primum
Fulgentis galeae conſpexit, et arma cruento
Inter ſolem auro rutilantia, turbidus infit:
En, qui res Libycas, inceptaque tanta retardet,
Romani Murrus belli mora. Foedera, ſaxo,
Iam noſcas, quid vana queant, et veſter Hiberus.
Fer tecum caſtamque fidem ſervataque iura:
Deceptos mihi linque Deos. Cui talia Murrus:
Exoptatus ades. Mens olim proelia poſcit,

Spe-

481. *Ferto aequum* eſt in vulg. in ſcriptis *fert equum*. Vnde viri docti repoſuerunt *fer tecum*. Parm. ed. *fer aequum*.

Vnde Heſych. τὸ ὑψηλὸν καὶ μετέωρον explicat. Locum Homeri Virgilius expreſſit Georg. IV, 361. *Curvata in montis faciem circumſtetit unda.* cf. Ovid. Met. XV, 508. ſeqq. — 472. *transmittere undis Cycl.* exquiſite pro inundare, undas ſecum veluti rapere per Cycladas. Sic Virgil. A. IV, 154 *Transmittunt curſu campos* pro, per campos fugiunt.

473-75. Ruentem Hannibalem nullum periculum retinet. Haec per partes enunciantur.

477. ſeqq. Murrum conſpectum alloquitur. *turbidus*, iratus. *Belli moram* ipſe poeta explicat v. 478. eamque formulam mutuavit e Virgil. A. X, 428. *Abantem, pugnae nodum et moram*, ubi vid. Heyn. vid infr. lib. VIII, 33. Similes formae dicendi paſſim extant apud poetas huius aetatis. cf. interpr. ad Valer. Fl. I, 23.

479. 80. Oſtendam tibi, quantum apud me valeant foedera veſtra; et *veſter Hiberus*, quatenus is ex pactione cum Hasdrubale facta, terminus imperii conſtitutus fuerat. De his dictum eſt ad verſ. 268. ſeqq. — 481. 82. *Fer tecum c. f.* Habeto tibi fidem et religionem tuam. Nefaria vox, ſi quae alia in toto carmine! *Deceptos Deos*, ruptis foederibus, periurio. Vnde v. 484 *fraudes* dicuntur.

483. *olim* iam dudum. 485. *tellure ſub ima* apud inferos.

Speque tui flagrat capitis: fer debita fraudum
Praemia, et Italiam tellure inquire sub ima.
Longum in Dardanios fines iter, atque nivalem
Pyrenen, Alpesque tibi mea dextera donat.
Haec inter cernens subeuntem comminus hostem,
Praeruptumque loci fidum sibi, corripit ingens
Aggere convulso saxum, et nitentis in ora
Devolvit, pronoque silex ruit incitus ictu.
Subsedit duro concussus fragmine muri.
Tum pudor accendit mentem, nec conscia fallit
Virtus pressa loco; frendens luctatur, et aegro
Scandit in adversum per saxa vetantia nisu.
Sed

495. *minitantia nixu* vulg. Nostra lectio est in Colon.

feros. 487. *Alpes tibi m. d. donat*, efficiam caede tua, ut possis itineri, et labori Alpes superandi supersedere. Sic Val. Fl. I, 473. *Donat* et Iphiclo pelagus iuvenumque labores Aesonides; ubi vid. Burm. Sarcasmos similes heroum iratorum scient, qui lectione Homeri et Virgilii imbuti sunt. Forma loquendi recurrit infr. lib. II, 325.

488. *subeuntem* irruentem sibi Hannibalem, scil. ex inferiori loco, cum Murrus altior staret. Praecipitium dicit *fidum* Murro, h. e. idoneum ad defendendum. Ita *fidum ensem*, *fidelem loricam* Virgilius A. VII, 640. IX, 707. et infr. lib. IV, 24. *fidos obices*. 490. *nitentis* Hannibalis irruentis, impetum facientis. 492. *Concussus subsedit* collapsus est sub onere saxi, et pressus vulnere. Hannibalem saxo percussum de suo addidit Silius. Livius quidem XXI, 7. ita: *Annibal ipse, dum murum incautius subit adversum femur tragula graviter ictus cecidit.* Sed haec poeta alio loco expressit, vers. 540. 493. seqq. Gravis imago herois vires extremas colligentis, adumbrata illa quidem e Virgil. V, 453. seqq. de Entello: *Tum pudor incendit vires, et conscia virtus*, vel de Turno lib. XII, 666 seqq. — *Conscia virtus* nunc Silio dicitur, nota, sociata Hannibali. Nam *conscius* absolute dicitur de eo, qui alteri socius, adiutor est in rebus gerendis. Notavi haec loca: Iuven. Sat. III, 49. Mart. Epigr. 49. lib. VI. Haec ergo virtus *non fallit pressa* pro, non victa est, non destituit illum. — *Aegro nisu*, ex vulnere, opinor, quod difficilem scansionem faciebat. *Saxa vetantia* pro ardua, invia.

Sed poſtquam propior vicino lumine fulſit,
Et tota ſe mole tulit, velut incita clauſum
Agmina Poenorum cingant, et cuncta paventem
Caſtra premant, lato Murrus caligat in hoſte.
Mille ſimul dextrae, denſuſque micare videtur
Enſis, et innumerae nutare in caſſide criſtae.
Conclamant utrinque acies, ceu tota Saguntos
Igne micet: trahit inſtanti languentia leto
Membra pavens Murrus, ſupremaque vota capeſſit:
Conditor Alcide, cuius veſtigia ſacra
Incolimus, terrae minitantem averte procellam,
Si tua non ſegni defenſo moenia dextra.
Dumque orat, coeloque attollit lumina ſupplex,
Cerne, ait, an noſtris longe Tirynthius auſis
Iuſtius affuerit. Ni diſplicet aemula virtus,
Haud me diſſimilem, Alcide, primoribus annis
Agno-

499. *laeto hoſte* coni. Dauſq. Sed vid. nott. 503 *urgenti* Lefeb. e veſtigiis Cod. Tel. in quo erat *ingenti*. 507. *defendo* Colon.

496. ſeqq. Cum propior Murro veniſſet Hannibal. Operoſo ornatu utitur poeta, imitatus, quamvis in loco diſſimili, Virgil. I, 588. ubi nube, qua circumfuſus erat, diſſipata, *Aeneas reſtitit, claraque in luce refulſit.* Sequentia quoque *tota ſe mole tulit*, translata e Virg. VIII, 199. de Caco, *magna ſe mole ferebat.* cf. Aen. III, 656. et Burm. ad Valer. Fl. VI, 104. — 499. *Caligat in hoſte* pavore urgentis Hannibalis ita animum turbante, ut ſibi videretur toto agmine hoſtili circumſeptus, unde *latum hoſtem* dicit, ingentem, veluti duplicatum, qualis verſſ. 500. 1. deſcribitur. Omnino Silius, aliorum poetarum exemplo, menti pavore repentino correptae tribuit, quae proprie ad furorem et amentiam retulerant ſuperiores poetae; qualem Pantheum induxit in Bacchis Euripides, *duos Soles* et *duplices Thebas* videntem, repetitum Virgilio A. IV, 470. cf Stat. Theb. VII, 114. Senec. Agam. 728. ſeqq. — Ad 505. ſeqq. vid. ſupr. verſ. 273. ſeqq. —

509. ſeqq. Murrum preces ad Herculem facientem Hannibal acerba ironia interrumpit. Cum Hercule ſe comparaſſe Hannibalem, iam Livius notaverat lib. XXI, 41. quo ſaepius alluditur in hoc carmine,

Agnoſces, invicte, tuis: fer numen amicum,
Et, Troiae quondam primis memorate ruinis,
Dexter ades Phrygiae delenti ſtirpis alumnos.
Sic Poenus, preſſumque ira ſimul exigit enſem,
Qua capuli ſtatuere morae: teloque relato
Horrida labentis perfunditur arma cruore.
Ilicet ingenti caſu turbata iuventus
Procurrit: nota arma viri, corpuſque ſuperbo
Victori ſpoliare negant. Coit aucta viciſſim
Hortando manus, et glomerata mole feruntur.
Hinc ſaxis galea, hinc clipeus ſonat aereus haſtis;
Inceſſunt ſudibus, librataque pondera plumbi

Cer-

517. *labenti* vulg. *labentis*, quod recte ad Murrum refertur, ex Codd. et vetuſtis editt. reſtituit N. Heinſ. 524. *in vertice* vulg. Deleta propoſitio erat in Cod. Colon. et editt. Parm. Mediol. — Cod. Putean. *et dempſae vertice*. Oxon. cum ed. Rom. *et denſae*.

mine. vid. infr. lib. II, 356. et IV, 4. — 512. *Fer n. a.* ſis mihi propitius, mox *dexter ades*. 513. *Memorate*, celeber excidio Troiano. vid. dicta ad verſ. 43. — *Phrygiae ſt. alumnos* vel Saguntinos ſeparatim appellat, quatenus Romanis, quorum prima origo Aeneae debetur, addicti fuerunt, vel ipſos Romanos.

515. ſeqq. *preſſum ex.* adigit, immittit Murro. vid. v. 307. *qua capuli ſtant m.* exquiſite pro vulg. ad capulum uſque, qui moratur vel ſiſtit impetum. v. Burman. ad Grat. Fal. Cyneg. 110. Infra lib. IX, 382. *Capulo tenus ferrum impulit ira*, et cf. Virg. II, 553. *Loricae moras* dixit idem Aen. X, 485.

518. ſeqq. uſque ad 557. Murri interfectio turbas ingentes movet. Hannibal obruitur telis, ſed fortiter reſiſtit. Vulnus ex lancea accipit, evadit tamen hoſtibus. Haec tractantur epico cum ornatu, quem lectio Homeri et Virgilii facile ſuppeditare poterat. Sed ſingula inſtar miraculorum aucta verbis, quo inprimis pertinet Iunonis apparentis machinatio in Hannibalis favorem facta. Si quem autem ſplendor quidam orationis et audacior ſpiritus delectat, eum hic locus inprimis tenebit. 521. *glomerata mol. fer.* ornate pro, undique collecti hoſtes impetum in Hannibalem faciunt. v. 496. cf. Virgil. A. IX, 801. ſeqq. quem

Certatim iaciunt: decisae vertice cristae,
Direptumque decus nutantum in caede iubarum.
Iamque agitur largus per membra fluentia sudor,
Et stant loricae squamis horrentia tela:
Nec requies, tegimenve datur mutare sub ictu.
Genua labant, fessique humeri gestamina laxant.
Tum creber, penitusque trahens suspiria, sicco
Fumat ab ore vapor, nisuque elisus anhelo
Auditur gemitus, fractumque in casside murmur.
Mente adversa domat, gaudetque nitescere duris
Virtutem, et decoris pretio discrimina pensat.
Hic subitus scisso densa inter nubila coelo

525. *dereptumque* Lefeb. ex aliquot libr. Vett. 533. *suadetque* vulg. quod primus Marsus edidit. Sed *gaudetque* exhibent MSS. ed. Rom. Parm. Mediol.

quem locum nunc Silius maxime ante oculos habuisse videtur, praesertim vers. 808. seqq. — 526. *per membra fluentia*, proprie sudor fluit per membra, ut Virgil. l. c. *toto corpore sudor liquitur, et piceum flumen agit.* Sed eodem modo Virgil. A. III, 626. *membra fluentia tabo* dixerat. — 527. *stant* haerent infixa, unde mox onerata arma Hannibalis dicuntur. — 528. *nec requies.* Sine dubio variare voluit sententiam Virgilianam l. c. *nec respirare potestas.* 528. *Gestamina*, clypeum, pharetram, φορήματα Homero. cf. Virg. A. III, 286.

530-33. Studium innovandi et variandi sententias Virgilianas nunc ita abduxit poetam a naturae veritate et heroici ingenii dignitate servanda, ut nihil hoc loco luxuriantius et repugnantius fingi possit. Quam graviter Maro de Turno: *fessos quatit acer anhelitus artus.* In his heroem agnoscas. At Hannibalem muliebriter suspirantem, gementem, quis admiretur, et quis credat eundem illos sensus concipere potuisse, qui verss. 533. 34. adumbrantur? — *Adversa domat mente* h. doloribus, rebus adversis opponit mentis constantiam. *Gaudet* etc. Recreatur hac cogitatione, virtutis splendidissimam gloriam cerni in rebus adversis. — *pericula pensat*, aestimat, metitur gloria, quae eo maior est, quo maiora illa fuerunt.

535-38. Augurium triste, tempestate obnubilato coelo, ut sereno coelo, laetum. cf. Virgil.

Erupit quatiens terram fragor: et ſuper ipſas
Bis pater intonuit geminato fulmine pugnas.
Inde inter nubes ventorum turbine caeco
Vltrix iniuſti vibravit lancea belli,
Ac femine adverſo librata cuſpide ſedit.
Tarpeiae rupes, Superiſque habitabile ſaxum,
Et vos, virginea lucentes ſemper in ara,
Laomedonteae Troiana altaria flammae,
Heu! quantum vobis fallacis imagine teli
Promiſere Dei? Propius ſi preſſa furenti
Haſta foret, clauſae ſtarent mortalibus Alpes:
Nec, Thraſymene, tuis nunc Allia cederet undis.
Sed Iuno, aſpectans Pyrenes vertice celſae

Nava

Virgil. A. VII, 141. 42. — 538. *turbine caeco* occulto impetu miſſa lancea dicitur, ut ap. Virgil. A. XII, 320. *incertum qua pulſa manu, quo turbine adacta.* v. Lib. V, 401. Mox *vibravit* abſolute pro, advolavit cum ſtridore.

541 - 47 Epiphonema poetae apto loco inſertum. Primo Capitolium deſignat, notis poetarum formulis, *Tarpeiam rupem* appellans, et *ſaxum Sup. habitabile*, propter religionem Iovi ſacram, et varia Deorum templa. vid. infr. lib. V, 82. et 109. Deinde verſ. 542. 43. flammas et ſacra Veſtae deſcribit, quas *Laomedonteas* et *Troiana altaria* dicit, quod illa ſacra e Troia in Italiam allata ſunt, unde infr. lib. V, 82. *Iliacas flammas* vocat. Nam Hector in ſomno Aeneae viſus, ap. Virgil. A. II, 295. cum ipſum admonuiſſet, ut fugeret ſacris et penatibus abductis: *manibus vittas, Veſtamque potentem, Aeternumque adytis effert penetralibus ignem.* — 544. O quantam vobis, Romani, ſpem Dii oſtenderunt victoriae, ex illius teli in Hannibalem iactu! *Fallax telum*, quod vulnus lethale et optatum non fecit. 545. *propius preſſa* altius impreſſa, adacta, ut lethalis ictus fuiſſet. — 546. 47. nunquam Hannibal Alpes adiiſſet, nec ad Thraſymenum lacum ſtragem Romanorum edidiſſet, atrociorem illam, quam quae ad Alliam flumen facta erat, ubi Romani a Gallis duce Brenno caeſi ſunt.

548 ſeqq. Iuno, Romanis, ut ab Aenea oriundis, infeſta, qualem ex Homero, Virgilioque novimus, (cf. Aen. VII, 293. ſeqq.) apparet Hanniba-

Nava rudimenta, et primos in Marte calores,
Vt videt impressum coniecta cuspide vulnus,
Advolat, obscura circumdata nube, per auras,
Et validam duris evellit ab ossibus hastam.
Ille tegit clipeo fusum per membra cruorem,
Tardaque paulatim et dubio vestigia nisu
Alternata trahens, aversus ab aggere cedit.
Nox tandem optatis terras pontumque tenebris
Condidit, et pugnas erepta luce diremit.
At durae invigilant mentes, molemque reponunt
Noctis opus. Clausos acuunt extrema pericli,
Et fractis rebus violentior ultima virtus.
Hinc puer, invalidique senes, hinc femina ferre
Certat opem in dubiis miserando nava labori,
Saxaque mananti subvectat vulnere miles.

549. *nava* pro *vana* vulg. Modius ex Cod. Colon. reposuit. 552. *invalidam* vulg. ex Iuntina Nicandri. *Et validam* praeter scriptos exhibent editt. Mediol. Marsi, et Martini Herbip. 561. *pueri* vulg. *puer* Colon. *invalidusque senex* Lefeb.

nibalem adiutura. Nec habebat poeta propiorem Sagunto montem, in quo Dea, perpetuo exemplo poetarum, consisteret, quam Pyrenaeum verticem. Inde *asp. nav. rudim.* veluti primitias virtutis Hannibalis miserata; *primos calores* mox dicit, variata sententia. 554. Claudicantis imago operosius expressa ad imitationem Virgil. A. XII, 386. de Aenea vulnerato: *Alternos longa nitentem cuspide gressus.* Vnde et Vulcanum pronunciat Val. Fl. II, 93. *alternos aegro cunctantem poplite gressus.* Simplicitatem Homeri in talibus cognoscas ex Iliad. τ. 47. seqq.

558. seqq. Saguntini per noctem urbem, quantum possunt, muniunt, murosque reficiunt. Hoc apte ad miserationem singulatim tractatur a poeta. Livius XXI, 8 et 11. per aliquot dies quietem Saguntinis ab certaminibus datam tradit; quam sententiam Silius expressit infr. versf. 581 - 83. — *Durae mentes* ob constantiam et virtutem, qua hostem pertulerunt. *molem repon.* aggerem, muros reficiunt per noctem. cf. v. 579. 80. — 563. *mananti vuln.* recentibus ex vulneribus saucii milites.

564. seqq. Relicta obsidione Sagunti, quae demum secundo

Iam Patribus, clariſque ſenum ſua mu⁻ia curae.
Concurrunt, lectoſque viros hortantur; et orant,
Defeſſis ſubeant rebus, revocentque ſalutem,
Et Latia extremis implorent caſibus arma.
Ite citi, remis veliſque impellite puppim,
Saucia dum caſtris clauſa eſt fera: tempore Martis
Vtendum eſt rapto, et graſſandum ad clara periclis.
Ite citi, deflete fidem, muroſque ruentes,
Antiquaque domo meliora arceſſite fata.

Man-

566. *defeſſis ſubeant rebus, revocentque Sagunto Sidonias flammas, nunc ite impellite puppim.* vulg. Locum ex Colon. Cod. reſtituit Modius. 569. *Marti* ed. Lefeb. fruſtra Drakenborchium reprehendens. v. nott. 570. *rupto* Cod. Oxon. et editt. Rom. Parm. Mediol. aliiſque. Sed ex Cod. Colon. *rapto* vindicarunt interpretes.

cundo libro abſolvitur, reliquam huius libri partem poeta conſumit deſcribenda legatione Saguntinorum Romam miſſa; epiſodium quoddam, vario ornatu poetico multaque doctrina diſtinctum. Neque in eo ἀκρίβεια hiſtorica requirenda eſt, cum ne Livius quidem cum Polybio in omnibus hoc loco conſentiat. cf. Liv. XXI, 6. et 7. init.

569. *Saucia fera*, grave convicium in Hannibalem ſaucium, caſtris immorantem, a tali deſperatione non abſonum. cf. verſ. 638. *Tempore Mart. utendum eſt rapto*, tempus opportunum, quo propter vulnus Hannibalis tardius procedit obſidio, vel omnino ceſſant a pugna hoſtes, arripiendum et ſedulo uſurpandum eſt. Ita *arreptum tempus* Virgilio dictum A. XI, 459. et infr. lib. VII, 531. *Dum Dictator abeſt, rape, miles tempora pugnae.* De Caeſare opportune fugam capeſſente Lucan. X, 505. *ſemper feliciter uſus Praecipiti curſu bellorum, et tempore rapto.* Omnino apud poetas *rapere* celeritatis et feſtinationis vim habet, unde variae formulae, *rapere viam, iter, arma, veſtigia, equos, agmen.* v. Burman. ad Val. Fl. II, 252. et Heinſ. ad Ovid. Heroid. Ep. XIX, 74. 570. *graſſandum a. c. p.* pro vulg. extrema nobis audenda ſunt. 571. *deflete fidem* etc. triſtem fidei Saguntinae ſortem narrate. *Antiquam domum* mox Romam appellant Saguntini, quatenus prima eorum colonia populis Latinis, ſ. Ardeatibus mixta fuit. vid. ſupr. ad 291. Vnde et *conſanguinei* Romanis dicuntur. v. 608.

Mandati ſumma eſt: Dum ſtat, remeate, Saguntos.
Aſt illi celerant, qua proxima litora, greſſum,
Et fugiunt tumido per ſpumea caerula velo.
Pellebat ſomnos Tithoni roſcida coniux,
Ac rutilus primis ſonipes hinnitibus altos
Afflarat montes, roſeaſque movebat habenas.
Iam celſa e muris exſtructa mole iuventus
Clauſam nocturnis oſtentat turribus urbem.
Rerum omnes pendent actus, et milite maeſto
Laxata obſidio, ac pugnandi ſubſtitit ardor,
Inque ducem verſae tanto diſcrimine curae.
Interea Rutulis longinqua per aequora vectis
Herculei ponto coepere exſiſtere colles,
Et nebuloſa iugis attollere ſaxa Monoeci.
Thracius hos Boreas ſcopulos immitia regna
Solus habet, ſemperque rigens nunc litora pulſat,

576. ſeqq. Iam dies illuceſcebat. Hic dies ſequebatur noctem illam, quae ſupra 556. deſcripta erat. Aurorae ingruentis notos ex Virgilio inprimis ornatus attulit poeta. *Tithoni coniugem* ut Virg. A. VIII, 384. Caetera expreſſa ſunt ex eiuſdem Georg. I, 250. *Nosque ubi primus equis oriens afflavit anhelis*, ubi vid. Heyn. *Habenas* eadem *movet*, quia curru vehitur. Vnde *bigas* et *quadrigas roſeas* Virgilius attribuit Aen. VI, 535. VII, 26. — 579. 80. Muris noctu refectis Saguntini urbem munitam praeſtiterunt. Igitur *turres nocturnas* pro noctu exſtructis dixit.

581 - 83. Locus expreſſus e Livio XXI, 8. „Deinde obſidio per paucos dies magis quam oppugnatio fuit, dum vulnus ducis curaretur etc." Sed obſerva unam ſententiam tribus modis variatam Silio. *Rerum actus* ipſa obſidio, *pendent* ceſſabant, quam mox *laxatam obſidionem* dixit.

584. ſeqq. Interea Saguntini navigando ad portum Herculis Monoeci pervenerant. *Herculeos colles* vocat ipſa *ſaxa Monoeci*, hoc eſt, ut Heynius docte explicavit ad Virgil. A. VI, 831. promontorium cum templo et portu Herculis Monoeci, ſub Alpibus maritimis non longe a Nicaea ſitis, qui nunc *Monaco* eſt. — 587. Ibi *Thracius Boreas*, a Septentrionali plaga ſpirans, *ſolus ſcop. habet*, inpri-

Nunc ipſas alis plangit ſtridentibus Alpes:
Atque ubi ſe terris glaciali fundit ab Arcto,
Haud ulli contra fiducia ſurgere vento.
Vorticibus torquet rapidis mare, fractaque anhelant
Aequora, et iniecto conduntur gurgite montes:
Iamque volans Rhenum Rhodanumque in nubila tollit.
Hunc poſtquam Boreae dirum evaſere furorem,
Alternos maeſti caſus bellique mariſque,
Et dubium rerum eventum ſermone volutant.
O patria, o Fidei domus inclita, quo tua nunc ſunt
Fata loco? Sacraene manent in collibus arces,

An

589. *frangit* vulg. *plangit* Colon. quo et priſcae editt. alludunt, in quibus eſt *tangit*.

inprimis regnat. Lucanus Pharſ. I, 405. *Circeium* cum ventum vocat. 589. *plangit Alpes*, impellit cum plangore et impetu: vid. Virgil Georg. I, 334. *Alas* ventis paſſim tribuerunt poetae. Sic *rapidas alas Boreae*, Valer. Fl. I, 577. *Noti* verſ. 611. vid. infr. lib. III, 524. et, omnino Ovid. Metam. VI, 702. ſeqq.

590. *glaciali ab Arcto*, e plaga Septentr. frigidiori. Virgil. Aen. VI, 16. *gelidas Arctos*. Alii alio ornatu in eadem re uſi ſunt. *Haud ulli fiducia* pro vulg. nemo valet vim eius venti ſuſtinere. Haec vis in ſequentibus 592. 93. per partes deſcribitur, ornatu ſaepe uſurpato poetis. cf. Virgil Georg. III, 241. Aen. VII, 31. ſeqq. *Anhelare* de ſonitu fluctuum ſpumantium. *Gurgite iniecto*, fluctibus in altum elatis *conduntur* obruuntur *montes*. In verſ. 594. fluviorum Germaniae et Galliae notatione ſignificat Boream per iſtas regiones cum impetu ferri.

595. ſeqq. Differunt inter ſe de diſcrimine urbis et eventu belli. Apte inventa oratio hominum patriam urbem deſperatam et obſidione preſſam relinquentium. *Volutant ſermone* pro vulg. ſermones conferebant; ut *mente volutare eventus* dixit Virgil. A. VI, 157. — 598. *Fidei domus*. Forte templum Fidei in urbe conſecratum habebant. Praeterea Saguntini erant fide ſervanda nobiles. vid. Liv. XXI, 7. — *Sacras arces* totam urbem dicit ut ab Hercule conditam. Nam quacunque in re vel origo divina, vel favor Deorum, vel aliqua religio cogitari poteſt, poetis ea res *ſacra*. v. ad lib. III, 501.

An cinis, heu Superi! tanto de nomine restat?
Ferte leves auras, flatusque ciete secundos,
Si nondum insultat templorum Poenicus ignis
Culminibus, Latiaeque valent succurrere classes.
Talibus illacrimant noctemque diemque querelis,
Donec Laurentes puppis defertur ad oras;
Qua pater, acceptis Anienis ditior undis,
In pontum flavo descendit gurgite Thybris.
Hinc consanguineae subeunt iam moenia Romae.
Concilium vocat augustum, castaque beatos
Paupertate Patres, ac nomina parta triumphis
Consul, et aequantem Superos virtute Senatum.

602. *protinus ignis* vulg. pro *Poenicus ignis*, quam lectionem ex Codd. Colonienf. Carrion et Modius vindicarunt.

601. Date prosperam navigationem. Similis locus est Virgil. A. III, 529. *Ferte viam vento facilem, et spirate secundi.* — 602. *insultare* gravis vox, apte ad affectum praesentem posita; si nondum incensa urbs est.

605. *Laur. ad oras* ad ostia Tiberina, a quibus non procul Laurentum opp. aberat. *Pater Thybris*, noto fluviorum principum epitheto, unde idem lib. VIII, 38. *sceptrifer* dicitur, Virgil. Georg. IV, 369. *pater Tiberinus.* Mox *ditior Anien. undis*, exquisite, quia prope Romam Anio influit, et aquae copiam auget. Eodem ornatu *divitias* dixit Ovid. Amor III, 6. 94. *Opes* Valer. Fl. IV, 720. *vires* lib. I, 357. — *Flavum gurgitem* Thybr. perpetuo epitheto. vid. Horat. Od. I, 13. Virgil. Catal. V, 23. *Flavas arenas Tib.* Ovid. Trist. lib. V, El. 1.

609 - 11. Consul Senatum cogit causa Saguntinorum. *Casta paupertas* Patrum, ad frugalitatem Romanam pertinet, qua primis reipubl. temporibus etiam principes civitatis utebantur. Vnde *pauperem senatum* iam Virgilius dixerat Aen. VIII, 105. cf. infr. lib. VI, 631. seqq. — 610. *nomina p. t.* qui ex triumphis cognomen accepere, v. c. Capitolini, Corvini, Torquati, Messalae, aliique. *Consulem* appellat ut poeta, ἀκρίβειαν historicam nunc minus, quam artem suam curans. Auctore Livio XXI, 6. Consules tum Romae erant P. Corn. Scipio, et T. Sempron. Longus.

612. seqq. Severam frugalitatem et disciplinam veterum Roma-

Facta animoſa viros, et recti ſacra cupido
Attollunt, hirtaeque comae, neglectaque menſa,
Dexteraque a curvis capulo non ſegnis aratris,
Exiguo faciles, et opum non indiga corda,
Ad parvos curru remeabant ſaepe penates.
In foribus ſacris, primoque in limine templi
Captivi currus, belli decus, armaque rapta
Pugnantum ducibus, ſaevaeque in Marte ſecures,
Perfoſſi clipei, et ſervantia tela cruorem,
Clauſtraque portarum pendent: hic, Punica bella,
Aegates

613. *comae* vulg. lect. quam ſcripti et editi libri omnes exhibent, praeter Cod. Colon. ubi legitur *togae*, quod Modius probavit, et edidit Lefeb. laudatis locis Lucani II, 386. quem locum Silius ob oculos habuerit, et Propert. IV, 1. 22.

Romanorum deſcribit. *Hirtae comae*, incomtae, ut *intonſum Catonem*, *incomtis Curium capillis* Horatius laudavit Od. lib. II, 15. I, 12. — 614. *Dextera capulo non ſegnis*, haec iunge, et intellige viros iuxta agriculturam bellicae artis peritos, bellicoſos. Bene Marſus: erant ita promti ad bellum, quemadmodum ad agriculturam. Luculentius eandem ſententiam expreſſit Silius infr. lib. VIII, 401. *Sueſſa atque duro Fruſino haud imbellis aratro.* 615. *Exiguo faciles*, paucis contenti. 616. *Curru remeabant.* Drakenborchio videbatur accipiendum de curribus, quibus Senatores, rure evocati in curiam veniebant, et inde domum redibant, unde ſellae curules originem habuerint. At hoc curru remeare, vel vehi, quomodo frugalitatis notionem praebeat, ego non plane intelligo. Triumphalem qui cum Marſo et Cellario malint, fortaſſe facilius locum expedient, ut ſenſus ſit, ne ſummam quidem dignitatem, qualis eſt triumphantium, eos a vitae modeſtia et frugalitate abducere potuiſſe. Ergo non temere poeta *parvos penates* cum *curru* h. l. compoſuit. cf. infr. lib. VI, 546.

617. ſeqq. Curiam, quam *templum* vocat, (cf. infr. lib. VI, 454.) donariis, trophaeis et ἀναθήμασι ornatam poetice deſcribit, imitatus Virgilium Aen. VII, 183. ſeqq. in regia Pici; ubi vid. Cerda, et cf. Stat. Theb. VII, 55. ſeqq. De illo more veterum v. Perizon. Anim. hiſt. C. 7. et Rupert. ad Flor. II, 6. 621. *Clauſtra portarum* vectes. Mox *Punica bella* et *Aegates cernere*, non

Aegates cernas, fuſaque per aequora claſſe
Exactam ponto Libyen teſtantia roſtra:
Hic galeae Senonum, penſatique improbus auri
Arbiter enſis ineſt, Galliſque ex arce fugatis
Arma revertentis pompa geſtata Camilli:
Hic ſpolia Aeacidae, hic Epirotica ſigna,
Et Ligurum horrentes coni, parmaeque relatae
Hiſpana de gente rudes, Alpinaque gaeſa.
Sed poſtquam clades patefecit et horrida bella
Orantum ſqualor, praeſens adſtare Sagunti
Ante oculos viſa eſt extrema precantis imago.
Tum ſenior maeſto Sicoris ſic incipit ore:

Sacra

628. *horrentesque comae* vulg. *horrentes tonſae* Oxon. *coni* Cod. Colon.

non de pictura intellexerim, ſed de tropaeis, et roſtris navium, quorum adſpectus victoriae illius memoriam inſtauraret. 623. *exactam ponto*, pulſos e mari Carthaginienſes. — 624. *penſati auri arb. enſis.* Hiſtoriam pete ex Liv. V, 48. 49. Galli cum Romam obſidione cingerent, Romani fame coacti cum his pacti ſunt, ut mille auri pondo ſoluto ab urbe recederent. Galli vero cum pondera iniqua attuliſſent, ad pondus explendum additus a Brenno Gallorum duce gladius. Hic ergo nunc dicitur *arbiter penſati auri*, et quidem *improbus*, quoniam iniquis ponderibus ſupplendis additus fuerat. vid. infr. lib. IV, 150. ſeqq. — 626. De Camillo ſigna a Gallis referente ex pugna Allienſi v. Liv. V, 37. et 49. Virgil. Aen. VI, 826. — 627. *Spolia Aeacidae* reportata a Pyrrho Epiri Rege, qui genus ab Achille et Aeaco ducebat. v. Flor. I, 18. Liv. Epit. lib. XIII, 14. cf. Heynii diſquiſitionem ad Virgil. A. VI, 837. ſeqq. 628. *Ligures* ima Alpium iuga inhabitantes inter bellum Punicum primum et ſecundum a Poſtumio victi. Flor. II, 3. *Alpina gaeſa* ſive de Gallis Inſubribus, Alpium incolis, eodem tempore devictis, ſive de Gallis Capitolium invadentibus, quibus eadem gaeſa Virgilius attribuit Aen. VIII, 661.

631. *Squalor* oratorum, ſ. legatorum partim in vultus et oris moeſtitia, partim in reliquo corporis cultu conſpicuus. Vnde infr. 673. *laceratam veſtem*, et *ſqualentia corpora* appellat poeta.

633. ſeqq. Oratio gravis, et calamitatis ſenſibus accommodata,

Sacrata gens clara fide, quam rite fatentur
Marte ſatam populi ferro parere ſubacti,
Ne crede emenſos levia ob diſcrimina pontum.
Vidimus obſeſſam patriam, muroſque trementes:
Et, quem inſana freta aut coetus genuere ferarum,
Vidimus Hannibalem. Procul his a moenibus, oro,
Arcete, o Superi, noſtroque in Marte tenete
Fatiferae iuvenem dextrae. Qua mole ſonantes
Exigit ille trabes? et quantus creſcit in armis?
Trans iuga Pyrenes, medium indignatus Hiberum,
Excivit Calpen, et merſos Syrtis arenis
Molitur populos, maioraque moenia quaerit.
Spu-

635. *coacti* vulg. *ſubacti* Cod. Col. Putean. editt. Parm. et Mediol. 636. *emenſum* Cod. Oxon. Putean. ed. Parm. Mediol. et Lefeb. 642. *coniicit* vulg. *exycit* vitioſe pro *exigit* Colon. cum Oxon. et ed. Parm. Mediol. *erigit* Putean.

data. Nihil praetermiſſum requirimus, quod ad animos miſeratione afficiendos, vel calamitatis magnitudinem exprimendam valere poſſet. *Sacrata clara g. fide*, nobilis fide ſociis ſervanda, et religione, qua Fidei templa conſecrata habebat. v. Cic. Nat. Deor. II, 23. — *Marte ſata* gens Romana, a Romulo Martis filio. Vnde Virgilio ipſe Romulus *Mavortius*, et Roma, *Mavortia moenia* Aen. I, 276. VI, 778. cf Liv. Praefat. et lib. I, 4. Plutarch. Romul. Cap 4. — 640. *noſtro in Marte tenete* coercete iuvenem intra fines noſtros, ne ulterius ad Romam uſque bellum producat. Generoſa et plane amabilis vox! — 641. *qua mole*, quanto cum impetu, *exigit trabes*, emittit, iaculatur. vid. ad verſ. 515. Similis color orationis, cuius forte nunc memor fuit Silius, eſt in loco Virgil. XI, 283. de Aenea: *quantus in clypeum aſſurgat, quo turbine torqueat haſtam.* Sed aliud eſt Silianum, *creſcere in armis*, de eo qui armis eo cum furore et vi utitur, ut veluti creſcere inter arma et maior fieri videatur. Vnde ſupra vidimus *aſſurgere*, *inſurgere* dictum de eo, qui altius elata manu plagam infert. v. ad verſ. 400. Poteſt etiam de armorum genere ſplendidiore et maiore cogitari.

643-45. Populos ferociſſimos ſibi adſcivit Hannibal. Hoc auget calamitatem. *Medium indign. Hiberum*, tranſgreſ-

Spumeus hic, medio qui ſurgit ab aequore, fluctus,
Si prohibere piget, veſtras effringet in urbes.
At tanti pretium motus, ruptique per enſes
Foederis, hoc iuveni, iurata in bella ruenti,
Creditis, ut ſtatuat ſuperatae iura Sagunto?
Ocius ite, viri, et naſcentem exſtinguite flammam,
Ne ſerae redeant poſt aucta pericula curae.
Quanquam o, ſi nullus terror, non obruta iam nunc
Semina fumarent belli: veſtraene Sagunto
Spernendum conſanguineam protendere dextram?
Omnis Hiber, omnis rapidis fera Gallia turmis,
Omnis ab aeſtifero ſitiens Libys imminet axe.
Per, vos, culta diu Rutulae primordia gentis,
Lau-

647. pro *effringet* Barth. coni. *ſe franget.* Lefeb. edidit *veſtra ſe franget in urbe*, quam locutionem Ciceronianam dicit. N. Heinſ. coni. *ſe impinget.* 650. *ſuperata* vulg.

greſſus Hiberum, ſpretisque finibus imperii ex pacto conſtitutis, *excivit Calpen* extremae Hiſpaniae populos excitavit. v. ad verſ. 140. ſeqq. — *merſos Syrt. arenis populos* Libyes, Afros, *molitur* ut ante *excivit*, excitavit. v. dicta inf. ad lib. V, 384.

646. 47. Ni mari prohibetur, in Italiam cum exercitu et claſſe irrumpet. — 648-50. Num creditis Hannibalem poſt tantos motus, et foedera rupta in ſola Sagunto acquieturum eſſe? *iurata bella* expedias tibi ex verſ. 113. et ſeqq. *Iura ſtatuere* pro vincere, in poteſtatem ſuam redigere. Nam victae civitates, legibus et iuribus victorum ſubiiciuntur. cf. ſupr. v. 303. et Virgil. Georg. IV, 562. —

652. *ne ſerae redeant curae*, bene, quia de legatis redeuntibus ſermo eſt: ne auxilium ſerum, adeoque fruſtraneum adferamus.

653-55. Fingite etiam, quod valde optamus, nihil vobis ex hac calamitate Sagunti metuendum eſſe; tamen vos deceret, urbi vobis ſociatae opem ferre. *nullus terror*, inanis, ad vos non pertinens. *obruta ſemina b.* clandeſtini veluti cineres belli, quorum flamma in omnem Italiam irrumpere poteſt.

656. 57. Hiſpani, Galli, Afri vobis hoſtes imminent. Haec ſententia poetico ſermone enunciatur. vid. ſupr. 189. ſeqq.

658. ſeqq. *per vos* etc. precamur vos per etc. nota formula

Laurentemque larem, et genetricis pignora Troiae,
Conſervate pios, qui permutare coacti
Acriſioneis Tirynthia culmina muris.
Vos etiam Zanclen Siculi contra arma tyranni
Iuviſſe egregium: vos et Campana tueri
Moenia, depulſo Samnitum robore, dignum
Sigaeis duxiſtis avis. Vetus incola Dauni,
Teſtor vos, fontes, et ſtagna arcana Numici,

Cum

662. *Zanclen* pro *tandem* quod vulgo legebatur, ex MS. Colon. reſtituit Modius.

mula precandi. cf. Aen. Virg. X, 369. ſeqq. *Primordia g. Rut.* de primis conditoribus, Aenea inprimis, unde et Rutuli, Ardeates, et ipſi Saguntini coloni. *Laurentem larem* pro penatibus Troia allatis, quem et Virgilius *Pergameum Larem*, *Phrygios penates* dixit Aen. V, 744. et lib. III, 148. Eadem ſacra mox *pignora Troiae.*

660. 61. Opem ferte piis et fidelibus Saguntinis veſtris. *Acriſioneos muros*, Ardeam vocat poeta, ſecutus fabulam, qua illa urbs a Danae Acriſii filia condita credebatur. Profecit e Virgil. A. VII, 409. *Audacis Rutuli ad muros, quam dicitur urbem Acriſioneis Danae fundaſſe colonis.* cf. omnino Heyn. Excurſ. 7. ad locum l. Virgil. pag. 130. *Tyrinthia culmina*, Saguntum. vid. ſupr. 273. ſeqq.

662-65. Exempla adfert Sicoris civitatum ſociarum, quibus Romani opem tulerint. *Zanclen* ſ. Meſſanam, foederatam Siciliae civitatem, cuius cives et Mamertini dicti ſunt. v. Polyb. I, 8. Eos Romani defenderunt ab Hierone Syracuſano. cf. Liv. Ep. XVI. Flor. II, 2. Polyb. I, 10. 11. — *Campana m.* contra Samnites. vid. Liv. VII, 29. 30. ſeqq. Flor. I, 16. *Sigaeis*, Troianis; e quibus Romani deinceps orti.

665. ſeqq. Sicoris, ut ſenior et princeps legatorum, nomine Saguntinorum loquitur, eorumque cum Romanis arctam coniunctionem et veluti conſanguinitatem, ſeque ipſum coloniae Ardeatium ad Saguntum ducem prodit. *Incola Dauni* Ardeates, v. ſupr. v. 291. Ardea urbs Dauni Virgilio Aen. X, 688. — *Stagna Numici.* Flumen prope Lavinium, cuius ſtagna cum *arcana* vocantur, res omnino redit ad fabulam, unde fluvius ille aliquam religionem traxit. Nam Aeneas (verba haec ſunt

Heynii

Cum felix nimium dimitteret Ardea pubem,
Sacra domumque ferens, et avi penetralia Turni,
Vltra Pyrenen Laurentia nomina duxi.
Cur ut decisa, atque avulsa a corpore membra
Despiciar, vesterque luat cur foedera sanguis?
Tandem, ut finitae voces, (miserabile visu)
Submissi palmas, lacerato tegmine vestis,
Affigunt proni squalentia corpora terrae.
Inde agitant consulta Patres, curasque fatigant.
Lentulus, ut cernens accensae tecta Sagunti,

Poscen

667. *nimiam* coni. N. Heins. et recepit Lefeb. citius quam opus erat. 669 *nomina duxi* Cod. Colon. et Oxon. *nomina duxit* Putean. *num. vexit* vulg. 671. *nosterque luat sua foed.* Lefeb. ex Rom. 2. *nosterque* iam Heinsius in nonnullis libris repererat.

Heynii Exc. III, ad Virgil. Aen. lib. VII, p. 111.) pugna cum Etruscis s. Rutulis facta in hoc fluvio interiisse, certe ex oculis sublatus esse credebatur: factum ei ad ripas sacellum cum luco, Iovis vel Patris indigetis nomine, aut, quod credere par est, antiquioris numinis in hoc loco a priscis Latinis culti sacra ad Aeneam retulere seriores. Hinc et Virgil. Aen. VII, 242. *fontis vada sacra Numici.* cf. infr. lib. VIII, 180. seqq.

667. *felix nimium Ard.* nimia pube abundans. v. supr. 292. — 668. 69. Penates et sacra cum pube Latina trans Pyrenes ad Saguntum deduxi. *Sacra ferre* proprie de sacerdote et religionis conditore. v. Virgil. Georg. II, 476. et Aen. VI, 810. cf. infr. lib. II, 604. 673. *submissi palmas* graece, pro sublatis manibus. *Submittere* enim pro efferre, attollere, iam Lucretio usurpatum, ut lib. I, 7. 194. cf. Sil. infr. lib. IV, 411. et XII, 640.

675. *curas fatigant*, exquisite pro, curis se fatigant, curiose deliberant.

676. seqq. Lentulum, et Fabium induxit, ut poeta, definita nomina appellans. Nam Livius XXI, 6. in hac deliberatione neminem nominavit: *Alii*, inquit, *provincias consulibus Hispaniam atque Africam decernentes, terra marique rem gerendam censebant: alii totum in Hispaniam Annibalemque intendebant bellum. Erant qui non temere movendam rem tantam, exspectandosque ex Hispania legatos censerent.* Lentulus

igitur

Poscendum poenae iuvenem, celerique negantis
Exuri bello Carthaginis arva iubebat.
At Fabius, cauta speculator mente futuri,
Nec laetus dubiis, parcusque lacessere Martem,
Et melior clauso bellum producere ferro,
Prima super tantis rebus pensanda: ducisne
Ceperit arma furor, Patres an signa moveri
Censuerint; mittique viros, qui exacta reportent.
Providus haec, ritu vatis, fundebat ab alto
Pectore praemeditans Fabius surgentia bella.
Vt saepe e celsa grandaevus puppe magister
Prospiciens signis venturum in carbasa Corum,
Summo iam dudum substringit lintea malo.

Sed

680. *parvusque* vulg. unde Marsus ed. *parvisque*. Sed nostram lect. Carrion et Modius eruerunt ex MS. Colon. Dausqueius cum in ed. Nutii reperisset vitiosum *pervisque*, coni. exinde *pernixque*.

igitur acris et praecipitantis ingenii vir, *ut cernens recta acc. Sag.* egregie ad veritatem naturae ingeniorum alacrium, quorum vividior phantasia esse solet. *Poscendum poen. iuvenem*, Hannibalem in poenam foederis rupti deposcendum, ut Livius expressit l. c. cf. omnino infr. lib. II, 13. 14. 31. seqq. e quibus huic loco lux affunditur. *negantis Carth.* h. si recusaret dare poenas, quas poscerent Romani.

679. seqq. Fabii, cauti viri, et cunctatoris sententia declaratur. *non laetus dubiis*, non cupide temerarieque agens, in rebus dubiis, quales inprimis vers. 682. 83. adferuntur, et *melior producere b.* meliorem hanc sententiam fovens, producendum esse bellum, lente et caute agendum esse, quod fit *clauso ferro*, gladiis intra vaginam retentis. 684 *exacta* veram mentem et sententiam Carthaginiensium.

685. seqq. Fabius, vir providus et cautus, comparatur cum gubernatore perito. *Grandaevus*, adeoque expertus et prudens gubernator, qui *magister* dicitur exemplo Virgil. I, 115. coll. VI, 334. De *Coro* vento procelloso v. supr. 469. et cf. Virg. A V, 126. *substringit* detrahit, excutit. *Componere carbasa* dixit Lucan. III, 596. Comparatio similis, et variata verbis, recurrit infr. lib. II, 289.

Sed lacrimae atque ira mixtus dolor impulit omnes
Praecipitare latens fatum: lectique Senatu,
Qui ductorem adeant: ſi perſtet ſurdus in armis
Pactorum, vertant inde ad Carthaginis arces:
Nec Divûm oblitis indicere bella morentur.

691. *praecipitare latens fatum* ornate pro ſententiam deliberatam repente exequi, quemcunque eventum res habeat.

692. *ſurdus pactorum* foedifragus, quo ſenſu mox Poenos ipſos *Deûm oblitos* dicit. cf. verſ. 58. 116. 17.



C. SILII ITALICI
P V N I C O R V M
LIBER II.

ARGVMENTVM.

Legati Romani Hannibalem adituri, ſuperbe ab eo remittuntur. Itaque Carthaginem petunt, Hannibale diris conviciis eos proſequente, et ſuos mox incitante ad oppugnationem Sagunti fortius inſtaurandam. Ibi Asbyte Libycorum agmen ducens, cum Saguntinos telis in arcem coniectis laceſſeret, Mopſus iratus iaculo eam petens, eius comitem Harpen interficit. Illa caſum comitis graviter ferens, Dorylam alterum Mopſi filium ſternit, dum alterum Hannibal ſaxo enecat. Mopſus pater morte filiorum in deſperationem actus, de turre ſe dat praecipitem. Mox tumultus movet Theron ſacerdos Herculis, qui multis hoſtibus caeſis, Asbyten illam curru delapſam transfodit, eiusque caput ſpectandum exponit. Quo facto iratus Hannibal Theronem ante portas Sagunti ipſe interficit: Asbyte a ſuis ſolenni ritu humatur. Interim quum legati Romani advenisſent Carthaginem, fit deliberatio in Senatu. Hannon primus negat bellum cum Romanis gerendum, cenſet ſervandum foedus. Geſtar huic acerbe contradicit. Tum Fabius aperte Poenis bellum indicit. Sed dum haec aguntur Carthagine, Hannibal audiens populos quosdam defeciſſe, eo proficiſcitur, iisque ſedatis Saguntum redit. Ibi a militibus dona accipit, clypeum, enſem, loricam affabre factam. Saguntini interea copias Romanorum auxiliares fruſtra expectantes, ex longa obſeſſione ad incitas redacti, fame et vigiliis conficiuntur. Horum miſeratus calamitatem Hercules, Fidem Deam orat, ut Saguntinis opem ferat. Ea, quia non poteſt fata impedire, illud certe promittit, ſe glorioſum interitum Saguntinis paraturam, nec conceſſuram, ut tanquam ſervi Hannibalis moriantur. Sed haec machinan-

nantem dum Iuno ſentit, Tiſiphonem Furiam Saguntinis immittit, quos in furorem actos peſſundet. Quo facto illi ſaevas inter ſe ipſi caedes patrant, et calamitas fit ſumma in urbe. Accedebat, ut anguis ominoſus ex urbe prorumpens verſus litus fugeret. Itaque hoc portento perterriti et de ſalute deſperantes, rogum exſtruunt, in quem, quicquid pretioſum habebant congerentes, ſeſe praecipitant. Fit magna perturbatio, fiunt caedes parentum, fratrum, filiorum promiſcuae. Eminet inprimis Tiburna, coniux Murri, quae armis mariti congeſtis, una cum his ſe in rogum deiicit. — Epilogus poetae laudes Saguntinorum, et imprecationem Hannibali iniuſto victori factam declarat.

CAERVLEIS provecta vadis iam Dardana puppis
Triſtia magnanimi portabat iuſſa Senatus,
Primoreſque Patrum. Fabius, Tirynthia proles,

1. *Herculeis vadis* Codd. Oxon. et Putean. Vulgatam lect. *caeruleis* exhibet Cod. Colon. et omnes editt. — *porrecta* Rom. 2. —

2. *Triſtia iuſſa* minacia, vid. lib. I, 147. — 3. *Primores Patrum*, conſules, ut legatos ad Hannibalem. In legatorum nominibus licentiam poeticam magis, quam hiſtoricam veritatem ſecutus eſt Silius. Livius XXI, 6. nominat P. Valerium Flaccum et Q. Baebium Tamphilum. Iam viri quidem docti notarunt in nonnullis libris legi Fabium, ſed priorem lectionem veriorem iudicant; quamvis etiam Florus Fabium appellet lib. II, 6. 7. ubi vid. Duk. Deinde Livius Cap. 18. in legatis Carthaginem profectis nominat utrumque Q. Fabium et Q. Baebium. Quid vere legerit in Livio ſuo Silius, definiri non poteſt ideo, quod hic ſaepe arbitrio ſuo uti in talibus, ornatusque varii occaſionem ſibi ipſe facere ſolet. Sic et Valerium, non Flaccum, ut Livius docebat, ſed vetuſtiore cognomine Poplicolam extulit. v. Perizon. Ant. Hiſtor. Cap. I. p. 24. Fabium *prolem Tirynthiam* dicit, quia gens Fabiana ex Hercule et Evandri regis filia orta credebatur veteribus. cf. infr. lib. VI, 627. ſeqq. et Vaill. Numiſm. Conſ. Gent. Fab. VIII. — 4. Res nota de Fabiis ad Cremeram caeſis,

Ter centum memorabat avos, quos turbine Martis
Abſtulit una dies, cum Fors non aequa labori
Patricio Cremerae maculavit ſanguine ripas.
Huic comes aequato ſociavit munere curas
Poplicola, ingentis Voleſi Spartana propago.
Is, cultam referens inſigni nomine plebem,
Auſonios atavo ducebat conſule faſtus.
Hos ut depoſitis portum contingere velis
Allatum Hannibali, conſultaque ferre Senatus,
Iam medio ſeram bello poſcentia pacem,
Ductoriſque ſimul conceptas foedere poenas;

Ocius

4. *numerabat* Cod. Tel. 8. *Publicola* vulg. *Poplicola* eſt uſitatior ſcript. in marmoribus et nummis, qui tamen etiam ſubinde *Poblicola* exhibent. 10. *faſces* vulg. pro *faſtus* quod eſt in Oxon. et Putean. Codd.

Numerum extulit ut poeta, non ſequens ἀκρίβειαν hiſtoricam. Livius II, 50. *Fabii*, inquit, *caeſi ad unum omnes: 306 periiſſe ſatis convenit etc.* cf. Ovid. Faſt. II, 235. *Vna dies Fabios ad bellum miſerat omnes, Ad bellum miſſos abſtulit una dies.* Dionyſ. Hal. IX, 22. rem aliter narrat vid. interp. ad Flor. I, 12. Perizon. Ant. Hiſt. V. et infr. lib. III, 40. VI, 637. 5. *Fors non aequa labori*, fortuna non eos belli eventus largiens, quales labor, i. e. fortitudo Romanorum meruiſſet, itaque fors iniqua, iniuſta.

7. Huic collega legatus additus eſt Poplicola. De Voleſo certa res eſt, niſi quod et Voluſus ſcribitur. P. Valerium Voleſi filium memorat Liv. I, 58. et Dionyſ Hal. II, 46. unde diſcimus ſimul Valerium Voleſum e Sabinis ortum, qui quoniam e Lacedaemoniis originem ducebant, (cf. Dionyſ. II, 51. Plut. Rom. 15. ubi vid. not. Leopold.) *Spartanam propaginem* illum dixit poeta.

9. *cultam plebem ref. nom.* Poplicola olim dictus a populo colendo, δημοκηδής Dionyſ. et Plutarcho v. Liv. II, 8. et Duk. ad Flor. I, 9. p. 80. 10. *Auſonios faſtus duc.* in faſtis Romanis poſt avum conſul inſcriptus, ſ. in Annalibus Romanis illius nepos denominatus. Formulam hanc luculentius elatam vid. ap. Horat. Od. 17. lib. III. v. 4. 5.

13. *medio bello*, quia iam initium expugnationis factum erat. Ergo etiam *ſero* pax expetebatur. cf. v. 18. ſeqq. — 14. *conceptas foedere* meritas ex foedere rupto.

Ocius armatas paſſim per litora turmas
Oſtentare iubet minitantia ſigna, recenſque
Perfuſos clipeos, et tela rubentia caede.
Haud dictis nunc eſſe locum; ſtrepere omnia, clamat,
Tyrrhenae clangore tubae, gemituque cadentum.
Dum detur, relegant pontum, neu ſe addere clauſis
Feſtinent: notum, quid caede calentibus armis,
Quantum irae liceat; motuſve quid audeat enſis.
Sic ducis affatu per inhoſpita litora pulſi,
Converſo Tyrios petierunt remige Patres.
Hic alto Poenus fundentem vela carinam
Inceſſens dextra, Noſtrum, (pro Iupiter!) inquit,
Noſtrum ferre caput parat illa per aequora puppis.
Heu caecae mentes, tumefactaque corda ſecundis!
Armatum Hannibalem poenae petit impia tellus.
Ne depoſce, adero: dabitur tibi copia noſtri
Ante exſpectatum: portiſque ſociſque timebis,
Quae nunc externos defendis, Roma, Penates.
Tarpeios iterum ſcopulos praeruptaque ſaxa
Scandatis licet, et celſam migretis in arcem,
Nullo iam capti vitam penſabitis auro.
Incenſi dictis animi, et furor additus armis.

 Con-

17. *perfoſſos* et *pertuſos* Heinſii coniecerunt. 26. *Inſequitur, verbis acuens trepidantia caſtra.* Verſum ſpurium primus edidit Nicander in Iunt. eumque reliqui ſecuti ſunt. Noſtram lectionem ex MS. Colon. reſtituit Modius.

15. ſeqq. cf Liv. XXI, 9. — 19. *Tyrrhena tuba* ab inventore Tyrrheno, de quo plura infr. lib. V, 12.

23. *pulſi* repulſi. Vnde *litora inhoſpita*, quia ibi morari non poterant legati, repulſam ferentes. *converſo remige* pro verſa navi, eodem modo quo Virgil. A. XI, 713. *converſas habenas* pro equo dixit.

25. ſeqq. Hannibal diſcedentes nave Romanos acerbis dicteriis proſequitur. *Fundentem vela*, exquiſite pro, expanſa vela habentem. *Inſequens dextra*, geſtu minantis et cum ira increpitantis. Ad verſ. 35. vid. ſupr. I, 624.

36-38 Incitati milites dictis Hannibalis atrociorem oppugnationem inſtaurant. Hoc ſermo-

Conditur extemplo telorum nubibus aether,
Et denſa reſonant ſaxorum grandine turres.
Ardor agit, provecta queat dum cernere muros,
Inque oculis profugae Martem exercere carinae.
Ipſe autem incenſas promiſſa piacula turmas
Flagitat, inſignis nudato vulnere, ductor:
Ac repetens queſtus furibundo perſonat ore:
Poſcimur, o ſocii: Fabiuſque e puppe catenas
Oſtentat, dominique vocat nos ira Senatus.
Si taedet coepti, culpandave movimus arma,
Auſoniam ponto propere revocate carinam.
Nil moror: evincta lacerandum tradite dextra.
Nam

48. *en vincta* vulg. unde Cortius legendum ſtatuit *et vincta*. Cod. Colon. *evincta*.

ſermone poetico enunciatur. Similem ornatum vid. Virgil. A. XII, 284. et X, 803. ſeqq. v. infr. lib. IV, 621.

39. 40. Explicuit verſus Drakenborchius: Ardor milites incitat bellum exercere, et Saguntum oppugnare in conſpectu profugae carinae Romanorum, et dum ea provecta in mare urbis muros adhuc cernere queat. *Ardor agit*, formula Virgiliana Aen. VII, 393.

41. ſeqq. Ficta a Silio oratio Hannibalis, callida quadam ironia ſe ipſum foederis rupti piaculum Romanis offerentis, atque ita, nudato inſuper vulnere, quod nuper acceperat, milites ad odium Romanorum, ſuique commiſerationem incitaturi. Nititur ea oratio ipſis Hannibalis verbis, verſ. 29. 30. quibus diſcedentes legatos Rom. proſequebatur: *Hannibalem poenae petit impia tellus: Ne depoſce, adero: dabitur tibi copia noſtri.* Ergo *promiſſa piacula* nunc non ſunt, ut omnes fere interpretes Marſi auctoritate exiſtimabant, ultio vulneris illati a Saguntinis, (quam nullibi nec poſtulaverat Hannibal, nec milites promiſerant) ſed potius piacula, ſ. poena Romanis ab ipſo Hannibale promiſſa. Iam *piacula milites flagitat*, dum poſtulat a militibus, ut id promiſſum ipſi exſequantur, ſeque Romanis, ut hi volebant, tradant, quo pertinent verba ſequentia verſ. 47. 48. *Auſoniam ponto propere revocate carinam. Nil moror: evincta lacerandum tradite dextra.* Vt igitur milites acrius ſentiant ini-

Nam cur, Eoi deductus origine Beli,
Tot Libyae populis, tot circumfusus Hiberis,
Servitium perferre negem? Rhoeteïus immo
Imperet aeternum, et populis seclisque propaget
Regna ferox: nos iussa virûm nutusque tremamus.
Effundunt gemitus, atque omina tristia vertunt
In stirpem Aeneadum, ac stimulant clamoribus iras.
Discinctos inter Libyas, populosque bilingues
Marmaricis audax in bella Oenotria signis
Venerat Asbyte, proles Garamantis Hiarbae.
Hammone hic genitus, Phorcynidos antra Medusae

52. *aeternum imperet, et* Colon. Vnde iam N. Heinf. coniiciebat *aeternum imperitet*, quod recepit Lefeb. 53. *Signa* vulg. quod servavit Lefeb. *Regna* ex Col. Modius reposuit.

iniquitatem Hannibalis hostibus tradendi, irasque maiores adversus Romanos concipiant (v. 54. 55.), his veluti τέχναις utitur, vulnus ostentans, virtutis suae documentum, et Romanos victores appellans. — 46. *Si taedet coepti*, belli, obsidionis. 49. *Beli Eoi*, Assyrii. v. supr. lib. I, 73. — 54. *omina tristia vertunt* Romanis imprecantur contraria eorum, quae Hannibal dixerat.

56. seqq. Poeta noster cum ad carmen scribendum eo animo accessisset, ut quicquid ornatus, episodiorum, scenarumve insignium in Virgilio suo maxime emineret, id imitatione qualicunque exprimeret, ad exemplum Camillae, quam Virgilius Aen. VII, 803. seqq. ad copias Turni accessisse narrabat, *Asbyten* quandam reginam ex tractu Marmarico Libyae Hannibali opem laturam venisse finxit. Nomen videtur ductum ab Asbytis Africae populis, quos inter Nasamones et Macas nominat Plin. V, 5. Iam singula videamus. — *Discinctos Libyas* dicit ut Virgil. A. VIII, 724. *discinctos Afros* a veste laxa et fluente, mollitiei indice, auctore Heynio ad h. l. *bilingues* fallaces, itidem secutus Virgil. A. I, 661. —

58. De *Hiarba* vid. sup. I, 414. — 59. seqq. imperium Hiarbae describitur. — *Phorc. Medusae antra.* His poetae extremas partes Libyae ad Occidentem designarunt, quamvis variis in regionibus Gorgones, filias Phorcynos, quarum una Medusa erat, collocabant. Ita Lucanus IX, 608. seqq. *finibus extremis Libyes* — *squallebant*

Cinyphiumque Macen, et iniquo e sole calentes
Battiadas late imperio sceptrisque regebat:
Cui patrius Nasamon, aeternumque arida Barce,
Cui nemora Autololum, atque infidae litora Syrtis
Parebant, nullaque levis Gaetulus habena.
Atque is fundarat thalamos Tritonide nympha:
Vnde genus, proavumque Iovem regina ferebat;
Et sua fatidico repetebat nomina luco.
Haec ignara viri, vacuoque assueta cubili,
Venatu et silvis primos defenderat annos:
Non calathis mollita manus, operatave fuso,
Dictyn-

69. *assueverat* vulg. *defenderat* MS. Colon. et Putean. cum vett. editt. et Oxon. Cod. Burmanno videbatur scribendum *impenderat*, expeditius verbum quam quod Leeb. edidit *dependerat*, coll. simili loco Lucan. X, 80. Sed vid. nott.

lebant late Phorcynidos antra Medusae. Forte Mauretaniam notavit Silius, qui et infr. lib. X, 174. alludens ad illum Phorcyn: *iacet ingens Phorcys, ab antris Herculeae Calpes.* cf. Heyn. ad Apollod. II, 4. 2. p. 295 et Theog. Hesiod. 143. — 60. Sequuntur alii populi Libyae interioris, *Cinyphii Macae*, *Battiadae* h. e. Cyrenaici, a Batto conditore Cyrenes. vid. infr. lib. III, 253. *Sol iniquus*, nimius, ut Virgil. A. VII, 227. *plagam solis iniqui*, zonae torridae dixit.

62. *Nasamones* prope Syrtem maiorem, gens praedatrix. v. infr. lib. III, 320. et Lucan. IX, 439. — *Barce* urbs Cyrenaicae, portum ad mare Syrticum habens. *aeternum arida*, raritate aquae. Vnde Virgil. A. IV, 42. *Deserta siti regio longeque furentes Barcaei.*

63. *Autololes* pop. Getuliae. *infidae S.* periculosae navigantibus. *Gaetulus nulla levis habena*, habenis non utentes. v. supr. lib. I, 215. et lib. III, 293. — 65. *fundarat thalamos*, exquisite pro, uxorem duxit Tritonidem nympham, hoc est, Libycam, a Tritone fluvio, vel Tritonidis palude, de qua vid. lib. III, 322. Virgil. IV, 198. *Garamantidem Nympham* vocat.

68. *defenderat pr. annos*, tuita est virginitatem suam. Venatione occupata nunquam de connubio et viris cogitavit. — 70. e Virgilio translata, qui de Camilla: *non illa colo calathisque Minervae femineas adsueta manus.*

Dictynnam, et saltus, et anhelum impellere planta
Cornipedem, ac stravisse feras immitis amabat.
Quales Threïciae Rhodopen Pangaeaque lustrant
Saxosis nemora alta iugis, cursuque fatigant
Hebrum innupta manus. Spreti Ciconesque, Getaeque,
Et Rhesi domus, et lunatis Bistones armis.
Ergo habitu insignis patrio, religata fluentem

73. Asbytis cum Amazonibus comparatio e Virgil. A. XI, 659. seqq. *Threiciae* Amazones, pro Scythicis vel Sarmaticis, ut docuit Heynius ad Virg. l. l. — *Rhodopen, Pangaeaque nem.* montes Thraciae. cf. Virgil. Georg. IV, 461. seqq. — 74. *Cursu fatigant Hebrum.* Non puto de flumine glacie obducto cogitandum esse, ut fere in Virgiliana formula *flumina pulsant*, quam expressit Claudian. R. Pros. II, 66. *rigentem Tanaim fregere securi.* Nec omisisset profecto Silius ornatus, quibus glaciem fluminis indicaret. Ergo existimo velocitatem equitandi vel currendi designari, qualem expressit Virgil. A. I, 316. 17. *Qualis equos Threissa fatigat Harpalyce, volucremque fuga praevertitur Hebrum*, hoc est, currendo superat velocem cursum Hebri Lucem loco affundet ipse Sil. lib. III, 306. ubi velocitatem Avtololum describens, ait: *levibus gens ignea plantis, Cui sonipes cursu, cui cesserit incitus amnis, tanta fuga est.* — 75. *Spreti Cicones* etc. Nominativus absolutus, pro, spretis Ciconibus etc. Vocaverat enim Amazones innuptam manum, quae spernerent, et fugerent congressum virorum Thracum. Iustin. II, 4. qui est classicus locus de Amazonibus: *cum contemtu virorum se tuentur.* ἀμαζόνας ἀντιανείρας Homer. Il. γ. 189. ζ. 186. *Rhesi domus*, pro, Thraces. Fuit is rex Thraciae, de quo v. Hom. Il. κ. 433. seqq. 470. seqq. Vnde Virgil. Georg. IV, 462. *Rhesi Mavortiam tellurem* appellavit, ubi vid. Heyn. — *Bistones lunatis armis*, peltis, lunae corniculatae formam referentibus. Quint. Calabr. I, 146. ἀσπὶς ἀλίγκιος ἄντυγι μήνης etc. cf. Virgil. Aen. I, 490. XI, 663.

77. seqq. Habitus et cultus Asbytis describitur. Crinem religatam habebat *Hesperidum dono* fascia aurea, reticulo aureo, ab Hesperidibus accepto. Poetam puto cogitasse de aureis pomis in hortis Hesperidum crescentibus, qui cum siti essent in finibus Mauretaniae, obvia fictionis illius occasio

Heſperidum dono crinem, dextrumque feroci
Nuda latus Marti, ac fulgentem tegmine laevam
Thermodontiaca munita in proelia pelta,
Fumantem rapidis quatiebat curſibus axem.
Pars comitum biiugo curru, pars cetera dorſo
Fertur equi; nec non Veneris iam foedera paſſae
Reginam cingunt: ſed virgine denſior ala eſt.
Ipſa autem, gregibus per longa mapalia lectos,
Ante aciem oſtentabat equos: tumuloque propinquo,
Dum ſequitur gyris campum, vibrata per auras
Spicula contorquens ſumma ponebat in arce.
Hanc, haſta toties intrantem moenia, Mopſus

Non

78. *crinem nodo* Lefeb. quod iam Heinſii coniecerant. 79. *fulgenti tegmine laevum* vulg. Noſtram exhibet Cod. Colon. 86. *propinquum* Lefeb. ut iam olim viro docto cuidam placuiſſe adnotavit Drakenb.

occaſio fuit, inprimis Silio, qui his alluſionibus e longinquo repetitis delectatur. v. Lucan. IX, 360. *nuda Marti*, ut eo acrius et commodius arma tractare poſſet, nudatum habebat, *dextrum latus* pectoris, dextrum humerum, contra morem quidem Amazonum, quibus laeva papilla nuda erat. 80. *Thermod. pelta* Amazonica, a fluvio Ponti, quem accolebant Amazones. v. Petit. de Amazon. Cap 25. et 26. cf. infr. lib. VIII, 431. Virg. A. XI, 659. Sic *Thermodontiacam bipennem* Ovidius dixit Met. XII, 611. ubi v. Gierig. 81. *fumantem* ex rapido curſu fervidum, ut fit. Virgil. Georg III, 107. *volat vi fervidus axis*. 83. Adſunt etiam in cohorte mulieres nonnullae *Veneris f. paſſae*, nuptae. 85. *gregibus* — *lectos* electos, maxime egregios equos in conſpectu Saguntinorum collocabat. *Mapalia* tuguria, caſae paſtorum, quae Mauris inprimis tribuit Silius infr. lib. XVII, 89. 90. cf. Virg. Georg. III, 340. — 87. *dum ſequitur gyris campum*, exquiſite pro, dum tumulum propinquum arcis Sagunt. circumequitat, unde efficiuntur *gyri*. *Campum ſequitur*, qui in ipſo campo progreditur, eumque emetitur. Ita Virgil. A. II, 737. *avia curſu ſequi*, et V, 629. *Italiam ſequimur fugientem*.

89. ſeqq. Sequitur epiſodium de Mopſo eiusque filiis caeſis. *Haſta intrantem* Asbyten haſtas ad moenia iaculantem.

Non tulit, et celſis ſenior Gortynia muris
Tela ſonante fugat nervo, liquidaſque per auras
Dirigit aligero letalia vulnera ferro.
Cres erat, aeriſonis Curetum advectus ab antris,
Dictaeos agitare puer levioribus annis
Pennata ſaltus aſſuetus arundine Mopſus.
Ille vagam coelo diviſit ſaepe volucrem;
Ille procul campo linquentem retia cervum

Vulnere

92. *deligit* Colon. Hinc colligebat Drak. ſcriptum fuiſſe *derigit*, quod et deinde edidit Lefeb. 94. *lev. armis* coniiciebat N. Heinſ. et probabat Drakenb. quia illae voce ſaepe confundi ſoleant. 96. *diviſit* ex ed. Rom. et Mediol. *demiſit* Colon, et ed. Pariſ. Henrici Petri, quod expreſſit Lefeb. *dimiſit* Cod. Putean. cum Parm. N. Heinſ. coni. *deiecit*, Burmannus *defixit*.

tem. 90. *Gortynia tela*, ornans epitheton, a praeſtantiore genere Cretenſium, et quia ipſe Mopſus Cretenſis erat. Ornatus in omni epiſodio quaeſitos ſtudio, et luxuriantes agnoſcimus. 92. *dirigit vulnera ferro*, proprie, ferrum dirigit ad vulnera infligenda. Mutuata formula e Virgil. A. X, 140. cf. Virg. XI, 654. ubi ſimpliciter *ſpicula dirigere*. — *aligero*, ſagitta, gr. πτεροεὶς. Mox *pennatam harundinem* dixit. 93-105. narratur, quomodo Mopſus ex Creta Saguntum venerit. Cretam Mopſi patriam, ut poeta deſignat *Curetum antris*, h. e. antro Dictaeo, in quo illi, Cybeles ſacerdotes, Iovem abdiderant, eiusque vagitum cymbalorum ſonitu celarant. Hinc *aeriſona* antra. Valer. Fl. III, 28. *aeriſonum montem* dixit. Fabula nota eſt ex Callimach. Hym. in Iov. 46. ſeqq — 94. *agitare ſaltus* de venatoribus nota formula poetica. Frequentior eſt *feras ſilvis agitare* apud ipſum Silium, et Virgil. A. XI, 686.

96-100. Mopſi ſumma dexteritas ſagittandi deſcribitur tribus exemplis, quorum duo priora τὴν εὐςοχίαν, poſterius impetum emiſſae ſagittae declarat. *vagam diviſit* volantem medium transfixit. Res in miraculum fere aucta a poeta in his luxuriante. Decentiorem ornatum adhibuit in ſimili re Virgil. A. V, 515. 16. Propius Siliana accedunt ad Homer. Il. ψ. 875. ubi de Merione columbam configente: Τὴν ῥ' ὅγε δινεύουσαν ὑπὸ πτέρυγος βάλε μέσσην, Ἀντικρὺ δὲ διῆλθε βέλος. — cf. Ovid. Met. XII, 565. 66.

Vulnere ſiſtebat: rueretque inopina ſub ictu
Ante fera incauto, quam ſibila poneret arcus.
Nec ſe tum pharetra iactavit iuſtius ulla,
Eois quanquam certet Gortyna ſagittis.
Verum ut, opum levior, venatu extendere vitam
Abnuit, atque artae res exegere per aequor,
Coniuge cum Meroe natiſque inglorius hoſpes
Intrarat miſeram, fato ducente, Saguntum.
Coryti fratrum ex humeris, calamique paterni
Pendebant, volucerque chalybs, Minoia tela.
Hic, medius iuvenum, Maſſylae gentis in agmen
Crebra Cydoneo fundebat ſpicula cornu.
Iam Garamum, audacemque Thyrum, pariterque ruentes

Giſgo-

98. *rueratque* coni. N. Heinſ. 99. *incautus arcus* ed. Lefeb. ex ambiguis veſtigiis Rom. 2. — 104. *Merone* Lefeb. 110. *Garamum* ex MS. et ed. Mediol. *Granium* Parm. *Gravium* vulg.

98. *vulnere ſiſtebat* telo proſtravit. Mox *ictum incautum* pro repentino, non praeviſo, qui caveri non poterat. Exempla multa ſimilia attulit Drakenborchius. Caeterum documentum eſt illud ſagittae velociſſimae, ex qua cervus prius corruit, quam *ſibila poſuit arcus*, hoc eſt, priusquam nervi ſonitus deſinit. 100. 101. Verſus otioſi, quos nemo deſideraverit poſt illa ſuperiora. Senſus eſt: quamvis ſagittarii Cretenſes (Gortyna) antecellant Afros (Eois ſag.), tamen nemo Cretenſis hunc Mopſum arte ſagittandi ſuperaverit.

102-105. Inopia coactus Saguntum cum familia ſua ſe contulit. *Artae res*, anguſta res familiaris, unde dictus *opum levior*, eum *exegere per aeq.* coegerunt patriam relinquere. — 106. *Coryti*, pharetrae, γωρυτος, ut Hom. Il. Φ. 54. Virgil. A. X, 169. et ibi Heyn. — *calami*, qui et arundines, ſagittae. *Fratres* dicit geminos natos Mopſi, Dorylam et Icarum, qui infra nominantur. 107. *Minoia t.* Cretenſia, a Minoe, qui olim ibi regnavit, ut mox *Cydoneus* ab urbe Cret. Cydonia.

110-13. Omnes Afri, vel Maſſylae gentis homines. Bagam dicit *levem* nempe annis, admodum iuvenem, ut ſupra

Mopſum

Giſgonem, levemque Bagam, indignumque ſagittae,
Impubem malas, tam certae occurrere Lyxum
Fuderat, et plena tractabat bella pharetra.
Tum, vultum intendens telumque in virginis ora,
Deſertum non grata Iovem per vota vocabat.
Namque ut fatiferos converti proſpicit arcus,
Oppoſito procul inſidiis Naſamonias Harpe
Corpore, praeripuit letum, calamumque volantem,
Dum clamat, patulo excipiens tramiſit hiatu:
Et primae ferrum a tergo videre ſorores.
At comitis frendens caſu labentia virgo
Membra levat, parvaque oculos iam luce natantes
Irrorat lacrimis, totiſque anniſa doloris
Viri-

111. *laevumque* ed. Mediol. 120. *En, primae* etc. Leſ. 121. *caſum* vulg. edidit Lefeb. *caſu* ex Colon. et Putean.

Mopſum puerum *levioribus annis*. Quae de Lyxo dicuntur, nimis arguta mihi videntur. Senſus eſt: interfecit etiam Lyxum impubem, adeoque indignum, qui ſagitta tam certa, tantaque cum arte emiſſa feriretur. Meruiſſet ſcilicet talis ſagitta, alium grandiorem natu et fortiorem virum proſternere.

114. *virginis* Asbytae. *Iovem per vota vocabat*, invocabat votis. Formula Virgiliana, de qua vid. Heyn. ad Aen. V, 234. Vota *non grata* erant Iovi, quia e Creta, Iovis patria, veluti transfuga, diſceſſerat Sic et infr. v. 141. Mopſus dolet ſe patrios penates reliquiſſe, quia eam ob rem in tam triſtes caſus incidiſſet.

116. *converti* dirigi in Asbyten reginam. *Naſamonias Harpe*, una ex comitibus Asbytes Idem nomen virginis bellatricis Valer. Flacc. VI, 375. *praeripuit let.* corpore ſuo oppoſito telum in ſe recepit, ſe transfigi telo paſſa eſt.

122. *parva luce natantes oculos*, eleganter dixit languentes et palpitantes, maximam partem clauſos, ut fit in iis, qui in agone mortis verſantur. Ita Virgil. Georg. IV, 495. *lumina natantia*, ubi Heyn. attulit Lucretii locum III, 479. Et Ovid. Met. V, 71. *Iam moriens oculis ſub nocte natantibus atra.* cf. Stat. Theb. II, 638. Mox *doloris vires*, ſunt incitatae, et auctae ex dolore et ira. Ovid. Met. V, 32. *contortam viribus haſtam*

Viribus intorquet letalem in moenia cornum.
Illa volans humerum rapido tranſverberat ictu
Conantis Dorylae, iunctis iam cornibus arcus,
Et ducti ſpatium nervi complente ſagitta,
Excutere in ventos reſoluto pollice ferrum.
Tum ſubitum in vulnus praeceps devolvitur altis
Aggeribus muri: iuxtaque cadentia membra
Effuſi verſa calami fluxere pharetra.
Exclamat paribus frater vicinus in armis
Icarus, ulciſcique parat lacrimabile fatum:
Atque illum, raptim promentem in proelia telum,
Hannibal excuſſi praevertit turbine ſaxi.
Labuntur gelido torpentia frigore membra,
Deficienſque manus pharetrae ſua tela remiſit.
  At pater in gemino natorum funere Mopſus

Cor-

127. *educti* Colon. et Putean. cum ed. Mediol. quod Modio placebat. 131. *fulſere* vulg. ex Marſi ed. qui primus ita edidit. *fluxere* tres MSS. cum ed. Parm.

haſtam quantas ira dabat. XII, 532. et infr. Silius lib. V, 325. *niſu doloris.*

125-28. Asbyte haſta ferit Dorylam, dum conatur ſagittam ex arcu emittere. Ergo in ſequentibus omnis ſagittandi actus, ex artis ritu, exprimitur. Primum *iunguntur cornua arcus*, cum adducitur nervus; in quo imitatus eſt noſter Virgilium A. XI, 860. *Et duxit longe, donec curvata coirent inter ſe cornua*, ubi vid. Cerda. Deinde *ſagitta* nervo interpoſita, *complet ſpatium ducti nervi.* Denique *reſolvitur*, h. e. elevatur *pollex*, qui nervum tenebat, et ita *excutitur*, emittitur, avolat ſagitta.

129. *in vulnus devolvitur*, ſolennis formula de iis, qui vulnere accepto corruunt; Virgil. A. X, 488. *Corrupit in vulnus*, cui praeiverat Lucret. IV, 1042. *Namque omnes plerumque cadunt in vulnus.*

137. Actio bene verbis expreſſa. Dum Icarus ſagittas ex pharetra promit, in hoc ipſo momento ſaxo percutitur ab Hannibale, adeoque ex manu languente illae recidunt in pharetram.

138. ſeqq. Locus bene ornatus, et ad magnam miſerationem accommodate expreſſus.

Correptos arcus ter maeſta movit ab ira:
Ter cecidit dextra, et notas dolor abſtulit artes.
Poenitet heu! ſero dulces liquiſſe penates,
Arreptoque avide, quo concidis, Icare, ſaxo,
Poſtquam aevum ſenior percuſſaque pectora fruſtra
Sentit, et, ut tantos compeſcat morte dolores,
Nil opis in dextra, vaſtae ſe culmine turris
Praecipitem iacit, et delapſus pondere prono
Membra ſuper nati moribundos explicat artus.
  Dum cadit externo Gortynius advena bello,
Iam nova molitus ſtimulato milite Theron,
Alcidae templi cuſtos, araeque ſacerdos,
Non exſpectatum Tyriis effuderat agmen,
Et fera miſcebat reſerata proelia porta.
Atque illi non haſta manu, non vertice caſſis,

Sed,

ſus. Primae irae impetus Mopſo patri ſuadet, hoſtem aggredi filiorumque caedem ulciſci. At dolor vires aufert. Ergo ſe ex turre praecipitat. — 139. 40. Color orationis, quamvis in re diſſimili, translatus videtur ex Virgil. Aen. VI, 32. *Moeſta ira*, ut ex filiorum nece concepta. *notas artes* dexteritatem illam arcus tractandi, quae ſupr. 96. ſeqq. deſcripta eſt.

141. ſeqq. Apta nunc patriae cogitatio. Si in patria manſiſſem, filios non perdidiſſem. 143-45. poſtquam Mopſus ſentiebat, ſenectutem non ſatis virium reliquiſſe, ut ſaxo illo, quo Hannibal Icarum occidit, mortem ſibi inferret. Ita bene Drakenb. Sed illud abſonum videtur, quemquam, ut ſibi ipſe mortem conſciſcat, ſaxum adhibere. Ergo ad doloris perturbationem, et mortis accelerandae cupiditatem Mopſi conſilium referendum eſt.

148. ſeqq. Theron Herculis ſacerdos agmine ex urbe educto hoſtes invadit, et caedibus variis factis, ab Hannibale caeditur. Mirum epiſodium, cuius fictionem adiuvare certe poterant exempla Ciſſeae et Gigantis, clavigerorum, ap. Virgil. A. X, 317. et Ereuthalionis ap. Homer. Il. η. 136. ſeqq. Caeterum Theronis nomen etiam memoratum Virgilio l. l. verſ. 312. Inter Thebanos terrigenas occurrit ap. Stat. Theb. II, 572. Denique habet Claud. de laud. Stil. 250. — 151. *effude-*

Sed, fisus latis humeris et mole iuventae,
Agmina vastabat clava, nihil indigus ensis.
Exuviae capiti impositae, tegimenque leonis,
Terribilem attollunt excelso vertice rictum.
Centum angues idem Lernaeaque monstra gerebat
In clipeo, et sectis geminam serpentibus hydram.
Ille Iubam, Thapsumque patrem, clarumque Micipsam
Nomine avi, Maurumque Sacen, a moenibus actos,
Palantesque fuga, praeceps ad litora cursu
Egerat, atque una spumabant aequora dextra.
Nec contentus Idi leto, letoque Cothonis,
Marmaridae nec caede Rothi, nec caede Iugurthae;
Asbytes currum et radiantis tegmina laenae
Poscebat votis, gemmataque lumina peltae,

Atque

158. *idem caelatum insigne gerebat* vulg. Lectionem nostram ex MStis et libris priscis viri docti restituerunt. Integer versus deest in ed. Mediol. 159. *exsectis* Lefeb. ex ed. Benessae. 160. *patris* Lef. 164. *Cothonis Marmaridae* iungit idem. 166. *laevae* vulg. *laenae* Colon. Put. Oxon. et ed. Mediol.

fuderat pro vulg. eduxerat ex urbe. 153-55. Versus expressi ex Homerico l. l. οὐ τόξοισι μαχέσκετο, δουρί τε μακρῷ, ἀλλὰ σιδηρείῃ κορύνῃ ῥηγνύσκε Φαλάγγας.

158. Hydram Lernaeam centum serpentibus septam in clypeo sculptam habebat. Praeivit exemplum clipei Aventini ap. Virgil. A. VII, 658. *clipeoque insigne paternum Centum angues, cinctamque gerit serpentibus hydram:* ubi vid. quae Heynius notat de generosa incuria poetae, hydram nunc centum, nunc quinquaginta capitibus horrendam exhibentes, ut Aen. VI, 576.

163. *una spumabant aequora dextra.* Duae explicationes locum habent. Primum quia Theron hostes nominatos ad litora egisse dicitur, non absonum foret illos cogitare in mare deturbatos impetu Theronis. Deinde *aequora*, hoc est, campus, dici potuit *spumare* ex sanguine illorum ab Therone caesorum.

166-68. *Laena radians* haud dubie est splendens auro intertexto. *Fulgentem tegmine laevam* supra dixerat vers. 79. *Stellantia tegmina* dixit Val. Fl. III, 98. *Gemmata lumina peltae* peltam gemmis ornatam. Sic infr. 211.

umbo

Atque in belligera verſabat virgine mentem.
Quem ruere ut telo vidit regina cruento,
Obliquos detorquet equos, laevumque per orbem
Fallaci gyro campum ſecat, ac velut ales
Averſo rapitur ſinuata per aequora curru.
Dumque ea ſe ex oculis aufert, atque ocior Euro
Incita pulveream campo trahit ungula nubem,
Adverſum late ſtridens rota proterit agmen,
Ingerit et crebras virgo trepidantibus haſtas.
Hic cecidere Lycus, Thamyriſque, et nobile nomen
Eurydamas, clari deductum ſtirpe parentis:
Qui thalamos auſus quondam ſperare ſuperbos,
Heu demens! Ithacique torum: ſed enim arte pudica
Fallacis toties revoluto ſtamine telae
Deceptus, merſum pelago iactarat Vlixem.

Aſt

umbo aerati luminis. — *poſcebat votis,* ſibi praedam optabat, quod mox dicit: *verſabat mentem in b. v.*

170-72. Retro acto currù ad ſiniſtram aufugit. Haec ſermone poetico efferuntur. *Fallacem gyrum* dicit, quatenus eo modo fugam capeſſit, et Theronem fallit. *ſinuata* ornans epitheton, motum curius retro acti exprimens. Frequenter de ſerpentibus uſurpata vox, ut *ſinuoſus flexus* Virg. Georg. I, 244. *ſinuoſa volumina* Aen. XI, 753. cf. Aen. II, 208.

178. ſeqq. Eurydamas inter procos Penelopes appellatur Homero Odyſſ. XVIII, 290. et XXII, 283. Dausqueium et Heinſium nomen Eurydamantis in hoc loco male habuit, ſed levibus de cauſis, quarum nunc nullum momentum eſt. Gravius mihi videtur, quod verſu 183. iſte vetus Eurydamas Silio dicitur *loquax*, et *mortem* Vlyſſis *finxiſſe.* Imo vero id nullibi in Homero de Eurydamante, ſed potius de Eurymacho traditur. Is enim Odyſſ. II, 182. diſerte ait: *Vlyſſem periiſſe procul,* Ὀδυσσεὺς ὤλετο τῆλ'. ὡς καὶ σὺ καταφθίσθαι σὺν κείνῳ ὤφελες. Iam cum non ſit credibile lectionem bis depravatam fuiſſe, exiſtimo Silium memoria lapſum Eurydamantem pro Eurymacho poſuiſſe. Caedes Eurymachi v. Odyſſ. XXII, 81. ſeq. Procorum deſcriptio ſatis elegans verſ. 179. 80. De fallacia Penelopes ſub praetextu telae perficiendae procos ſpe lactantis, nota res eſt ex Hom. Odyſſ. II,

Ast Ithacus vero ficta pro morte loquacem
Affecit leto, taedaeque ad funera versae.
Gens extrema viri campis deletur Hiberis
Eurydamas Nomados dextra: superinstrepit ater,
Et servat cursum perfractis ossibus axis.
Iamque aderat remeans virgo, inter proelia postquam
Distringi Therona videt, saevámque bipennem
Perlibrans mediae fronti, spolium inde superbum
Herculeasque tibi exuvias, Dictynna, vovebat.
Nec segnis Theron tantae spe laudis, in ipsos
Adversus consurgit equos, villosaque fulvi
Ingerit obiectans trepidantibus ora leonis.
Attoniti terrore novo rictuque minaci
Quadrupedes, iactant resupino pondere currum.
Tum saltu Asbyten conántem linquere pugnas
Occupat, incussa gemina inter tempora clava;
Ferventesque rotas, turbataque frena pavore
Disiecto spargit collisa per ossa cerebro:
Ac rapta properans caedem ostentare bipenni,
Amputat e curru revolutae virginis ora.
Necdum irae positae. Celsa nam figitur hasta
Spectandum caput. Id gestent ante agmina Poenûm,
Imperat, et propere currus ad moenia vertant.
Haec

186. *acer* Lef. 189. *destringi* Lefeb.

II, 94. — 182. *mersum pel. iact. Vlyxen*, naufragio periisse Vlyssem mendax iactaverat. 184 *taedae* nuptiae Penelopis, quas sperabat. v. interp. ad Virgil. Aen. IV, 339. et Lucan X, 373. — 185. Huius Eurydamantis Homerici extrema progenies (*gens extrema*) erat hic Eurydamas a *Nomade* Asbyte interfectus. 186. *ater axis* sanguine respersus ex hostibus conculcatis. v. supr. lib. I, 419. et infr. V, 154.

189. *Distringi* occupari pugnando. 190. *perlibrans* vibrans, alte extollens ad ictum fortiorem.

192. seqq. Pugna Theronis cum Asbyte describitur. *Consurgit in equos* currui Asbytis iunctos. *Attoniti*, consternati insolita specie exuviarum leonis. Mox *turbata frena pavore* audacter pro, equos con-

Haec caecus fati, Divûmque abeunte favore,
Vicino Theron edebat proelia leto.
Namque aderat toto ore ferens iramque, minasque
Hannibal, et caesam Asbyten, fixique tropaeum
Infandum capitis, furiata mente dolebat.
Ac simul aerati radiavit luminis umbo,
Et concussa procul membris velocibus arma
Letiferum intonuere, fugam perculsa repente
Ad muros trepido convertunt agmina cursu.
Sicut agit levibus per sera crepuscula pennis
E pastu volucres ad nota cubilia vesper:
Aut, ubi Cecropius formidine nubis aquosae
Sparsa super flores examina tollit Hymettos,
Ad dulces ceras et odori corticis antra
Mellis apes gravidae properant, densoque volatu
Raucum connexae glomerant ad limina murmur.
Praecipitat metus attonitos, caecique feruntur.
Heu blandum coeli lumen! Tantone cavetur
Mors reditura metu, nascentique addita fata?

 Con-

206. *ferus fati* Rom. 2. *caecus fato* Coll. Tell. 208. *irasque* Lefeb. cum vulg. *iramque* Col. cum Oxon. 224. *fato* Lefeb.

conturbatos. 206. *caecus fati* propinquae mortis suae ignarus. 211. *aerati lum. umbo*, clipeus aeneus Hannibalis. v. ad vers. 167.

215. seqq. Trepida fuga Saguntinorum Hannibale conspecto perterritorum, duplici comparatione declaratur. *Volucres vesper agit* poetice pro, vespere ingruente avolant. 217. *Cecrop. tollit Hym.* proprie apes se tollunt ex Hymetto monte, *Cecropio* i. e. Attico. Vnde *Cecropiae apes* Virgil. Ge. IV, 177. — *odori corticis antra* cellas alvearium. v. Virgil. l. l. 33. — Versus 220. 21. adumbrati e Virgil. Ge. IV, 251. coll. Aen. VII, 64. *apes densae*, ἀδιναί Homer. Il. β, 87.

223. 24. Ornate elatum epiphonema poetae, nimium vitae amorem, vanumque consilium hominum, mortem metu et fuga cavendi, increpantis. *Coeli lumen* pro aura, quam spiramus, Virgilio etiam dictum, *lumen coeli spirabile*

Consilium damnant; portaque atque aggere tuto
Erupisse gemunt; retinet vix agmina Theron:
Interdumque manu, interdum clamore minisque:
State, viri: meus ille hostis: mihi gloria magnae,
State, venit pugnae. Muro tectisque Sagunti
Hac abigam Poenos dextra: spectacula tantum
Ferte, viri: vel, si cunctos metus acer in urbem,
Heu deforme! rapit, soli mihi claudite portas.
At Poenus rapido praeceps ad moenia cursu,
Dum pavitant trepidi rerum, fessique salutis,
Tendebat: stat primam urbem, murosque patentes,
Postposita caede et dilata, invadere, pugna.
Id postquam Herculeae custos videt impiger arae,
Emicat, et velox formidine praevenit hostem.
Gliscit Elissaeo violentior ira tyranno.
Tu solve interea nobis, bone ianitor urbis,
Sup-

225. *Auxilium clamant, portis atque a. t.* vulg. lectio. Nostra est ex MSS. Colon. Put. Oxon. et ed. Mediol. 231. *Este, viri.* vulg. pro *ferte* ex Colon. 235. *primum* vulg. et ed. Basil. H. Petri. *primam* MSS. et ed. Rom. Parm. Mediol.

bile Aen. III, 600. et *lumen iucundum coeli* VI, 363. *Mors reditura*, exquisitius quam *futura*, quia metu et fuga non retardatur. Mox *fata nascenti addita* de morte semper instante hominibus. Eam sententiam passim poetae variarunt. Sil. infr. lib. III, 135. *Extremum diem primus tulit.* Manil. IV, 16. *Nascentes morimur, finisque ab origine pendet.* 225. *Consilium* milites *damnant*, nimirum quod ex urbe se adversus hostes eduxerit Theron. *Vix retinet agmina*, quin moenia urbis repetant fuga.

228. seqq. *meus hostis*, a me vincetur. 230. *spectac. ferte*, spectatores modo estote pugnae meae. cf. inf. lib. V, 636. seqq.

233-36. Hannibal, neglecto Therone, constituerat ante omnia urbem patentem invadere. *stat*, pro, constituit; Pleniores poetarum formulae sunt, *stat sententia*, *sedet hoc animo*. Virgil. Aen. II, 660. IV, 15.

237. 38. Theron ad urbis portas festinans praevenit Hannibalem. *Custos arae* minister, sacerdos. v. Serv. ad Virgil. Aen. VIII, 270.

240. *bone ianitor urbis*, amara irrisio, quoniam ad portam

Supplicium, ut pandas, inquit, tua moenia leto.
Nec plura effari ſinit ira: rotatque coruſcum
Mucronem: ſed contortum prior impete vaſto
Daunius huic robur iuvenis iacit: arma fragore
Icta gravi raucum gemuere, alteque reſultant
Aere illiſa cavo nodoſae pondera clavae.
At viduus teli, et fruſtrato proditus ictu,
Pernici velox curſu rapit incita membra,
Et celeri fugiens perluſtrat moenia planta.
Inſtat atrox terga increpitans fugientia victor.
Conclamant matres, celſoque e culmine muri
Lamentis vox mixta ſonat: nunc nomine noto
Appellant, ſeras feſſo nunc pandere portas
Poſſe volunt: quatit hortantum praecordia terror,
Ne ſimul accipiant ingentem moenibus hoſtem.
  Incutit umbonem feſſo, aſſultatque ruenti
Poenus, et oſtentans ſpectantem e moenibus urbem,
I, miſeram Asbyten leto ſolare propinquo.

 Haec

246. *pondere* vulg. 247. *fruſtrato* omiſſo *et* Leſeb. 257. *obteſtans* vulg.

tam conſiſtebat Theron. Nam in voce *bonus*, ſi iuſta declamatio accederet, ironiam veteres exprimebant. v. Virgil. A. XI, 344. et infr. lib. VIII, 271. XI, 569. interprett. ad Stat. Theb. II, 460. — 244. *robur* clavam, quam mox dicit *nodoſae pondera clavae*. Virgil. A. VIII, 220. *nodis gravatum robur*. cf. Val. Flacc. II, 534. 248. 49. Nihil his verſibus luxurioſius fingi poteſt. Notionem unam *fugae* operoſo cum delectu in ſingulis verbis expreſſit. Hoc ſcilicet eſt cum arte ludere.

250. ſeqq. Locus haud dubie adumbratus e Virgil. A. XI, 877. ſeqq. ubi in ſimili pugna ad portas caſtrorum, *e ſpeculis percuſſae pectora matres Femineum clamorem ad coeli ſidera tollunt.* — 253-55. Optant ſe poſſe Theroni feſſo portas pandere, ſed ſerius id optant, quoniam inſtant hoſtes, quos ſimul penetraturos in urbem timebant. cf. Virgil. l. l. verſ. 884. 85. ubi omnia ſimilia ſunt.

257. *ſpect. e moenibus urbem*, audacter pro, Saguntinos ex moenibus caedem Theronis ſpectan-

Haec dicens, iugulo optantis dimittere vitam
Infestum condit mucronem; ac regia laetus
Quadrupedes spolia abreptos a moenibus ipsis,
Quis aditum portae trepidantum sepserat agmen,
Victor agit, curruque volat per ovantia castra.
At Nomadum furibunda cohors miserabile humandi
Deproperat munus, tumulique adiungit honorem,
Et rapto cineres ter circum corpore lustrat.
Hinc letale viri robur, tegimenque tremendum
In flammas iaciunt: ambustoque ore genisque,
Deforme alitibus liquere cadaver Hiberis.
Poenorum interea quis rerum summa potestas,
Consultant bello super, et quae dicta ferantur
Ausoniae a populis: oratorumque minaci
Adventu trepidant. Movet hinc foedusque, fidesque,
Et testes Superi, iurataque pacta parentum:
Hinc popularis amor coeptantis magna iuventae:
Et sperare iuvat belli meliora. Sed, olim

Ducto-

266. *lustrant* ed. Rom. Parm. Mediol. 273. *monet* vulg. et Cod. 1 eil. 275. *captantis* vulg. recepit Lefeb.

spectantes. 258. *Asbyten solare leto.* Huius sententiae vim explicabit locus libr. XIII, 236. ubi dicitur *solamen optabile in armis, Hostem prostrato morientem ostendere amico.* Sed cum iam caesa esset Asbyte, nunc *solari* eleganter dictum, pro expiare, luere caedem Asb.

264. seqq. Nomades, quos duxerat Asbyte, rogo exstructo, reginae exequias celebrant. *Tumuli adi. hon.* tumulum faciunt. *Honoris* solenne in talibus vocab. vid. inprimis Virgil. A. V, 58. X, 493. — 266. Corpore Theronis ter circum rogum lato cineres Asb. lustrant; expiandi inprimis causa, ut notum est. Sic Achilles corpus Hectoris ter circa Patrocli sepulcrum raptaverat Hom. Il. *ω*, 16. — 267. *let. robur* clavam Theronis.

270. seqq. Legati Romani cum Carthaginem advenissent, Senatus Carthag. de bello consilia init. — 273-75. hinc foederum sanctitas, hinc studium gratificandi Hannibalis coeptis (*amor coept. magna iuven-*

Doctorem infestans odiis gentilibus, Hannon
Sic adeo increpitat studia incautumque favorem:
Cuncta quidem, Patres, (neque enim cohibere minantum
Irae se valuere) premunt formidine vocem.
Haud tamen abstiterim, mortem licet arma propinquent.
Testabor Superos, et coelo nota relinquam,
Quae postrema salus rerum patriaeque reposcit.
Nec nunc obsessa demum et fumante Sagunto
Haec serus vates Hannon canit: anxia rupi
Pectora, ne castris innutriretur et armis
Exitiale caput monui, et, dum vita, monebo,
Ingenitum noscens virus, flatusque paternos.
Vt, qui stelligero speculatur sidera coelo,

279. *Cuncti equidem* Lefeb. Idem olim Heinsius et Dausq. coniecerant.

ventae) ambiguam deliberationem reddit.

277. 78. Hanno, *infestans d. o. g.* paterna inimicitia infestus Hannibali (cf. Liv. XXI, 10.) contradicit iis, qui Hannibali, hoc est, bello continuando, favebant. *Studia et inc. favorem* supr. vers. 275. dixerat *amorem coeptantis magna iuventae.*

279. seqq. Initium loci ad imitationem Virgil. A. XI, 344. seqq. factum, iam notavit Drakenb. sed et omnis Drancis cum Turno disputatio multa habet, quae ad Hannonis Gestarisque sermones poeta nunc traduxit. In ceteris sententiis secutus poeta narrationem Livii l. c. ubi est longa Hannonis oratio ad Patres, studiose conferenda.

Versus 281. ad verbum paene e Virgil. l. l. expressus: *dicam equidem, licet arma mihi mortemque minetur.* 282. *coelo nota rel.* publice edicam, quae salus patriae postulat.

285. seqq. *anxia r. pect.* Iam ante obsessam Saguntum, animo gravi suspicione sollicito, admonui etc. Sic enim Hanno ap. Livium: *Per Deos foederum arbitros ac testes monuisse, praedixisse se, ne Amilcaris progeniem ad exercitum mitterent.* 288. *flatus p.* arrogantiam, superbiam, φύσημα gr. ut apud Virgil. l. l. πνοὰς etiam dixit Eurip. Phoen. 457. v. Burm. ad Val. Fl. III, 631. *Virus* ad ferociam et iracundiam inprimis pertinet. v. infr. lib. IX, 479. — Ad verss. 289-91.

Venturam pelagi rabiem, Caurique futura
Praedicit miseris haud vanus flamina nautis.
Consedit solio, rerumque invasit habenas.
Ergo armis foedus, fasque omne abrumpitur armis:
Oppida quassantur, longeque in moenia nostra
Aeneadum arrectae mentes, disiectaque pax est.
Exagitant Manes iuvenem furiaeque paternae,
Ac funesta sacra, et conversi foedere rupto
In caput infidum Superi, Massylaque vates.
Annuit. Ille novi caecus caligine regni
Externas arces quatit ut Tirynthia tecta,
Sic propria luat hoc poena, nec misceat urbis
Fata suis: nunc hoc, inquam, hoc in tempore muros
Oppu-

299. Pro *annuit* vulg. lect. *an nunc* Colon. unde *haud nunc ille* edidit Lefeb. *adnuite* coniecit vir doctus, ut Cortius ad marginem libri sui notaverat. Mox vers. seq. pro *ut* Lef. edidit *haud*, quia in Rom. 2. invenerat *aut*. Locus omnino nondum satis emaculatus, qui tamen sensu idoneo non caret. v. nott. 302. *nunc hoc, hoc, inquam, tempore* Colon.

91. cf. lib. I, 687. seqq. *pelagi rabiem*, procellas, χειμῶνα. v. Virgil. V, 802. Sic *coeli pelagique tumultum* Stat. Th. I, 372. Omnino autem insertam nunc comparationem moleste fero, et desidero iudicium poetae, qui orationem spiritus plenam, non debebat hoc suo ornatu, diluere et interrumpere. Et, si ab Hannone ipso comparationem adiectam persuadere nobis volebat poeta, multo etiam absurdius egerit. Nam talia, quae non nisi ornatui poetico serviunt, profecto non cogitat animus deliberans, et rerum suarum studio occupatus.

292. Ductor exercitus creatus est Hannibal. De *habenis* v. ad lib. I, 144. Ad verss. 295-98. cf. lib. I, 80. seqq. 299-303. *Annuit*. Hoc referendum est ad illa superiora: *exagitant Manes iuvenem* etc. hoc sensu: Sequitur Hannibal furorem, quo Manes paterni, funesta sacra, et ira Deorum eum exagitant. Sequentia ita intelligo: Quemadmodum Hannibal propria novi regni libidine motus Saguntum vexat, ita etiam fas est, ut eam libidinem propria poena luat, iniquum autem, ut *misceat urbis fata suis*, h. e. ut poenam, quam ipse meruit, in Carthaginem convertat. In verss. 302.

Oppugnat, Carthago, tuos, teque obsidet armis.
Lavimus Hennaeas animoso sanguine valles,
Et vix conducto produximus arma Lacone.
Nos ratibus laceris Scyllaea replevimus antra,
Classibus et refluo spectavimus aequore raptis
Contorta e fundo revomentem transtra Charybdin.
Respice, pro demens! pro pectus inane Deorum!
Aegates, Libyaeque procul fluitantia membra.
Quo ruis? et patriae exitio tibi nomina quaeris?

304. *Aetnaeas* vulg.

302. 303. expressit verba Livii l. l. *Karthagini nunc Hannibal vineas turresque admovet, Karthaginis moenia quatit ariete. Sagunti ruinae nostris capitibus incident, susceptumque cum Saguntinis bellum, habendum cum Romanis.*

304. seqq. Vt appareat periculum belli continuandi, Hanno exponit, quantae hactenus Carthaginiensium clades a Romanis factae sint. *Lavimus val. Henn.* caesi sumus in Sicilia. v. ad lib. I, 214. et Flor. II, 2. — 305. Vix adiuvare nos potuit auxilium a Lacedaemoniis petitum, (v. Flor. l. l.) nimirum a Xanthippo, duce Lacedaem. Romani tum superati sunt, eoque *arma producta*, h. effectum est, ut vires colligere et bellum continuare possent Carthaginienses. Sed Hanno nunc etiam illud auxilium extenuat pro consilio suo.

306-309. Describitur tempestas, quae Carthaginiensium classem ad Aegymam a Romanis devictam, Africam versus in Syrtes dispersit. Flor II, 2. 31. *Opulenta praeda classis, adversis acta ventis, naufragio suo Africam et Syrtes omnium imperia gentium, insularum litora, implevit.* Vt poeta, Scyllam et Charybdim appellat, et his ceteros ornatus accommodavit. *Charybdim* mergentem classes, et iterum reddentem vel *revomentem*, multi poetae expresserunt. v. Ovid. Met. VII, 63. seqq. XIII, 730. et infr. Silius XIV, 255.

310. De *Aegatibus* vid. sup. lib. I, 34. *Libyae membra*, sive ipsos Carthaginienses, qui in classe Punica militabant, sive, Heinsio interprete, classem appellat, in qua Carthaginiensis vis omnis et robur consisteret. Flor. II, 2. 36. *Momento temporis laceratae hostium rates, totum inter Siciliam Sardiniamque pelagus naufragio suo operuerunt.*

Scilicet immenſae, viſis iuvenilibus armis,
Subſident Alpes? ſubſidet mole nivali
Alpibus aequatum attollens caput Appenninus?
Sed campos fac, vane, dari. Num gentibus iſtis
Mortales animi? aut ferro, flammave fatiſcunt?
Haud tibi Neritia cernes cum prole laborem.
Pubeſcit caſtris miles, galeaque teruntur
Nondum ſignatae flava lanugine malae.
Nec requies aevi nota, exſangueſque merendo
Stant prima inter ſigna ſenes, letumque laceſſunt.
Ipſe ego Romanas, perfoſſo corpore, turmas
Tela intorquentes correpta e vulnere vidi;
Vidi animos, morteſque virûm, decoriſque furorem.
Si bello abſiſtis, nec te victoribus offers,
Quantum, heu, Carthago, donat tibi ſanguinis Hannon!

Geſtar

312. Hunc verſum, qui deeſt in Oxon. Cod. et in ed. vulg. Marſi, Dausq. aliorumque, Carrion et Modius primi ex membranis Colon. reſtituerunt. 323. *retorquentes* coni. Burman. 325. *obſiſtis* MSS. et priſcae editt. etiam Mediol. *abiſtis* Rom.

312-14. Amara Ironia in Hannibalem. *Subſident*, molem ſuam veluti depriment, ut expeditum Hannibali iter fiat.

315. *Campos f. d.* Finge tibi in planis campis certari poſſe, montibus ſuperatis. 316. *Mortales animi*, imbecilli, quorum vis facile ſuperatur. 316. Non pugnandum tibi erit cum Saguntinis. Eos *Neritiam prolem* vocat, a Nerito inſula, quae olim ad regnum Vlyſſis, unde Saguntum coloni migrarunt, pertinuit. v. Ovid. Met. XIII, 711. ſeqq. Virgil. Aen. III, 270. ſeqq. et ibi Heyn.

318. ſeqq. Graviter deſcribitur diſciplina et virtus bellica Romana. 318. 19. A pueris Romani in caſtris exercentur, et innutriuntur. 320. 21. Ne ſenectus quidem immunes a pugnando facit. Multo cum ornatu ſingula extulit poeta. *requies nota*, uſitata plerumque ſenibus quies a bello. *letum laceſſ.* exquiſite pro, morti obviam eunt. Ita *pugnas*, *mare*, laceſſere dicunt poetae. vid. Heyn. ad Aen. Virg. X, 10. — 324. *Decoris furor* eſt ſaeva quaedam cupiditas virtutis tuendae.

326. *quantum t. d. ſ. H.* Quantas caedes evitare, quantumque ſanguinis lucrari poſſis, Carthago, ſi, me auctore, a bello abſiſtas! De verbis cf. ſupr. lib. I, 487.

Geſtar ad haec: namque impatiens aſperque coquebat
Iamdudum immites iras, mediamque loquentis
Bis conatus erat turbando abrumpere vocem:
Concilione, inquit, Libyae Tyrioque Senatu,
Pro Superi! Auſonius miles ſedet? armaque tantum
Haud dum ſumta viro? Nam cetera non latet hoſtis.
Nunc geminas Alpes, Appenninumque minatur:
Nunc freta Sicaniae, et Scyllaei litoris undas:
Nec procul eſt, quin iam manes umbraſque paveſcat
Dardanias: tanta accumulat praeconia leto
Vulneribuſque virûm, ac tollit ſub ſidera gentem.
Mortalem, mihi crede, licet formidine turpi
Frigida corda tremant, mortalem ſumimus hoſtem.
Vidi ego, cum, geminas artis poſt terga catenis
Suc.

330. *Concilio, en,* coni. N. Heinſ. 331. *arma Quiritum* coni. eiusd. 333. *minaci* Cod. Putean. *minati* Oxon. unde coniicit N. Heinſ. *minari*. 337. *tollitque ad ſidera gentem* vulg. Noſtra eſt e Colon. et ed. Parm.

327. ſeqq. *Geſtaris* nomen nullus veterum hiſtoricorum retulit. Nec definiunt, quinam Hannoni nominatim contradixerint. Livius XXI, 11. *Cum Hanno peroraſſet, nemini omnium certare oratione cum eo neceſſe fuit, adeo prope omnis Senatus Hannibalis fuit; infeſtiusque locutum arguebant Hannonem, quam Flaccum Valerium legatum Romanum.* Itaque Silius, poetarum more, certum hominem reſpondentem induxit. Turni exemplum Drancem refutantis ſecutum poetam agnoſcent, qui conferre velint locum Virgilii ſupra laudatum ad verſ. 279. — *coquebat iras*, parabat, quas finita oratione in Hannonem effunderet. cf. inf. lib. VII, 404. Exquiſitius Virgil. A. VII, 345. *ardentem curaeque iraeque coquebant*, ubi v. Heyn.

330-33. Invidioſa ratio eſt, quod Geſtar Hannoni tanquam militis Romani partes dat, quia is pro Romanis locutus erat. *Arma h. d. ſumta.* Senſus eſt: nihil ad hoſtem deeſt, niſi ut illico arma contra nos capiat Hanno. Niſi malis arma Romana intelligere. 337. *gentem*, Romanos, cum contemtu dictum. In verſſ. 338. 39. acerbe reſpondet iis, quae Hanno verſ. 315. quaeſiverat: *num gentibus iſtis mortales animi?* —

340. ſeqq. Opponit Hannoni ad verſ. 306. etc. ſimiles
clades

Succinctus palmas, vulgo traheretur ovante
Carceris in tenebras ſpes et fiducia gentis
Regulus Hectoreae: vidi, cum robore pendens
Heſperiam cruce ſublimis ſpectaret ab alta.
Nec vero terrent puerilia protinus ora
Sub galea, et preſſae properata caſſide malae.
Indole non adeo ſegni ſumus. Aſpice, turmae
Quot Libycae certant annos anteire labore,
Et nudis bellantur equis. Ipſe, aſpice, ductor,
Cum primam tenero vocem proferret ab ore,
Iam bella et lituos, ac flammis urere gentem
Iurabat Phrygiam, atque animo patria arma movebat.
Proinde polo creſcant Alpes, aſtriſque coruſcos
Appen-

341. *evinctus* Colon. et recepit Lefeb. 344. *ſpectabat* Putean. et editt. priſcae. 352. *patrio* Putean. et Oxon. Poſt hunc verſum ante Modium inſertus legebatur hic: *Vltor erit caedis iam, te ſpectante, propinquae.* Hunc auctoritate MSS. eiecit ille. 353. *propinquaeque polo* Putean. *proinde paullo* editt. vett. quas Dausq. ſecutus eſt; utrumque contra metrum. *accreſcant* coni. N. Heinſ. Pro *aſtriſque*, quod eſt in Cod. Colon. et Oxon. editt. vulg. exhibebant *altusque*.

clades Romanorum a Poenis factas, *ῥητορικῶς* fere, et peiore rerum parte monſtrata, ut ſit a contradicentibus. M. Attilius Regulus, cum in Carthaginis obſidione vincerentur Romani, in carcerem Poenorum abductus eſt. vid. Flor. II, 24. ſeqq. qui etiam crucis ſupplicium commemorat, ut Geſtar h. l. quamvis in hac re non conſentiant veteres. cf. Cic. Fin. V, 27. Senec. de Provid. 3. et Epiſt. 98. v. nott. ad lib. VI, 539. ſeqq.

345. 46. Verba Hannonis v. 318. 19. ad abſurdum velut traducta, et maligne transverſa. 348. *annos anteire labore*, virtutem iuvenilem indicat. Variatam eandem ſententiam v. apud Stat. Silv. V, 11. 12. Theb. XI, 34. Ammian. Marc. XVI, 12. *efficacia praecurrere aetatem*, dixit. v. infr. lib. IV, 428. *nudis equis*, h. e. ſine frenis, *bellare*, ferocium et bellicoſorum erat populorum. v. lib. I, 215. et hoc libro verſ. 64. — 350. v. ſup. I, 78. ſeqq. — 353. ſeqq. refutant Hannonis verba v. 312. Et ſi coelum ipſum tangant Alpes, et Appenninus, Hannibal ſuperabit, per coelum viam ſibi muniturus. Haec, inquit Geſtar verſ. 355. quamvis *inania* ſunt, aucta

Appenninus agat ſcopulos: per ſaxa, niveſque,
(Dicam etenim, ut ſtimulent atram vel inania mentem)
Per coelum eſt qui pandat iter. Pudet Hercule tritas
Deſperare vias, laudemque timere ſecundam.
Sed Libyae clades, et primi incendia belli
Aggerat, atque iterum pro libertate labores
Hannon ferre vetat. Ponat formidinis aeſtus,
Parietibuſque domus imbellis femina ſervet
Singultantem animam: nos, nos contra ibimus hoſtem,
Quîs procul a Tyria dominos depellere Byrſa,
Vel Iove non aequo, fixum eſt. Sin fata repugnent,
Et iam damnata ceſſit Carthagine Mavors,
Oc-

aucta quippe in miraculum, et hyperbolica, tamen *dicam, ut ſtimulent atram mentem*, ut vel ſic paulisper attollatur timida mens Hannonis, qui Hannibalem et ipſos Poenos imbelles et ignavos exiſtimat. — *Atra mens* poteſt eſſe plena livoris, et invidiae. Sed non convenit vocab. *ſtimulare*, et nunc manifeſte formidinem Hannonis Geſtar ridet, ut vel ex verſſ. 360. 61. patet. Ergo mallem legi *artam mentem*. Eas voces ſaepe confuſas a librariis docuit Drakenb. ad lib. VII, 280.

356. 57. Pudet Hannibalem recuſare iter, quod Hercules facere potuit. Hic nimirum primus Alpes tranſiſſe dicebatur. v. Diod. Sic. IV, 19. Plin. H. N. III, 17. Corn. Nep. Hann. 3. Livius V, 34. qui tamen fabulis hoc iter adnumerat. Iuſtin. XXIV, 4. Iam *laus ſecunda* eſt eius, qui poſt Herculem Alpes ſuperat. Eam vero laudem *timet*, qui iter tale non audet.

358. cf. verba Hannonis verſ. 304. ſeqq. — *Primi incendia belli*, clades et pugnas, quas Poeni primo bello Punico experti ſunt. *labores ferre*, pugnare, periculum facere.

361. ſeqq. Acerbo convicio Geſtar Hannonem appellat *imbellem feminam*, et mox *animam ſingultantem* tribuit, hoc eſt, paventem, ignavam, timidam, quia timor ſingultus quosdam efficere ſolet. 363. *Tyria Byrſa* Carthagine. v. Virgil. A. I, 366. 67. *dominos*, Romanos dominatum affectantes.

365. *Sin ceſſit Mavors*. Putaverim hoc poetica ratione dictum pro, ſi fortuna belli nos reliquerit, et Carthago victa

Occumbam potius, nec te, patria inclita, dedam
Aeternum famulam, liberque Acheronta videbo.
Nam quae, pro Superi! Fabius iubet? Ocius arma
Exuite, et capta deſcendite ab arce Sagunti.
Tum delecta manus ſcutorum incendat acervos:
Vranturque rates, ac toto abſiſtite ponto.
Dî, procul, o, (merita eſt nunquam ſi talia plecti
Carthago) prohibete nefas; noſtrique ſolutas
Ductoris ſervate manus. Vt deinde reſedit:
Factaque eſt cenſendi, Patrum de more, poteſtas:
Hic Hannon reddi propere certamine rapta
Inſtat, et auctorem violati foederis addi.
Tum vero attoniti, ceu templo irrumperet hoſtis,
Exſiluere Patres, Latioque id verteret omen,
Ora-

366. Pro *dedam*, quod Modius ex Cod. Oxon. reſtituit, vulgatum erat *dudum*, ſine ſenſu apto, quamvis Barthio tuente. 372. *in talia plecti* coni. Barth. 374. *tum deinde* ed. Lefeb. 375-77. Hi tres verſus abſunt a Cod. Colon. — *Patribus* coni. olim Burman. quod edidit Lefeb. idemque in verſ. ſeq. *addit*, ut editt. vulg.

victa fuerit a Romanis. Marſus memorat, cultum Carthaginienſibus Martem fuiſſe, propter oſtentum capitis equini illic effoſſi. v. Virgil. A. I, 443. et Cf. Sil. hoc libro verſ. 410. — 367. *Acheronta videbo*, moriar. Homericum eſt δῶμ' Ἀΐδαο ὄψεσθαι. Iliad. θ, 251. Hoc varie poetae expreſſerunt.

373. *ſolutas manus*, libertatem, ne Romanis tradatur, ut legati poſtulaverant, et Hanno ipſe aperte et graviter ſuaſerat. Liv. XXI, 10. *Ego ita cenſeo, legatos extemplo Romam mittendos, qui ſenatui ſatisfaciant, alios qui Hannibali nuntient, ut exercitum ab Sagunto abducat, ipſumque Hannibalem ex foedere Romanis dedant: tertiam legationem ad res Saguntinis reddendas decerno.* Iam haec verba in verſſ. 375. 77. utcunque expreſſa ſunt. Eos autem Modius ſpurios iudicabat, nec Drakenborch. defendit. Poſſunt ſane abeſſe ſalvo ordine rerum et ſententiarum. Sine dubio, ſi ab aliena manu inſerti ſunt, ideo factum eſt, quod aliquis explicare vellet, quo pertineret illud Patrum votum: *Latio id verteret omen.* Sed haec et omnis patrum commotio commode referri poteſt ad verſſ. 368. ſeqq.

Oravere Deum. At postquam discordia sensit
Pectora, et infidas ad Martem vergere mentes,
Non ultra patiens Fabius rexisse dolorem,
Concilium exposcit propere, Patribusque vocatis
Bellum se gestare sinu pacemque professus,
Quid sedeat legere, ambiguis neu fallere dictis
Imperat; ac, saevo neutrum renuente Senatu,
Ceu clausas acies gremioque effunderet arma,
Accipite infaustum Libyae, eventuque priori
Par, inquit, bellum: et laxos effundit amictus.
Tum patrias repetit pugnandi nuntius arces.
Atque ea dum profugae regnis agitantur Elissae,
Accitis velox populis, quis aegra lababat
Ambiguo sub Marte fides, praedaque gravatus
Ad

382. *texisse* vulg. *rexisse* Colon. Oxon. et editt. vett. ante Iuntinam Nicandri. 389. *effudit* vulg. 392. *accisis* edidit Lefeb. et erat haec olim coniectura Barthii, historiae etiam aptissima. (cf. Liv. XXI, 11.) Hac lectione recepta expediri etiam potest, quare dicatur Hannibal *praeda gravatus rediisse.* *Adscitis* Dausq. non male. *Attritis* coni. N. Heins.

380 - 90. De re cf. Liv. XXI, 18. Polyb. III, 33. Sed in Livio secunda legatio est, in qua diserte Q. Fabius nominatur. Ergo Silius has legationes coniunxit, et unam veluti finxit. Polybius ne Fabium quidem nominat, sed *maximum natu* legatorum. — *infidas m.* foederis et fidei immemores Poenos. *rexisse dol.* exquisite pro vulg temperare se ab ira, imperare dolori. — 383. seqq. Livius l. l. sub f. *Romanus sinu ex toga facto, Hic, inquit, vobis bellum et pacem portamus; utrum placet sumite. Sub hanc vocem haud minus ferociter, daret utrum vellet, succlamatum est. et quum is sinu effuso bellum dare dixisset, accipere se omnes responderunt.* Haec poetico sermone expressa sunt. — *eventu priori p.* in bello primo Punico, ergo infaustum.

390. Iterum res gestas contraxit Silius. Nam secundum Livium l. l. cap. 19. Fabius peracta hac legatione, et bello Poenis indicto, in Hispaniam et Galliam ante traiecit, quam domum reverteretur.

391 - 94. Narrat Livius XXI, 11. Hannibalem relicta obsidione Sagunti in Oretanos et Carpetanos repente profectum esse: *qui duo populi, delectus*

Ad muros Poenus revocaverat arma Sagunti.
  Ecce autem clipeum, saevo fulgore micantem,
Oceani gentes ductori dona ferebant,
Caliaïcae telluris opus, galeamque coruscis
Subnixam cristis, vibrant cui vertice coni
Albentis niveae tremulo nutamine pennae;
Ensem

399. *Albentes* vulg. et sic Les. quamvis postea repudiavit hanc crisin. *flaventis* coni. N. Heins. *tutamine* vitiose scriptum in Cod. Oxon.

lectus acerbitate consternati, reventis conquisitoribus, *metum defectionis cum praebuissent*, *oppressi celeritate Hannibalis*, *omiserunt mota arma*. — *Profugae regn. Elissae*, Carthagine vid. ad I, 22. *Accitis*, revocatis ad pristinam fidem et in ordinem coactis. Sed vid. V. L.

395. seqq. Sequitur novum veluti emblema, armorum, et inprimis clipei Hannibali oblati descriptionem continens. In quo quidem Silius totum se comparavit ad exemplum Virgilii Aen. VIII, 625. seqq. in nobili loco de clipeo Aeneae. In nonnullis, v. c. Hibero flumine in extrema clypei ora collocando, clipei Achillis Homerici delineationem secutus videtur Iliad. σ, 478. seqq. Solius argumenti delectus Silio relinquebatur. Iam quod Heynius in doctissimo Excursu ad Virgil. l. l. aegre fert, Virgilium in delectu argumenti certum iudicium non esse secutum, omissisque clarioribus factis intexuisse nonnulla, quae non admodum insignia essent, id multo magis de Silio dici potest. Nam praeter insigniora facta et fata, quae inde a Carthagine condita usque ad obsidionem Sagunti vel gens Tyria vel ipse Hannibal expertus fuit, varia intexuit, quae non nisi spatio laevi lateris explendo servirent, vid. vers. 437. seqq. Poetam imitationis cura, et ornatus cumulandi studio occupatum, subtilem artis notionem non habuisse, facile est existimare. Sed de his luculenter exposuit Ill. Heynius in Excurs. p. 228. seqq.

396. *Oceani gentes*, ad Oceanum Hispan. Occid. habitantes. Ergo mox *Callaicam tellurem* appellat, metallifodinis nobilem, inprimis auro (v. Martial. Ep X, 16. XIV, 95.) Quae causa est, cur Callaicis praecipue clipei donum adsignaverit. cf. vers. 417. et infr. lib. IV, 328. — 398. *subnixam*, instructam, ornatam. Splendidiores ornatus in his iam eripuerat Virgilius.

400.

Ensem unum, ac multis fatalem millibus hastam.
Praeterea textam nodis auroque trilicem
Loricam, nulli tegimen penetrabile telo.
Haec, aere et duri chalybis perfecta metallo,
Atque opibus perfusa Tagi, per singula laetis
Lustrat ovans oculis, et gaudet origine regni.
Condebat primae Dido Carthaginis arces,
Instabatque operi subducta classe iuventus.
Molibus hi claudunt portus: his tecta domusque
Partiris, iustae Bitia venerande senectae.
Ostentant caput effossa tellure repertum
Bellatoris equi, atque omen clamore salutant.
Has inter species, orbatum classe suisque,
Aenean pulsum pelago, dextraque precantem

Cernere

400. *una* recepit Lefeb. quae coniectura olim fuit Barthii. 405. *gaudetque in origine* vulg. et sic Lef. — Drakenborchius Cod. Col. secutus est. 409. *iuste B. v. senecta* vulg. ex Wolfii Basileensi ad nonnullas editt. propagatum. *iustae senectae* MSS. cum editt. Mediol. Parm. Ald. aliisque. 413. *pulsum pelago terraque, precantem* etc. coni. D. Heins.

400. *fatalem*, fatiferum, ut Virgil. l. l. θανατηφόρον.

401. Lorica descripta exemplo Virgil. A III, 467. *Loricam consertam* (Sil. *textam*) *hamis* (Sil. *nodis*) *auroque trilicem*. Ibi Heynius notavit *hamas* esse catenulas se invicem mordentes, ἁλυσιδωτόν; et *auro trilicem*, iisdem hamis triplicatis; ducta locutione a textura, cum trinis filorum ordinibus textum fit. Variavit hoc, pro more, Statius Th. IV, 174. *Nexilis innumero chalybum subtemine thorax*. — 404. *per singula lustrat*, perlustrat. Virgil. l. l. *oculos per singula volvit, miraturque*. cf. vers. Virg. 730. — *Gaudet origine regni*. Nempe haec origo, Didone Carthaginem condente, inter alia in clipeo delineata erat, ut narratur verss. 406 seqq. cf. Virgil. A. I, 423. unde hic locus expressus est. — 407. *molibus claudunt p.* Virgil l. l. effodiunt. *Bitias*, nomen Punicum etiam in Virgilio obvium Aen. I, 738 ubi inter proceres nominatur.

410. Caput equi effossum. vid. Virgil. A. I, 443. seqq. Vnde in nummis Carthagin, equi caput cernitur. v. Patin. Num. Imp. p. 12. — *omen salutant*, cum acclamatione et vene-

Cernere erat. Fronte hunc avide regina ſerena
Infelix, ac iam vultu ſpectabat amico.
Hinc et ſpeluncam, furtivaque foedera amantum
Callaïcae fecere manus: it clamor ad auras
Latratuſque canum, ſubitoque exterrita nimbo
Occultant alae venantum corpora ſilvis.
Nec procul Aeneadum vacuo iam litore claſſis
Aequora nequidquam revocante petebat Eliſſa.

Ipſa,

421. *petebat* ex Colon. quem ſecuti ſunt omnes poſt Marſum editores. *praeibat* ex MS. adtulit Barth. qui tamen *redibat* coniecit. Idem illud eſt in Cod. Oxon. et editt. Rom. Parm. — In Puteano erat *peribat,* unde haud dubie N. Heinſ. coniecit *operibat* Drakenborchio etiam probatum. Burmannus maluit *tenebat.* Denique Lefeb. expreſſit *premebat*, e Virgilio, ut ait. Vir doctus in Batavis, Io. Henr. Hoeufft contra Drakenborchium (in Periculis poet. a. 1788. editis) tuetur recte vulg. *petebat,* laudato ſimili loco Val. Fl. I, 136.

veneratione accipiunt. Ita Virgil. A. XII, 257. *Augurium Rutuli clamore ſalutant.* cf. Sil. lib. XV, 146. — Ad verſ. 412. ſeqq. cf. Virg. A. I, 613. ſeqq. — 415. *infelix regina* nempe ob eventum amoris Aeneae. 416. De ſpelunca, in qua convenerat Dido cum Aenea, tempeſtate coacti, v. Virgil. IV, 124. 165. 171.

417. *it clamor ad auras.* Quaeri non debebat, quomodo haec aere effingi potuerint. In his, ſi cum poeta res eſt, non eſt argutandum. Poſſunt ſane figurae ita effingi, ut qui ſpectat, ſciat, utrum clament, nec ne, an aliud quid agant. Sed habet etiam hoc prae artifice praecipuum poeta, quod actiones continuare dicendo, et vitae documenta dilucidius exprimere orationis ornatu poteſt, quam artifex, qui unum tantum actionis momentum et veluti punctum fingere valet. Sic in patera caelata ap. Stat. Theb. I, 550. *Stant moeſti comites, fruſtraque ſonantia laxant Ora canes, umbramque petunt, et nubila latrant.* cf. Val. Flac. II, 410. ſeqq. ubi in multis fruſtra argutati ſunt interpretes. v. Gronov. Diatr. Stat. Cap. 14. et Leſſing. Laocoon. De caeteris cf. Virg. IV, 161. ſeqq. — 419. *occultant alae v. c.* venatores latent poſt alas in ſylvis. Ita Heyn. ad Virg. IV, 121. ubi docet *alas* eſſe pinnas in formidine ſilvam cingentes, et feras continentes, Federlappen.

420. cf. Virgil. IV, 582. ſeqq.

ꝑſa, pyram ſuper ingentem ſtans, ſaucia Dido
Mandabat Tyriis ultricia bella futuris:
ardentemque rogum media ſpectabat ab unda
Dardanus, et magnis pandebat carbaſa fatis.
Parte alia ſupplex infernis Hannibal aris
arcanum Stygia libat cum vate cruorem,
et primo bella Aeneadum iurabat ab aevo.
at ſenior Siculis exſultat Hamilcar in arvis:
ſpirantem credas certamina anhela movere.
ardor ineſt oculis, torvumque minatur imago.
Necnon et laevum clipei latus aſpera ſignis
implebat Spartana cohors: hanc ducit ovantem
Ledaeis veniens victor Xanthippus Amyclis.
Iuxta triſte decus pendet ſub imagine poenae
Regulus, et fidei dat magna exempla Sagunto.

428. *in aevo* Lefeb.

...qq. 422. 23. Verba Dido...is ap. Virg. I. l. 621. *Tum ...s, o Tyrii, ſtirpem et genus ...nne futurum exercete odiis, ...nerique haec mittite noſtro mu...ra.* — 424. cf. Virgil. A. ..., 1-4 425. *magnis p. f...tis*, dum navigationem ver... ...s Italiam parat Sic Aeneas ...l Palinurum ap. Virgil. V, ...2. *Superat quoniam fortuna, ...quamur, quoque vocat, ver...mus iter.* — 427. Expreſſa ...nt, quae de Hannibale nar...ntur libr. I, 91. ſeqq. Sacra ...iis inferis facta deſcribun...r. Vnde *infernae arae*, *Sty...a vates*, et *arcanus cruor* li...tur, de quo inprimis vid. ...fr. lib. XIII, 404. ſeqq.

429. Scena ex primo bello ...nico. *exultat*, pugnando ...cupatur. 430. *Spirantem credas*, ita ad vivum expreſſus Hamilcar, ut credas eum vivere, et ſpiritum ore trahere. Ita Georg. Virgil. III, 34 *Spirantia ſigna*, ad vivum expreſſa. cf. Virgil. Aen. VI, 848. Illius vitae indicia ſunt, quae verſ. ſeq nominantur.

432. ſeqq. In laevo clipei latere cernebatur Spartana cohors. *Aſpera ſignis*, figuris eminentibus expreſſa. Sed proprie id ad clipeum pertinebat. Ita Virgil. A. V, 267. *Cymbia argento perfecta atque aſpera ſignis*, et IX, 263. *pocula aſpera ſignis.* v. inf. lib. XI, 279. — De Xanthippo Lacedaemone adſcito vid. Diod. Sic. XXII, 12. Flor. II, 2. 23. Lacedaemonem poeta deſignat *Amyclis*, oppido Lacon. *Ledaeis* a Leda Dioſcurorum et

Laetior at circa facies, agitata ferarum
Agmina venatu, et caelata mapalia fulgent.
Nec procul usta cutem nigri soror horrida Mauri
Assuetas patrio mulcet sermone leaenas.
It liber campi pastor, cui fine sine ullo
Invetitum saltus penetrat pecus: omnia Poenum
Armenti vigilem patrio de more sequuntur:
Gaesaque, latratorque Cydon, tectumque, focique
In silicis venis, et fistula nota iuvencis.
  Eminet excelso consurgens colle Saguntos:
Quam circum immensi populi, condensaque cingun
Agmina certantum, pulsantque trementibus hastis.
Extrema clipei stagnabat Hiberus in ora,
Curvatis claudens ingentem flexibus orbem.
Hannibal, abrupto transgressus foedere ripas,
Poenorum populos Romana in bella vocabat.

T

441. *campis* vulg. *campi* Colon. et Oxon. 445. *iume* vulg. quod Martinus Herbip. primus vitiose edidit. *Iuvencis* MSS. viri docti emendarunt. Idem exhibent editt. Parm. et M diol. Proxime accedit τὸ *inventis* in Cod. Putean. 447. *ca* Rom. 2. — 449. *pugnabat* Cod. Put.

et Helenae matre, quae ibi sedem habuit. v. inf. lib. IV, 359. seqq. De Reguli supplicio dictum sup. ad versf. 340. seqq. — *Fidei exempla.* De voluntario Reguli ad Carthaginienses reditu, quo summam fidem declaravit, multi tradiderunt. Flor. l. l. Cicero Offic. III, 26. sub f. Valer. M. I, 1. 14. ubi vid. Interpr. Ergo Regulus *exempla f. Sagunto* dedit, quoniam Saguntini postea similem fidem voluntaria morte Romanis probarunt.

441. Ante oculos poetam habuisse Virgil. Georg. III, 339. seqq. iam Modius annotavit. Compara utrumque in singulis. *Liber campi,* est, tum campum cum grege per rans, quae sententia mox riatur, a Virgilio etiam pressa. *Omnia sequuntur*, omnia secum ducit, quae cessaria sunt ad vitam greg que colendos. Virgil. *Om secum Armentarius Afer agit.* *Gaesa*, Virgil. arma. *tect focique.* Virg. tectumque remque.

449. Exemplo Homeri ad. σ, 478. et Hesiodi in S to Herculis, extremam cli oram Hiberus ambit. cf. Vi VIII, 671. seqq. — 451. *rupto foed.* v. sup. ad lib 268.

Tali ſublimis dono, nova tegmina latis
ptat concutiens humeris, celſuſque profatur:
ſeu quantum Auſonio ſudabitis, arma, cruore!
uas, belli iudex, poenas mihi, Curia, pendes!
Iamque ſeneſcebat vallatis moenibus hoſtis,
arpebatque dies urbem, dum ſigna manuſque
xſpectant feſſi ſocias. Tandem aequore vano
vertunt oculos, fruſtrataque litora ponunt,
t propius ſuprema vident. Sedet acta medullis
mdudum, atque inopes penitus coquit intima peſtis.

G 3 Eſt

456. *belli vindex* vulg. 457. *vallatus* Cod. Colon. Caeteri *vallatis*. 458. pro *dies* D. Heinſ. coni. *quies*. Sed vid. nott. 459. *vani* Lefeb. e Virgil. A. X, 631. Burmannus locum totum ita conſtituendum putavit: *tandem aequore vanos avertunt oculos, fruſtrataque lumina ponunt.* 461. pro *et* Lefeb. ed. *en*.

453. *Sublimis* et mox *cel-*, de ſuperbiente, et mune- honore elato accipias. Ni- ɔoſt aptata corpori arma ex ıo *celſum* cogitare malis. *ncutiens*, manu tractans, ɾſans.

455. 56. Imitationem Vir- . Aen. VIII, 538. h. l. rda agnoſcit, ſed non ſatis la cauſa. Talia ſponte ſae- occurrunt poetae, niſi ex- eſſior oratio eminet.

457. ſeqq. Iam pergit poe- calamitatem Saguntinorum ſeſſorum deſcribere. *Sene- bat.* Conſumtos fame et vi- iis Saguntinos intell. Re- rrit formula inf. lib. III, o. VIII, 332. et Livio ſae- uſurpata eſt, unde ſaepius oficere ſolet Silius. cf. Liv. , 27. XXIX, 3. — *Car- pebat dies urbem*, ſinguli dies paulatim minuebant vires ci- vium. 459. *aequore vano*, copias Romanorum nullibi oſtendente, quae mox *fruſtrata litora* dicuntur. Haec *po- nunt*, reponunt, quatenus o- culos a litore avertunt, de adventu Romanorum deſpe- rantes. *ſuprema* interitum ſu- um et urbis. cf. Liv. XXI, 11. ſub f.

461. ſeqq. Miſeranda ima- go civitatis fame perditae, quam tamen potius abhorreat animus, quam cum iuſto mi- ſerationis ſenſu ſpectet, ita omnia triſtia, atrocia, foeda congeſſit poeta. In verborum delectu idoneam artem adhi- buit. *coquit peſtis*, fames eos vexat, adfligit. Hoc in ſe- quentibus per partes variatur.

463.

Eſt furtim lento miſere durantia tabo
Viſcera, et exurit ſiccatas ſanguine venas
Per longum celata fames. Iam lumina retro
Exeſis fugere genis: iam lurida ſola
Tecta cute, et venis male iuncta trementibus oſſa
Exſtant, conſumtis viſu deformia membris.
Humentis rores noctis terramque madentem
Solamen fecere mali, caſſoque labore
E ſicco fruſtra preſſerunt robore ſuccos.
Nil temerare piget. Rabidi ieiunia ventris
Inſolitis adigunt veſci: reſolutaque, nudos
Linquentes clipeos, armorum tegmina mandunt.
Deſuper haec coelo ſpectans Tirynthius alto,
Illacrimat fractae nequidquam caſibus urbis.

Nam-

463. *miſeris* vulg. 467. pro *venis* Lefeb. *nervis*, quod idem in verſ. ſeq. pro *membris* vulgatum. Sed iſte conviciis et inepta doctrina pro argumentis utitur, ut plerumque. 469. *Viventis* (l. *uventis*) Oxon. *umentis* ſine adſpiratione, Colon 472. pro *temerare*, cuius in hoc loco peculiaris vis eſt, Barthius perperam coniiciebat *tentare*.

463. *durantia viſcera* notat corpus non illico deſtructum, ſed ſenſim *lento tabo* confectum, adeoque durans, et quidem *miſere*, quia haec diuturnitas et lentitudo miſeriam auget. 465. *Lumina retro fugere*, oculi introrſum conditi, ut fit in macie et φθίσει. cf. ſimiles colores ap. Claud. bell. Gild. XXI, ſeqq.

469-71. Quae in his verſibus dicuntur, non tam ad famem, quam ſitim explendam pertinent. Ergo etiam aquae inopia cogitanda eſt. Moleſte luxuriatur in verbis, *Rores noctis* — *madentem terram*, deinde *caſſo labore*, — *fruſtra*, quis diſtinguat? — 472. *temerare*, h. e. admordere, comedere res humano victui non deſtinatas. Ita bene Heinſius. Mox hoc dicitur *inſolitis veſci*. (cf. Ovid Met. XV, 75.) Ergo *reſoluta arm. tegmina*, pelles clipei detractas mandunt. Vnde *nudi clipei*, cratibus relictis. *Clipei* ab *armis* non ſunt diſtinguendi, ſed *armorum* est idem quod *eorum*, ſcil. clipeorum.

475. ſeqq Epiſodium, machinationis veniam Silio damus, apto ad rem et calamitatem Saguntinorum confictum. Hercules urbis a ſ

condi-

Namque metus, magnique tenent praecepta parentis,
Ne ſaevae tendat contra decreta novercae.
Sic igitur, coepta occultans, ad limina ſanctae
Contendit Fidei, ſecretaque pectora tentat.
 Arcanis Dea laeta, polo tum forte remoto
Coelicolûm magnas volvebat conſcia curas:
Quam tali alloquitur Nemeae pacator honore.
Ante Iovem generata, decus Divûmque hominumque,
Qua ſine non tellus pacem, non aequora norunt,
Iuſtitiae conſors, tacitumque in pectore numen;
Exitiumne tuae dirum ſpectare Sagunti,
Et tot pendentem pro te, Dea, cernere poenas

481. *ſolo tum forte remota* coni. El, Putſchii, reprobata Drakenborchio: *ſorte* Lefeb. Scilicet nil ſine ſorte apud primaevos homines factum notat. Quaſi vero hoc argumentum criticum eſſet. 483. *Quam tamen alloquitur veniae pacator honorae* ſine ſenſu legebatur in editt. vulg. ante Modium, qui verſum ex Cod. Colon. reſtituit. Eundem et Oxon. agnoſcebat.

conditae triſtem ſortem aegre ferens, Fidem Deam a Saguntinis cultam implorat. Haec ergo urbem petit, ſuoque numine omnium mentes implet. Quo fit, ut Saguntini generoſum voluntariae mortis conſilium capiant. — *Illacrymaſſe* Herculem, nollem fictum a poeta. Non deſunt tamen exempla aliorum. v. Val. Fl. IV, 42. cum Voſſii nota. et verſ. 52. 477. *tenent* retinebant eum praecepta Iovis, ne contra decreta *novercae*, Iunonis, (v. Virgil. A. VIII, 288. 292.) ageret, quae Hannibali contra Romanos favebat. Ergo cum ipſe auxilium Saguntinis ferre non auderet, Fidem adiit. Iuno a poetis paſſim viris egregiis et fortibus, inprimis Herculi inimica fingitur. Vnde *ſaeva, aſpera Iuno.* v. Virg. Aen. I, 279. Valer. Fl. VI, 590. Ovid. Met. IX, 199. — 480. Fidei varia veluti attributa Silius congeſſit, dum *ſecreta pectora* tribuit, *arcanis laetam*, et inf. verſ. 486. *tacitum numen* vocat. — 483. *Nemeae pacator* Hercules, ab occiſo Leone Nemeo. cf. Virg. A. VIII, 295. *tali honore*, his verbis, et quidem honorificis; formula Virgiliana, cf. Aen. III, 474. et inf. lib. X, 572.

484. *Ante I. generata.* Laus fidei, quae eſt Dea vetuſtiſſima; unde *cana Fides* Virgil. A. I, 292. vid. Heyn. ad Aen. V, 744.

Vrbem lenta potes? Moritur tibi vulgus, et unam
Te matres, vincente Fame, te maesta virorum
Ora vocant; primaque sonant te voce minores.
Fer coelo auxilium, et fessis da surgere rebus.
Haec satus Alcmena: contra cui talia virgo.
Cerno equidem, nec pro nihilo est mihi foedera rumpi;
Statque dies, ausis olim tam tristibus ultor.
Sed me, pollutas properantem linquere terras,
Sedibus his, tectisque novis succedere adegit
Fecundum in fraudes hominum genus: impia liqui,
Et, quantum terrent, tantum metuentia regna,
Ac furias auri, nec vilia praemia fraudum,
Et super haec, ritu horrificos, ac more ferarum
Viventes rapto populos, luxuque solutum
Omne decus, multaque oppressum nocte pudorem.
Vis colitur, iurisque locum sibi vindicat ensis:
Et probris cessit virtus. En, aspice gentes:

Nemo

497. pro *novis*, quod MSS. et editt. vett. exhibent, vulg. *Iovis*.
505. *cessat* Rom. 2.

V, 744. 489. *lenta*, aequo, tranquillo animo, cunctans in auxilio ferendo.

491. *vocant*, *sonant*, h. e. invocant, venerantur, a te opem et salutem expectant.

495. *Stat dies ultor*, Constitutum mihi est, hanc foederis rupti iniuriam suo tempore ulcisci. *Ausis tristibus*, atrocibus, nefandis.

496 seqq. Querelas has Fidei de perditis hominum moribus, non necesse est ad solos Carthaginienses, foedera et pacem rumpentes, referri, sed universe ad rerum humanarum isto tempore pessimam faciem, vitiis atque flagitiis bellicis deformem, adeoque Fidei sanctissimae Deae non tolerandam. His coloribus poetae passim seculi ferrei tempora designare consueverunt. cf. Ovid. I, Metam. 127. seqq. unde varia traducta videntur; et Petron. Satyr. Cap. 124. — 497. *tecta nova* vocat sedes superas respectu terrarum, quas antea incoluerat. Ita recte Heinsius — 503. *multa nocte oppressus pudor* est penitus oppressus, ita ut emergere non possit; vitiorum caligine et obscuritate, inquit Marsus. Haec sententia mox per partes doce-

Nemo inſons: pacem ſervant commercia culpae.
Sed ſecura tua fundata ut moenia dextra
Dignum te ſervent memorando fine vigorem;
Dedita nec feſſi tranſmittant corpora Poeno:
(Quod ſolum nunc fata ſinunt ſerieſque futuri)
Extendam leti decus, atque in ſecula mittam,
Ipſaque laudatas ad manes proſequar umbras.
  Inde ſevera levi decurrens aethere virgo
Luctantem fatis petit inflammata Saguntum:
Invadit mentes, et pectora nota pererrat,
Immittitque animis numen. Tum, fuſa medullis,
Implicat, atque ſui flagrantem inſpirat amorem.
Arma volunt, tentantque aegros ad proelia niſus.
Inſperatus adeſt vigor, interiuſque recurſat
Dulcis honos Divae, et ſacrum pro virgine letum.
It tacitus feſſis per ovantia pectora ſenſus,
Vel leto graviora pati, ſaevaſque ferarum
Attentare dapes, et menſis addere crimen.

507. *Sed ſi cura* coni. N. Heinſ. quam expreſſit Lefeb. 513. pro *levi* lectione Cod. Colon. vulg. editt. habebant *Iovi*.

docetur luculentius. 506. *pacem ſervant commercia c.* Non niſi inter flagitioſos pax et ſocietas quaedam locum habet, vel ita: pax nunc dicitur culpae et vitiorum ſocietas et conſortium.

507-509. Vt urbis a te fundatae interitus te dignus ſit, et ſempiterna memoria vigeat, nec Saguntini cogantur ſe vivos Poeno tradere. 511. *extendam leti decus* memorabilem poſteris interitum Saguntinorum faciam. Id mox dicit *in ſaecula mittam*. v. Gronov. Obſervatt. I, 15. cf. inf. lib. VI, 711. et Burman. ad Valer. Flacc. lib. II. p. 203. 513. *ſevera*, irata, quae mox *inflammata*. In verſſ. 515-17. moleſta eſt copia verborum, unam ſententiam variantium. *Immittit numen*, h. e. ſc.

518. ſeqq. Si colorum nimiam ubertatem condones poetae, locus eſt bene expreſſus, ut fidei animis conceptae efficaciam intelligamus. — *aegros niſus*, imbecillos, tenues, quippe viribus fame et vigiliis paene conſumtis. Veritatem naturae inprimis oſtendunt,

Sed prohibet culpa pollutam extendere lucem
Casta Fides, paribusque famem compescere membris.
Quam simul invisae gentis conspexit in arce,
Forte ferens sese Libycis Saturnia castris,
Virgineum increpitat miscentem bella furorem,
Atque, ira turbata gradum, ciet ocius atram
Tisiphonen, imos agitantem verbere manes:
Et palmas tendens, Hos, inquit, noctis alumna,
Hos muros impelle manu: populumque ferocem
Dextris sterne suis: Iuno iubet. Ipsa propinqua
Effe-

526. *prospexit* vulg. 528. *miscentis* vel *miscenti* coni. N. Heins. 531. *palma ostendens* coni. N. Heins. *palmam* ed. Lefeb. 531. usque ad 538. haec legebantur in editt. vulg. ante Modium: *hos, inquit, noctis alumna, Hos muros impelle manu,*

dunt, quae verss. 521. et seqq. dicuntur. *laeto graviora pati*, h. e. ea committere, quae atrociora etiam sunt ipsa morte, nimirum carnibus humanis comedendis vitam pugnandi causa producere. *Saevas dapes fer.* carnes humanas, quibus solent ferae vesci. Et in his est *crimen* quod mensis additur. — 524. 25. Fides prohibet Saguntinos, ne isto modo, saevo et flagitioso, vitam producant. Vita *culpa polluta* est eorum, qui carnibus humanis vescendis famem pellunt, quae mox *paria membra* dicit, et inf. vers. 635. *simillima*.

526. etc. Sequitur locus de Tisiphone Furia a Iunone ex inferis excitata, et Saguntinis immissa, expressus ille, ut iam interpretes notarunt, e Virgil. A. VII, 323. ubi Iuno Furiam Alecto eodem modo excitatam, Amatae, Turno, et Teucris immittit. vid. ibi de hac machinatione disputationem Heynii. cf. Ovid. Met. IV, 472. seqq. et Claudian. II, 25. seqq. — 530. *imos agitantem verb. manes.* Notum Furiarum munus, expressum e Virgil. A. VI, 570. *Cui continuo sontes ultrix accincta flagello Tisiphone quatit insultans.* cf. et Culic. 217. Fuit haec vetusta religio, quod Erynnes destinatae essent sontibus et flagitiosis apud inferos puniendis; cuius rei saepe mentio est ap. Homer. Il. γ, 278. τ, 259.

531. *palmas tendens*, dictum puta, pro, manus intendens, manibus monstrans. Nam quae sequuntur, *hos muros* etc. δεικτικῶς

Effectus ſtudiumque tuum de nube videbo.
Illa Deos ſummumque Iovem turbantia tela,
Quîs Acheronta moves, flammam, immaneſque chelydros,
Stridoremque tuum, quo territa comprimit ora
Cerberus, ac, mixto quae ſpumant felle, venena,
Et quidquid ſcelerum, poenarum quidquid et irae
Pectore fecundo coquitur tibi, congere praeceps
In Rutulos, totamque Erebo demitte Saguntum.
Hac mercede Fides conſtet delapſa per auras.
  Sic voce inſtimulans, dextra Dea concita ſaevam
Eumenida incuſſit muris: tremuitque repente
Mons circum, et gravior ſonuit per litora fluctus.
Sibilat, inſurgens capiti, et turgentia circum
Multus colla micat ſqualenti tergore ſerpens.
Mors graditur, vaſto pandens cava guttura rictu,

Ca-

nu, populumque ferocem Dextris ſterne tuis, Iuno iubet, ipſa propinqua Effectus: ſtudiumque tuum quo comprimit ora Cerberus etc. Ergo haec Modius cum Carrione ex Cod. Colon. emendarunt. In verſ. 537. *ſtridoremque iubae* coni. N. Heinſ. 546. *circa* Colon. Oxon. cum editt. Rom. Parm. Mediol. cf. Lib. III, 185. — 547. *pectore* vulg. *ſquamoſo pectore* Ald. Iunt. ſed pro glossemate τοῦ *ſqualenti* habet Drakenb.

τικῶς a Iunone elata ſunt. Ergo viri docti fruſtra cogitarunt de *palmis* precandi cauſa *ſublatis*, praeſertim cum Iuno paulo poſt dicatur *iuſſiſſe*. cf. var. Lect. — *Noctis alumna*, filia, ut ap. Virgil. A. VII, 331. *Alecto*, *Virgo ſata Nocte*, et A. VI, 250. mater Eumenidum, Nox dicitur, ubi vid. Heyn. coll. XII, 845. ſeqq. Homero Il. ι, 567. ἠεροφοῖτις Ἐριννύς.

541. *Erebo demitte*, perde, interfice omnes Saguntinos. Formula ſimilis *Orco demittere* Virgil. A. II, 398. —

542. Hoc ſit praemium Fidei, Saguntinis propitiae. *delapſa p. auras*, quae de coelo deſcendit; Nota de talibus Diis formula, ut Virg. A. VII, 620. *Saturnia coelo delapſa.* cf. Ovid. Met. I, 608. III, 101. Claudian. II, 55.

546. ſeqq. Ad imaginem horribilem Tiſiphonis abſolvendam obvios colores in Virgilio ſuo reperiebat Silius. cf. Aen. VII, 325. ſeqq. VII, 274. ſeqq. Primum *multus ſerpens micat*, eminet in capite. Nam plures ſerpentes gerebant Furiae. Sic Virg. Cul. 217.

Caſuroque inhiat populo: tunc luctus, et atri
Pectora circumſtant planctus, maerorque, dolorque:
Atque omnes adſunt poenae, formaque triſauci
Perſonat inſomnis lacrimoſae ianitor aulae.
Protinus aſſimulat faciem mutabile monſtrum
Tiburnae, greſſumque ſimul, ſonitumque loquentis.
Haec bello vacuos, et ſaevi turbine Martis
Lugebat thalamos, Murro ſpoliata marito;
Clara genus, Daunique trahens a ſanguine nomen.
Cui vultus induta pares, disiectaque crinem
Eumenis, in medios irrumpit turbida coetus:
Et maeſtas lacerata genas, Quis terminus, inquit?
Sat Fidei proaviſque datum. Vidi ipſa cruentum,
Ipſa meum vidi lacerato vulnere noſtras

Ter-

549. Hic verſus, qui deeſt in vulg. editt. acceſſit ex Oxon. Cod. probante Barthio et Carrione Lib. II. Emend. Cap. 4. — 550. *circumdant* vulg. recepit Lefeb. 557. *clarumque trahens* vulg. pro quo ex Cod. Colon. noſtram lect. reſtituit Modius. Idem exhibebat Oxon. 561. *Stat Fidei proavisque datus* vulg.

217. *Obvia Tiſiphone ſerpentibus undique cincta.* Vnde *vipereae ſorores* Ovidio Met. VI, 662. *Squalens tergum* in ſerpentibus eſt ſquamoſum. Virg. Georg. IV, 13. et 91. Macrob. Saturn. VI, 7. et paſſim apud poetas. — 549. Similem comitatum Tiſiphonis deſcripſit Ovid. Met. IV, 480. ſeqq. unde ſine dubio profecit Silius, quamvis ab illius copia luxuriante abhorrens. cf. Stat. Theb. I, 108. — Imaginem Cerberi verſ. 552. variatam dedit e Virgil. A. VI, 417. ubi *triſauci latratu Cerberus perſonat regna Orci.* Cur Orcum dicat *lacrimoſam aulam*, itidem cauſas pete e Virg. l. l. verſ. 273. etc. cf. Horat. Od. III, 11. 16.

553. *mutabile monſtrum.* Erinnyes enim varias oris ſpecies et vultus ad terrendum idoneos ſumere ſolent. Virgil. A. VII, 328. *tot ſeſe vertit in ora, tam ſaevae facies.* Et quemadmodum ibi Alecto ad Turnum terrendum in anum ſe transformavit (verſ. 316.), ita nunc Tiburnae faciem ſumit Tiſiphone.

560. ſeqq. *Quis terminus?* Quousque volumus miſeriam noſtram cum vita producere? *Sat Fid. p. d.* feciſtis iam omnia, quae Fides et gloria maiorum

a vo-

Terrentem Murrum noctes, et dira sonantem:
Eripe te, coniux, miserandae casibus urbis:
Et fuge, si terras adimit victoria Poeni,
Ad manes, Tiburna, meos: cecidere Penates:
Occidimus Rutuli: tenet omnia Punicus ensis.
Mens horret; nec adhuc oculis absistit imago.
Nullane iam posthac tua tecta, Sagunte, videbo?
Felix, Murre, necis, patriaque superstite felix.
At nos, Sidoniis famulatum matribus actas,
Post belli casus vastique pericula ponti,
Carthago adspiciet victrix: tandemque supremum,
Nocte obita, Libyae gremio captiva iacebo.
Sed vos, o iuvenes, vetuit quos conscia virtus
Posse capi, quís telum ingens contra aspera mors est,
Vestris servitio manibus subducite matres.
Ardua virtutem profert via. Pergite primi
Nec facilem populis, nec notam invadere laudem.
His ubi turbatas hortatibus impulit aures,
Inde petit tumulum, summo quem vertice montis
Amphitryoniades spectandum ex aequore nautis
Struxerat, et grato cineres decorarat honore.

Exci-

574. *morte obita* vulg. *nocte* Oxon. cum Colon.

a vobis postulabat. Formula petita e Virg. A. II, 291. *Sat patriae Priamoque datum.* cf. Valer. Flacc. III, 688. — 563. *terrentem noctes* me nocte terrentem, ut *εἴδωλον*, imago vers. 568. *laceratum* vulnus, apertum, recens.

570. Iuvabit similem orationis colorem contulisse ap. Virgil. A. XI, 159. — Mox vers. 574. *nocte obita*, post mortem. *Morte obita* iam dixerat Virgil. A. X, 641. et ante hunc Lucret. I, 135. —

578. *pergite — nec notam invadere laudem*, edite virtutis exemplum, hactenus nondum editum.

582. *Amphitryon.* Hercules, ab Amphitruone marito Alcmenes, v. Virgil. A. VIII, 103. — 583. *Cineres*, Zacynthi comitis, qui in illis terris ex morsu serpentis mortuus traditur sup. lib. I, 285. 86.

584. seqq. Prodigio serpentis e terra prorumpentis usus est Silius iterum ad exemplum Vir-

Excitus ſede (horrendum) prorumpit ab ima
Caeruleus maculis auro ſqualentibus anguis:
Ignea ſanguinea radiabant lumina flamma;
Oraque vibranti ſtridebant ſibila lingua:
Iſque inter trepidos coetus, mediamque per urbem
Volvitur, et muris propere delabitur altis,
Ac ſimilis profugo vicina ad litora tendit,
Spumantiſque freti praeceps immergitur undis.
Tum vero excuſſae mentes, ceu prodita tecta
Expulſi fugiant manes, umbraeque recuſent
Captivo iacuiſſe ſolo. Sperare ſaluti
Pertaeſum: damnantque cibos: agit addita Erinnys.
Haud gravior duris Divûm inclementia rebus,

Quam

587. *Oreque* edidit Lef. 592. *excuſſi amentes* vulg. *excuſſi mentem* Lefeb. 594. *latuiſſe* vulg. 595. *damnantque cibos* lect. Cod. Colon. et Parm. ed. *damnare cibos* aliquot editt. *clamantque cibos* Putean. errore ſcribae.

Virgilii A. V, 87. ſeqq. quem in toto loco expreſſit. Ibi ex Anchiſae tumulo anguis prorepens deſcribitur. Notum autem eſt, veteres pro geniis locorum et hominum ſerpentes exhibuiſſe, ad varia rerum ſymbola exprimenda adhibitos. cf. verſ. 592. 93. *Famulos umbrarum* angues dixit Valer. Fl. III, 458. — De *maculis ſqual. auro* vid. quae diximus ſup. ad verſ. 447. Cf. Virgil. Georg. IV, 91. unde formula mutuata, et Aen. II, 210. ſeqq. unde verſſ. 586. 87. expreſſi.

592. ſeqq. *excuſſae mentes*, ſcil. Saguntinorum prodigio territorum et de ſalute deſperantium. Id mox ſic effert: *ſperare ſaluti pertaeſum*. In illis conferunt graec. *ἐκπλήσσειν φρένας*. Homer. Il. ν, 394. — 595. *damnant*, reſpuunt, nolunt cibo diutius vitam producere, in quo ipſo etiam eſt excuſſio mentis et furor quidam. *Agit addita E.* ad furorem adigit Erinnys, ſenſu fere illo, quo Virgil. A. VI, 90. *additam Teucris Iunonem* dixit, hoc eſt, infeſtam, inimicam; ut Servius ibi explicat e Macrob. Sat. VI, 4. ubi vid. Heyn. docte pluribus diſputantem. Quamvis vox *addita* ſimpliciter vim adverbii *inſuper* exprimere poſſit, hoc ſenſu: Non ſatis eſt, Saguntinos de ſalute deſperare, et damnare cibos, ſed agit eos *inſuper* Erinnys, furore et amentia imbuens, ut

eo

Quam leti proferre moras: abrumpere vitam
Ocius attoniti quaerunt, lucemque gravantur.
Certatim ſtructus ſurrectae molis ad aſtra
In media ſtetit urbe rogus; portantque, trahuntque
Longae pacis opes, quaeſitaque praemia dextris,
Callaïco veſtes diſtinctas matribus auro,
Armaque Dulichia proavis portata Zacyntho,
Et priſca advectos Rutulorum ex urbe Penates:
Huc quidquid ſupereſt captis, clipeoſque, ſimulque
Infauſtos iaciunt enſes, et condita bello
Effodiunt penitus terra: gaudentque ſuperbi
Victoris praedam flammis donare ſupremis.
Quae poſtquam congeſta videt feralis Erinnys,
Lampada, flammiferis tinctam Phlegethontis in undis,
Quaſſat, et inferna Superos caligine condit.
Inde opus aggreſſi, toto quod nobile mundo
Aeternum invictis infelix gloria ſervat.

Prin-

601. *longas pacis op.* vulg. 605. ed. Leſ. *Huc, quicquid ſupereſt, carptim*, ut haec cum antecedentibus cohaereant. N. Heinſ. coni. *parti*, vel *gazae*. et quis non poſſet alia multa coniicere, ſi hoc eſſet ſcriptorem veterem emendare. — 610. *tractam Phl. ab undis* vulg. 613. *victis* — *ſervet* coni. N. Heinſ. 614. *parentum* cum vulg. edidit Lefeb. *letum indignata paventem* coni. D. Heinſ. *lentum indignata pavere capulum*, vel *paventum*, vel *letum indignata paventes* coni. N. Heinſ. Sed vid. nott.

eo alacrius mortis conſilium capiant. cf. inf. lib. XIII, 291. ſeqq. — 597. *abrumpere vitam* nota formula ex Virgilii multis locis. Aen. IV, 631. XI, 479. cf. infr. VII, 33.

599. ſeqq. Alte exſtructum rogum poetice exaggerat. *Longae pacis opes* exquiſite pro, opes temporibus tranquillis partae. Mox *condita bello*, intell. aurum et argentum abſconditum. cf. Liv. XXI, 14. 15.

611. *lampada quaſſat*. Proprium id Furiarum geſtamen. Eadem taedas Tiſiphone accendit ap. Virg. Cul. 245. Loca poetarum multa congeſſit Drakenb.

612. ſeqq. Sequitur locus funeſtiſſimus, quo poeta atrociſſimas Saguntinorum pereuntium ſcenas moeſtiſſimo ornatu adumbratas ſingulatim exponit.

Princeps Tisiphone, lentum indignata parentem,
Pressit ovans capulum, cunctantemque impulit ensem,
Et dirum insonuit Stygio bis terque flagello.
Invitas maculant cognato sanguine dextras,
Miranturque nefas aversa mente peractum,
Et facto sceleri illacrimant. Hic, turbidus ira,
Et rabie cladum, perpessaeque ultima vitae,
Obliquos versat materna per ubera visus:
Hic, raptam librans dilectae in colla securim
Coniugis, increpitat sese, mediumque furorem
Proiecta damnat stupefactus membra bipenni.
Nec tamen evasisse datur. Nam verbera Erinnys
Incutit, atque atros insibilat ore tumores.
Sic thalami fugit omnis amor: dulcesque marito

Efflu-

618. *adversa* vulg. 621. *nisus* coni. N. Heins. 620. *perpessusque* Lefeb. 626. *timores* vulg. pro quo ex ed. Parmens. emendabat N. Heins. *tumores*.

ponit. *Infelix gloria* est, quae miserias et graviores calamitates virtute superatas sequitur. Tisiphone ipsa ad mortem sibi inferendam cives compellit. *Lentum*, h. e. cunctanter, lente *parentem capulum*, mox variatis verbis *cunctantem ensem* dicit. Versus sequentes 617. etc non sine arte exprimunt caedes inter parentes, filios, cognatos, furore et necessitate adactos promiscue factas. Id autem tribus versibus, 617-19. trina fere variatione verborum significatur. Primum, *invitas dextras*, deinde *aversam mentem*, denique *illacrymantes sceleri* dicit, quae omnia eo redeunt, homines desperatione et furore actos fecisse caedes, quas ipsi abominati fuerint, ut si pater filios, mater filiam, vel haec illam occidit. Similes colores vid. ap. Ovid. Met. VII, 339. seqq.

621. seqq. *obliquos visus versat* nunc is, qui telum, vel gladium in pectus matris dirigit, in matrem collimat. Duriorem formulam agnosco. Sed vid. V. L. — *increpitat se*, damnat, et abominatur facinus peractum, ut mox. *medium fur.* in medio actu crimen suum agnoscit. *Atros tumores ins.* saevam iram, rabiem instillat mentibus, ut ne abstineant ab his caedibus. Ita Virgilio A. VI, 49. *rabie corda tument*. Multa loca alia

Drak.

Effluxere tori, et ſubiere oblivia taedae.
Ille iacit, totis connifus viribus, aegrum
In flammas corpus, denſum qua turbine nigro
Exundat fumum piceus caligine vertex.
  At medios inter coetus pietate ſiniſtra,
Infelix Tymbrene, furis, Poenoque parentis
Dum properas auferre necem, reddentia formam
Ora tuam laceras, temeraſque ſimillima membra.
Vos etiam primo gemini cecidiſtis in aevo,
Eurymedon fratrem, et fratrem mentite Lycorma,
Cuncta pares; dulciſque labor ſua nomina natis
Redde-

629. *connixum* vulg. *conniſum* Colon. Cod. unde N. Heinſ. coni. *conniſus.* 631. *fumans* vulg. quod recepit Lefeb. *fumum* ex Colon. 634. Sic Modius ex Colon. emendavit vulg. lectionem *redolentia.* Illud quoque exhibebat Cod. Oxon.

Drak. congeſſit. — 627. 28. Coniugum in ſe invicem ſaevientium error, tribus modis variatur, *thalami*, *tori*, *taedae.* — *Effluxere* ſcil. ex animo, quae eſt formula plenior.

629-31. Alius in medias rogi flammas ſe coniicit. Sed obſerva obrutam imaginem rogi ardentis coloribus. *Vertex piceus calig.* eſt ſumma adeoque media pars rogi, unde denſior fumus exundat, i. e. prorumpit. *Turbinem nigrum* habebis, cum cogitas nigram fumi nubem una cum flamma ex mole lignea prorumpentem cum impetu. cf. inf. v. 659. ubi expeditior ſenſus.

632-35. Locus, ſi ab inventionis laude, quae exigua eſt, receſſeris, egregie ornatus verbis, et cum affectu idoneo elatus. Tymbrenus quidam ereptum ex Hannibalis manibus patrem ipſe occidit. Iam erue ſingula. *Pietas ſiniſtra*, eſt falſa, ſ. infelix. Nempe pietatis erat, ut filius patrem a Poeno defenderet, ſed quod etiam ille occidit, hoc impium erat. Ex his tibi finge notionem pietatis ſiniſtrae, et cf. Ovid. Met. VII, 339. et VIII, 477. *Auferre necem Poeno*, graviter, pro antecapere caedem parentis, et Poeno eripere. — *reddentia form. t. ora*, et mox *ſimillima m.* apposite ad affectum et miſerationem dicta.

636. ſeqq. De fratribus geminis, per omnia ita ſibi ſimilibus, ut diſtingui non facile poſſent, locus ex imitatione Virgilii A. X, 390. ſeqq. inſertus. Scena omnino miſerabilis, in qua omnem inge-

 nii

Reddere, et in vultu genetrici ſtare ſuorum.
Iam fixus iugulo culpa te ſolverat enſis,
Eurymedon, inter miſerae lamenta ſenectae:
Dumque malis turbata parens, deceptaque viſis,
Quo ruis? Huc ferrum, clamat, converte, Lycorma;
Ecce ſimul iugulum perfoderat enſe Lycormas.
Sed magno, Quinam, Eurymedon, furor iſte? ſonabat
Cum planctu; geminaeque nota decepta figurae,
Funera mutato revocabat nomine mater:
Donec, tranſacto tremebunda per ubera ferro,
Tunc etiam ambiguos cecidit ſuper inſcia natos.

Quis

639. *ſtare* ex Codd. Colon. Putean. Oxon. et priſcis editt. ante Iuntinam, in qua ex interpolatione Nicandri primum legitur *baerere*. 645. *quianam* Lefeb. In vulg. *quonam*. 646. *notis* Lef. 647. *renovabat* Lefeb. 648. *Ceſſit*, *et ambiguos* vulg. Noſtram lectionem Modius ex Colon. Cod. reſtituit.

nii luxuriem exercuiſſe videtur Silius, qua etiam ſuperavit caeteros Virg. imitatores. v. Lucan. III, 603-608. Stat. Theb. VI, 340-45. — *Mentitur* fratrem is, qui ita ſimilis illi eſt, ut aliorum iudicium et oculos conturbet. Vnde in eadem re Quintilian. Decl. VIII, p. 129. *errorem oculorum* dixit. *Dulcis labor* etc Singula ornate expreſſa. *Laborem* dicit ſtudium parentis geminos filios recte internoſcendi, quod etſi difficile eſt, propter ſummam ſimilitudinem, tamen etiam *dulce*, iucundum. *Gratum parentibus errorem* Virgil. l. l. dixit. — *in vultu ſtare*, haerere veluti dubium, et ſollicitum, ne unum cum altero confundat. Loca ab Heinſio allata nunc nihil explicant.

640-50. Gemini fratres ſe ipſi trucidant. Mater confuſis utrumque nominibus compellans deinde cadaveribus filiorum illapſa moritur. — *culpa te ſolverat enſis*, crimine matris necatae, quia Eurymedon ſe prius interficiebat. *Decepta viſis*, mater errore oculorum filios permutans, Eurymedonta nomine Lycormae, et hunc illius nomine vocat, *funera mutato nomine revocabat*. Mox et ob ſimilitudinem vultus *ambigui nati* dicuntur. Mirum eſt, quam variis modis poeta in omni hoc loco in geminorum ſimilitudine deſcribenda ludat.

Quis diros urbis casus, laudandaque monstra,
Et Fidei poenas, et tristia fata piorum,
Imperet, evolvens, lacrimis? Vix Punica fletu
Cessassent castra, ac miserescere nescius hostis.
Vrbs, habitata diu Fidei, coeloque parentem
Murorum repetens, ruit inter perfida gentis
Sidoniae tela, atque immania facta suorum,
Iniustis neglecta Deis: furit ensis et ignis:
Quique caret flamma, scelerum est locus. Erigit atro
Nigrantem fumo rogus alta ad sidera nubem.
Ardet in excelso proceri vertice montis
Arx, intacta prius bellis, hinc Punica castra,
Litoraque, et totam solita inspectare Saguntum:
Ardent tecta Deûm. Resplendet imagine flammae
Aequor, et in tremulo vibrant incendia ponto.

651. *facta* vulg. et sic Lef. 652. *temperet* vulg. 656. *fata* Colon. ut vers. 651. pro vulg. *facta*. 662. *solita inspectare* Lefeb. quod recepi. Nam vulgatum *soliti spectare* non intelligebam, quo referendum esset. *solita hinc* coniecerat N. Heins. 663. *resplendet* MSS. cum optimis editt. confirmant. Primus Marsus dedit *respondet*.

650. seqq. Color orationis ductus e Virgil. A. II, 6. seqq. et 361. *Laudanda monstra* dicit facinora abhorrenda et atrocia per se, quae tamen laudem et gloriam mereantur propter virtutem et fidem, qua patrata sunt. 654. *parentem murorum*, v. supr. lib. I, 273.

663. *resplendet — aequor.* Incendium urbis ex aequore, tanquam ex speculo resplendet, et conspici potest. Sic Virgil. A. II, 312. *Sigea igni freta lata relucent.* Sequentia ad naturae veritatem apte expressa. *Vibrant incendia*, quatenus in fluctibus tremulis, flammae etiam tremulae imago repercutitur. In simili ornatu praeivit Lucret. II, 228. *totaque circum aere renidescit tellus*, et γραφικωτέρως etiam Virgil. Georg. II, 281. *late fluctuat omnis aere renidenti tellus*, ubi vid. Heyn. De Luna e ponto resplendente idem Aen. VII, 9. *splendet tremulo sub lumine pontus*, ubi vid. Cerda. cf. Aen. VIII, 22. Valer. Flacc. II, 583. *unda sacris ignibus vibrat.* et cf. Burman. ad lib. III, 558. Lucan. V, 446. *pontus non solis imagine vibrat.*

Ecce inter medios caedum Tiburna furores,
Fulgenti dextram mucrone armata mariti,
Et laeva infelix ardentem lampada quaſſans,
Squalentemque erecta comam, ac liventia planctu
Pectora nudatis oſtendens ſaeva lacertis,
Ad tumulum Murri ſuper ipſa cadavera fertur.
Qualis, ubi inferni dirum tonat aula parentis,
Iraque turbatos exercet regia manes,
Alecto ſolium ante Dei ſedemque tremendam
Tartareo eſt operata Iovi, poenaſque miniſtrat.
Arma viri, multo nuper defenſa cruore,
Imponit tumulo illacrimans: maneſque precata,
Acciperent ſeſe, flagrantem lampada ſubdit.
Tunc rapiens letum, Tibi ego haec, ait, optime coniux,
Ad manes, en, ipſa fero: ſic enſe recepto
Arma ſuper ruit, et flammas invadit hiatu.
Semiambuſta iacet nullo diſcrimine paſſim,
Infelix obitus, permixto funere, turba.
Ceu, ſtimulante fame, cum victor ovilia tandem

Fauci-

668. *arrecta* Lefeb. cum N. Heinſ.

665. ſeqq. Vltimam ſcenam Tiburna Murri coniux oſtendit. Ornatu poetico obrutus paene locus, ſed quae ad Tiburnam pertinent, apte ad affectum luctumque deſperatae coniugis expoſita ſunt. — 668. *erecta comam*, proprie, erectam comam habens, horroris et furoris inſigne, ut *arrectae horrore comae* ap. Virgil. A. IV, 280. *Squalentem* vero dicit disiectam, diſciſſam. cf. Virgil. A. VI, 48. — 671 ſeqq. De Furiis ſuppliciorum apud inferos miniſtris, dictum ad verſ. 526. Caeteri ornatus paſſim obvii. *Infernus parens*, Pluto, ut ap. Virgil. A. VII, 327. *odit et ipſe pater Pluto.* Idem mox *tartareus Iupiter*, alibi *Stygius*, Virgil. A. IV, 637. et *niger*, Sil. VIII, 116.

675. *nuper defenſa.* cf. lib. I, 519. ſeqq. — 679. *recepto*, transacto per pectus, vel viſcera. — Mox *hiatu invadit flammas*, veluti aperto ore hauſtura mortem, quam maturare cupiebat, *rapiens letum.*

680. ſeqq. Foeda imago, quae tamen animum ſumma miſeratione commovet, expreſ-

ſa

Faucibus invaſit ſiccis leo, mandit hianti
Ore fremens imbelle pecus, patuloque redundat
Gutture ructatus large cruor: incubat atris
Semeſae ſtragis cumulis; aut, murmure anhelo
Infrendens, laceros inter ſpatiatur acervos.
Late fuſa iacent pecudes, cuſtoſque moloſſus,
Paſtorumque cohors, ſtabulique gregiſque magiſter;
Totaque vaſtatis disiecta mapalia tectis.
Irrumpunt vacuam Poeni tot cladibus arcem.
Tum demum ad manes, perfecto munere, Erinnys
Iunoni laudata redit, magnamque ſuperba
Exſultat rapiens ſecum ſub Tartara turbam.
At vos, ſidereae, quas nulla aequaverit aetas,
Ite, decus terrarum, animae, venerabile vulgus,
Elyſium et caſtas ſedes decorate piorum.
Cui vero non aequa dedit victoria nomen,
(Audite, o gentes, neu rumpite foedera pacis,

699. *quîs* vulg. *cui* ex Colon. 700. *ne rumpite* Lefeb.

ſa etiam illa comparatione ſequenti, quae comparata eſt ad hanc tantummodo ſententiam declarandam: ſemiambuſtorum et interfectorum cadavera promiſcue et paſſim iacuiſſe. Caetera omnia ad ornatum pertinent, qui, quamvis omnem naturae obſervationem exhaurit, nunc tamen poetam luxuriantem maxime declarat. Colores undique congeſſit, et variavit e Virgilio ſuo cf. inprimis Aen. IX, 339. ſeqq. X, 723. cf. Valer. Flacc. VI, 613. et ibi Burm.

693. Reditum Furiae ad inferos, brevibus abſolvit, cum dignitatem et ubertatem Virgilii aſſequi deſperaret. cf. Aen. VII, 540-62.

696. ſeqq. Poetae veluti λόγος ἐπιτάφιος Saguntinis dictus, idoneo affectu et apte tanquam in exequiis civium piorum additus; quo nomine hunc locum recte laudavit Clement Eſſai de Critique ſur la literature etc. T. I. pag. 76. *Sidereae animae*, coeleſtes, diis carae, ob virtutem et fidem ſervatam. — Sequitur imprecatio in Hannibalem iſtius calamitatis auctorem. Eius exempla paſſim obvia apud poetas. cf. Virgil. A. IV, 607. ſeqq. Horat. Epod. V, ſub f. Quod *exterritum umbris Sag.* Han-

Nec regnis poſtferte fidem!) vagus exſul in orbe
Errabit toto, patriis proiectus ab oris;
Tergaque vertentem trepidans Carthago videbit.
Saepe Saguntinis ſomnos exterritus umbris
Optabit cecidiſſe manu; ferroque negato,
Invictus quondam Stygias bellator ad undas
Deformata feret liventi membra veneno.

Hannibalem praedicit, pertinet ad opinionem veterum, interfectorum animas, eos, quorum ſcelere perierant, hoſtiliter perſequi. Exempla attulit Drakenb. Claud. in Ruf. II, 324. et infr. Sil. XVII, 161. ſeqq. Sic Dido Aeneam increpans ap. Virg. A. IV, 386. *Omnibus umbra locis adero. Dabis, improbe, poenas.* — 705. Cum ferro mortem non inveniat, veneno ſe ipſum interficiet. Notus interitus Hannibalis ex Liv. XXXIX, 51.



C. SILII ITALICI PVNICORVM LIBER III.

ARGVMENTVM.

Sagunto everſa Hannibal, Boſtarem quidem ad Garamantes mittit, ut de belli futuri fatis oraculum Iovis Ammonis conſulat; ipſe autem ad Gades proficiſcitur. Ibi templo Herculis perluſtrato, coniugi perſuadere ſtudet, ut ne ſe cum infante ulterius in bellum ſequatur. Ea re ſollicitam et lamentantem argumentis a brevitate vitae et gloriae ſtudio petitis conſolatur. Tum Hannibal variis curis ſopitus, Iove Mercurium immittente, in ſomnis admonetur de bello Romanis inferendo. Expergefactus Iovi et Marti ſacra facit, et copias univerſas e caſtris educit. Cum his Pyrenaeum montem petit, Rhodanum tranſit, et ad Alpes procedit, quos poſt varia diſcrimina tandem ſuperat. Iam Venus apud Iovem de Hannibalis coeptis conqueritur. Is ita illam conſolatur, ut futuram Romanorum gloriam auguretur. Interea Boſtar, ex Garamantibus redux, narrat, quid ibi expertus fuerit, viderit, audierit, oraculoque expoſito animos militibus addit.

POSTQVAM rupta fides Tyriis, et moenia caſtae,
Non aequo Superûm genitore, everſa Sagunti;

 Ex-

1-4. Sagunto everſa, Hannibal Gades profectus Herculi vota exſolvit. Ita diſerte Livius XXI, 21. Quem cum in toto carmine ſequi conſtituiſſet Silius, ſibi valde defuiſſet, ſi ſe abſtinuiſſet ab hoc veluti epiſodio quodam, in quo

Extemplo positos finiti cardine mundi
Victor adit populos, cognataque limina Gades.
Nec vatum mentes agitare et praescia corda
Cessatum super imperio. Citus aequore Bostar
Vela dare, et rerum praenoscere fata iubetur.
Prisca fides adytis longo servatur ab aevo,
Qua sublime sedens, Cirrhaeis aemulus antris,
Inter anhelantes Garamantas corniger Hammon
Fatidico pandit venientia secula luco.
Hinc omen coeptis, et casus scire futuros
Ante diem, bellique vices novisse petebat.
Exin clavigeri veneratus numinis aras

Capti-

4. pro vulg. *limina*, Cod. Putean. *litora*. 8. *adyti* Lefeb. 14. *cornigeri* in duobus MSS. exhiberi, Barthius notavit, demonstrans id errore illorum factum, qui hunc locum ad Hammonem referrent, quamvis ad Herculem pertineret. v. nott.

quo tot ornatus poeticos consumere poterat. Consilium et dotem carminis Siliani non recte intellexerunt, qui hoc omne libri initium plane absurdum iudicarunt, ut Clemens, libro supra laudato, p. 32. — 2. *non aequo* Iove, iniquo, iniusto. cf. lib. II, 363 et 657. *Gades in cardine finiti mundi positos*, ut poeta dixit, quia in extrema parte terrae continentis ad Occid. inter Lusitaniam et fretum Herculeum Africae in Ocean. Atlant. siti erant. Ergo haec passim variarunt poetae. v. supr. lib. I, 141. Horat. Od. III, 3. 45.

5 - 13. Simul Bostarem ad Garamantes mittit, ut Hammonis oraculum super imperii sui fortuna consulat. *agitare*, pro consulere, tentare. Sed moleste dixit *mentes*, et *corda*, quorum alterutrum nunc mihi friget. A vers. 8. describitur ipsum templum Iovis Hammonis apud Garamantes in luco situm, qui inde *fatidicus* (v. ad lib. I, 414.) quia ibi oracula fundebat Hammon, *secula ven. p.* exquisite. Hinc et *Cirrhaeis aemulus antris*, ob similitudinem cum oraculo Apollinis Delphici. *Cirrha* oppid. Phocidis sub Parnasso, unde est ascensus ad Delphos. vid. ad vers. 99. — 10. *anhelantes* aestu solis, qui istam regionem vexat.

14. seqq. *Exin*, nempe postquam Bostarem ad oraculum miserat, ipse Hannibal templum Herculis Gaditani adit. Hoc est *clavigerum numen*, nomine

Captivis onerat donis, quae nuper ab arce
Victor fumantis rapuit femufta Sagunti.
Vulgatum (nec caffa fides) ab origine fani
Impofitas durare trabes, folafque per aevum
Condentum noviffe manus: hinc credere gaudent
Confediffe Deum, feniumque repellere templis.
Tum, quîs fas et honos adyti penetralia noffe,
Femineos prohibent greffus, ac limine curant
Saetigeros arcere fues: nec difcolor ulli
Ante aras cultus: velantur corpora lino,
Et Pelufiaco praefulget ftamine vertex.

19. *hinc* Colon. Putean. et aliae editt. *hic* vulg. 20. *templo* Lefeb. 25. *Ex Pelufiaco* Dausqu. et nonnulli alii ediderunt. Sed MSS. et prifcae editt. *et Pel.*

mine paffim obvio apud poetas, e quibus Ovid. Metam. XV, 22. et 437. Faft. IV, 67. Drakenb. attulit. Herculem Gadit. cum clava exhibet numus Hadrian. apud Triftan. Com. Hift. T. I. p. 486. — 15. *captivis donis*, ex praeda Sagunt. ἀναθήμασι, ut Virgil. A. X, 619. Etiam *onerare d.* formula Virgiliana Aen. III, 485. X, 620.

17-20. Fama eft, hoc templum incolumitatem et firmitatem fuam a primo tempore exftructionis fervaffe. Id verbis varie ornat poeta. *Durant trabes*, et *folas condentum manus norunt*, quatenus nunquam refectum aut denuo inftauratum fuit. Mox *fenium repellere*, pro fartum tectum fervare, ruinam prohibere. Marfus notat, Silium traduxiffe ad hoc templum, quod de Apollinis templo Vticenfi narrat Plin. XVI, 40. *ubi Numidicarum cedrorum trabes durant, ita ut pofitae fuere prima urbis eius origine. Et in Hifpania Sagunti aiunt templum Dianae a Zacyntho advectae cum conditoribus, cui pepercit religione inductus Hannibal iuniperi trabibus etiam nunc durantibus.*

21. feqq. Templi ritus et facra. Caufas, quare feminae a templo Herc. exclufae fuerint, attulerunt varias Macrob. Sat. I, 12. et Plutarch. Quaeftion. — *arcere fues.* Id proprium fuerit Herc. Gaditano neceffe eft, cum alibi Herculi fues etiam immolatae fint, ut e Sexto Emp. lib. III. Pyrrh. Hyp. p. 155. et Phaedr. V, 4. Drakenb. docuit. Ergo Herculem Aegyptium cultum ibi fuiffe putant, quia a fuibus abhorruerint Aegyptii. Hoc

Diſcinctis mos tura dare, atque e lege parentum
Sacrificam lato veſtem diſtinguere clavo.
Pes nudus, tonſaeque comae, caſtumque cubile,
Irreſtincta focis ſervant altaria flammae.
Sed nulla effigies, ſimulacrave nota Deorum
Maieſtate locum et ſacro implevere timore.
In foribus, labor Alcidae, Lernaea reciſis
Anguibus hydra iacet, nexuque eliſa leonis
Ora Cleonaei patulo caelantur hiatu.

Aſt

34. pro *celantur*, quod Dausq. Cellar. aliique ediderunt, Bentleius emendavit *caelantur*.

Hoc vult Philoſtrat. Vit Apol. V, 5. At Arrian. Exped. Al. II, 16. non Aegyptium, ſed Tyrium Herc. Gadibus cultum teſtatur. — *Nec diſcolor* omnibus ſacerdotibus unus veſtium color et modus, ex *Peluſ. ſtamine*, lino Aegyptio, cuius candor inprimis laudatur veteribus, expreſſus ille forte Silio in voce *praefulget*. In ſacris Aegypt. etiam vittae ſ. infulae lineae memorantur. cf. Heyn. ad Virgil. XII, 120. Var. Lect. — 28. *caſtum c.* in quo nulli feminae locus.

32. ſeqq. Vere inciſos fuiſſe in foribus templi Gadit. Herculis labores, Philoſtratus l. l. tradidit. Caeterum Silius multos habuit, quos in his ſequeretur, inprimis Virgilium, qui in foribus templi Apollinis, quod Cumae erat, ſimilia inſculpta narrat Aen. VI, 20. ſeqq. In numero vel ordine laborum Herc. apud poetas non eſt argutandum, cum nec omnes illos nec certo ordine peractos appellant. cf. interpp. ad Valer. Flacc. I, 34. — De *Lernaea* vid. ſupr. lib. II, 158. — 34. De leone Nemaeo ab Hercule ſuffocato, nota res. *Nexu*, amplexu brachiorum, proprio paleſtrae vocabulo. cf. Geſner. ad Quintil. lib. II p. 83. Senec. Herc. Fur. 225. et Agamemn. 829. Ergo *eliſa ora* dixit ipſum leonem ſuffocatum, ut et *patulus hiatus* declarat, qui ſuffocationem ſequitur. Diod. Sic. IV, 11. p. 257. τὸν αὐχένα σφίγξας τοῖς βραχίοσιν, ἀπέπνιξε. Valer. Flac. I, 34. *Cleonaeo iam tempora cluſus hiatu Alcides.* Sic *eliſa guttura laqueo* Lucan. II, 154. et cf. Virgil. A. VIII, 260. ubi Hercules Cacum ſimili modo *corripit in nodum amplexus*, et 289. *ut geminos premens eliſerit angues.* —

Aſt Stygius, ſaevis terrens latratibus umbras,
Ianitor, aeterno tum primum tractus ab antro,
Vincla indignatur, metuitque Megaera catenas.
Iuxta Thraces equi, peſtiſque Erymanthia, et altos
Aeripedis ramos ſuperantia cornua cervae.
Nec levior vinci Libycae telluris alumnus
Matre ſuper, ſtratique genus deforme bimembres
Centauri, frontemque minor truncam amnis Acarnan.
Inter

35. *Stygias — umbras* Burmannus coni. 36. *inferno tum primum abſtractus ab antro* coni. N. Heinſ. 39. *cervi* Lefeb. Sic et ed. Mediol. Sed vid. nott. 42. *frontemque timet minor omnis Acarnan* vulg. *rumor nunc omnis Acarnan* Oxon. Cod. *frontemque minor nunc amnis Acarnan* Colon. unde N. Heinſ. noſtram lectionem reſtituit. Bentleius legendum cenſebat: *frontemque illinc minor amnis Acarnan*, et *illinc* exponit, ab altera parte.

35. 36. Locus expreſſus e Virgil. A. VI, 400. ſeqq. *Tractum* etiam *ab antro* ex Virgilio hauſit, ibid. verſ. 395. 96. cf. Aen. VIII, 296. 97. et Homer. Il. ϑ, 368. Alii poetae varie idem dixerunt. v. Senec. Herc. Fur. 819. — 38. *Thraces equi*, equae Diomedis e Thracia abductae ab Hercule. v. Diod. Sic. l. l. Cap. 15. p. 261. *peſtis*, noto poetarum more, quibus peſtis vocatur, quicquid noxium et pernicioſum eſt. v. interpp. ad Valer. Fl. II, 498. — 39. de *cerva* aureis cornubus inſtructa v. Diod. Sic. l. c. Cap. 13. *aeripedis* χαλκοπόδα, ob velocitatem. v. Virg. Aen. VI, 803. Quint. Calabr. VI, 223 a Drakenb. laudatus ϑοὴν πόδας. Diod. Sic. τάχει διαφέρουσαν. cf. Martial. Epigr. lib. IX, 101. Caeterum vana ſunt, quae late diſputant interpretes, de varietate veterum, modo *cervum*, modo *cervam* narrantium. Talia enim non ſunt ſubtiliter diſtinguenda in poetis, nedum phyſica ratione impugnanda, ut fecerunt, qui cervas cornubus altis inſtructas negabant, auctoribus Ariſtotele aliiſque.

40. *Libycae telluris alumn.* Antaeus Libycus. v. Diod. Sic. l. c. Cap. 17. p. 263. De Centauris ab Hercule debellatis ibid. Cap. 12. *bimembres*, bicorpores, διϲωμάτους. Virgil. A. VIII, 293. *nubigenas bimembres*, nempe hominis et equi formis mixtos. Sophocl. Trach. 1103. διφυῆ τ' ἄμικτον ἱπποβάμονα ϲτρατόν. Cic. Tuſc. II, 8. *bicorporem manum.* — 42. *amnis Acarnan*, Aetolus, Achelous fluvius. Fabulam tradit Diod. Sic.

Inter quae fulget sacratis ignibus Oete,
Ingentemque animam rapiunt ad sidera flammae.
Postquam oculos varia implevit virtutis imago,
Mira dehinc cernit: surgentis mole profundi
Iniectum terris subitum mare, nullaque circa
Litora, et infuso stagnantes aequore campos.
Nam qua caeruleis Nereus evolvitur antris,
Atque imo freta contorquet Neptunia fundo,
Proruptum exundat pelagus, caecosque relaxans
Oceanus fontes torrentibus ingruit undis.
Tum vada, ceu saevo penitus permota tridenti,
Luctan-

45. *variae v. i.* coni. N. Heins. probante Barthio et N. Heins. 47. *invectum* Cod. Oxon. 49. *Iam* pro *Nam* Lefeb. 51. *Praeruptum* vulg. *pror.* Colon. 52. *Oceani* vulg. quod primus Marsus edidit. et sic Lef. *Oceanus* Codd. Colon. Oxon. Putean. cum priscis editt. Rom. Parm. Mediol.

Sic. IV, 35. et Sophocl. Trach. 415. Fingebant Herculem cum Acheloo in taurum converso pugna decertasse, et in conflictu alterum ei cornu detruncatum Aetolis dono dedisse. v. Ovid. Met. VIII, 87. seqq. et IX, 1. seqq. Heroid. IX, 140. Hinc patet *frontem truncam minor,* graeca structura pro, altero cornu truncatus. Hausit ex Ovid. l. c. 85. 86. cf. Stat. Theb. IV, 106. seqq. Ita infra Silius IX, 400. *truncam frontem,* oculis saxo elisis, dixit.

43. *Oete* mons, ubi rogo exstructo Hercules deflagravit. *Sacratos ignes* haud dubie dicit fulmine Iovis accensos. v. Diod. Sic. IV, 38. p. 283. qui addit persuasionem ortam, Herculem ex mortali consortio ad Deos emigrasse, quod poeta innuit vers. 44. cf. Sophocl. Philoct. 1427. Ovid. Met. IX, 165. seqq.

46. Iam Hannibal cernit aestum Oceani. Quis non suspicetur haec ideo addita poetae, ut ornatus poetici expromendi libidinem expleret? *Surgentis molem profundi* dicit ingentem aquae massam cum impetu se attollentis. cf. infr. lib. XIV, 124. Vide, quam variis coloribus aestum describat. — Verss. 49. 50. adumbrati e Virgil. A. II, 418. *saevit tridenti spumeus, atque imo Nereus ciet aequora fundo,* ubi v. Heyn. — *caerulea antra*, de ipso fundo maris, quod perpetuo epitheto *caeruleum* poetis: mox *caecos fontes*, ut ex profundo abdito eiectas

Luctantur terris tumefactum imponere pontum.
Mox remeat gurges, tractoque relabitur aeſtu,
Ac ratis erepto campis deſerta profundo,
Et fuſi tranſtris exſpectant aequora nautae.
Cymothoes ea regna vagae, pelagique labores
Luna movet: Luna, immiſſis per caerula bigis,
Fertque, refertque fretum, ſequiturque reciproca Tethys.
Haec propere ſpectata duci: nam multa fatigant.
Cura-

55. *fractoque* coni. N. Heinſ. et recepit Lefeb. 56. *Stat ratis* coni. Heinſ. et ſic ed. Lef. 57. *effuſi* vulg. *Et fuſi* primus Dausq. poſuit ex coniectura. Idem exhibebant Codd. Colon. et Oxon. *in tranſtris* coni. N. Heinſ. 61. *Nam multa fatigant Pondera curarum, primum ſubducere bello* vulg. quod primus Nicander protulit in Iuntina. Noſtram lectionem exhibent libri ſcripti et priſcae editt. Rom. Parm. Mediol.

eiectas aquas. Sequentia 53. 54. ſi luxuriem nimiam condones poetae, graviter et ad naturae ipſius imaginem expreſſa ſenties. Loca ſimilia poetarum congeſſit Cerda ad Virgil. Georg. I, 356.

55-57. Maris aeſtuantis fluctus ad contrariam partem repelluntur, *tracto aeſtu*, retracto, repulſo. Similis locus Virgil. A. X, 307. de fluctu litus alluente: *retrabitque pedem ſimul unda relabens*. Rates cum aeſtu maris in terram continentem delatae, iam *deſertae*, relictae reſidunt in tellure. *Fuſi nautae* ſedentes per tranſtra *expectant aequora*, quibus iterum in mare remigare poſſint.

58. ſeqq. Reciproci maris aeſtus cauſa Luna eſt. *Cymothoes regna*, ipſum mare. Eſt illa una e Nereidibus. Mare igitur *movet*, turbat, excitat luna. *pelagi labores* ipſum aeſtum maris. cf Virg. Georg. II, 249. ubi Lunae eadem vis tribuitur: *qua vi maria alta tumeſcant, obicibus ruptis, rurſusque in ſe ipſa reſidant.* Luna *immiſſis per caer. bigis*, i. e. per coelum decurrens. Biiuges equi lunae noti vel ex Virgil. Cul. 282. — 60. *Reciproca Thetys* unda refluens. Vide, quam variet poeta unam rem. Formularum veluti luſum quendam, qui ubertatis ſpecie fallit, agnoſco. *Revoluta Thetys* eſt apud Claudian. in Ruf. I, 132.

61. ſeqq. *multa fatigant.* Variarum rerum curis impeditus immorari ſpectando diu non poterat, ſed omnia obiter et propere perluſtranda erant.

Curarum prima exercet, ſubducere bello
Conſortem thalami, parvumque ſub ubere natum.
Virgineis iuvenem taedis, primoque Hymenaeo
Imbuerat coniux, memorique tenebat amore.
At puer, obſeſſae generatus in ore Sagunti,
Biſſenos Lunae nondum compleverat orbes.
Quos, ut ſeponi ſtetit, et ſecernere ab armis,
Affatur ductor: Spes o Carthaginis altae,
Nate, nec Aeneadum levior metus, amplior, oro,
Sis patrio decore, et factis tibi nomina condas,
Quîs ſuperes bellator avum: iamque aegra timoris
Roma tuos numeret lacrimandos matribus annos.
Ni praeſaga meos ludunt praecordia ſenſus,
Ingens hic terris creſcit labor: ora parentis
Agno-

66. *ad ora* primus Nicander edidit. *in ora* contra leges metricas dederat Marſus, qui explicat, in regione Saguntina. *in ore* Barth. et Heinſ. ex MSS. et editis vindicarunt. 72. *qui ſuperes* primus Marſus ed. *quîs* MSS. et edd. Parm. Rom. Mediol. aliaeque. *iam geſta timoris* Cod. Oxon. Vnde Barthius coni. *iuſta tim.* N. Heinſ. *iam certa timoris.* 73. *numerat* Cod. Putean. et ed. Parm. 75. Pro *terris* in Oxonio erat *malis.* Vnde Barthius coni. *Italis.*

erant. 62. *ſubducere* mox verſ. 68. *ſeponere*, et *ſecernere armis* dicit, ne ipſum ſequerentur in itineribus bellicis.

64. ſeqq. Sequitur novum epiſodium de coniuge et filio Hannibalis, vario ornatu inſtructum; nec ſine ingenio gravem Hannibalis characterem tenerioribus amoris coniugalis et paterni ſenſibus temperatum agnoſcent, qui harum rerum ſenſum habent. 64. 65. primas nuptias iniiſſe Hannibalem declaratur. Huc *virgineae taedae*, et *primus Hymenaeus* pertinent. 67. nondum duodecim menſes natus erat puer. 68. cum *ſtetit*, propoſitum eſſet Hannibali coniugem et puerum ſeiungere et relinquere. infr. v. 114. *fixum* relinqui. — 69. Affectum idoneum habet haec patris abeuntis ad infantem puerum oratio, veſtigia etiam ſuperbiae et arrogantiae Hannib. ſervans. 72. *aegra timoris*, metuens Roma *numeret annos tuos*, quod faciunt, qui ex alicuius adoleſcentia caſus triſtes ſibi praeſagiunt. 75. *ingens labor cr.* gra-

Agnoſco, torvaque oculos ſub fronte minaces,
Vagitumque gravem, atque irarum elementa mearum.
Si quis forte Deûm tantos inciderit actus,
Vt noſtro abrumpat leto primordia rerum;
Hoc pignus belli, coniux, ſervare labora.
Cumque datum fari, duc per cunabula noſtra;
Tangat Eliſſaeas palmis puerilibus aras,
Et cineri iuret patrio Laurentia bella.
Inde, ubi flore novo pubeſcet firmior aetas,
Emicet in Martem, et, calcato foedere, victor
In Capitolina tumulum mihi vindicet arce.
Tu vero, tanti felix quam gloria partus
Exſpectat, veneranda fide, diſcede periclis

Incerti

78. *tantis inviderit actis* coni. Bentl. Idem ſervata lectione recepta, tamen in verſu ſeq. pro *ut* reponit *et*, quod recepit Leſ.

graviter, pro vulgari, hic puer, cum adoleverit, graves labores Romanis parabit, creſcet in exitium et perniciem hoſtium. Poetice ergo ipſum puerum *laborem* vocat, ut ſupra *ſpem*, et *metum*. cf. infr. lib. IV, 817. et Ovid. Met. XII, 612. ſeqq. — 77. *vagitum gravem*, robuſtiorem, et impetum quendam naturae indicantem, quae mox *elementa irarum*, prima quaedam virtutis paternae ſigna, dicit. 78. *inciderit actus*, ruperit, interruperit coepta mea morte. Verſus ſequens eandem ſententiam variat. 80. *pignus belli*, puerum, qui bellum a me inchoatum continuet.

81. ſeqq. *duc per cunabula noſtra*, fac, ut pueritiae meae veſtigia premat. Quaenam haec ſint, verſus ſequentes declarant: iuret ad aras Didonis, ut ego olim feci, bellum adverſus Romanos. *Tangere aras* proprie iurantibus vel precantibus ſolenne. cf. Virgil. A. IV, 219. Horat. Od. lib. III, 23, 17. — 85. *emicet in M.* ad bellum ducatur, in bello verſetur *calcato foed.* rupto. Conferunt τὸ ὑπερβαίνειν, et ὑπερβασίαν, de foederibus migratis; Homero uſurpata. cf. Stat. Theb. III, 208. — 86. *tumulum m. vindicet*, idoneo cum delectu verborum, quaſi monumenti in Capitolio ſibi collocandi ius habeat, ut victor. — 90. *ſuppoſta coelo*, coelum tangentia,

quibus

Incerti Martis, duroſque relinque labores:
Nos clauſae nivibus rupes, ſuppoſtaque coelo
Saxa manent; nos, Alcidae mirante noverca
Sudatus labor, et, bellis labor acrior, Alpes.
Quod ſi promiſſum vertat Fortuna favorem,
Laevaque ſit coeptis, te longa ſtare ſenecta,
Aevumque extendiſſe velim: tua iuſtior aetas,
Vltra me improperae ducant cui fila ſorores.
Sic ille. At contra Cirrhaei ſanguis Imilce
Caſtalii, cui materno de nomine dicta
Caſtulo Phoebei ſervat cognomina vatis,
Atque ex ſacrata repetebat ſtirpe parentes:
Tempore quo Bacchus populos domitabat Hiberos,
Con-

quibus veluti fundamento ſuppoſito coelum nititur. cf. ſupr. I, 202. et de Atlante Virgil. IV, 247. *coelum qui vertice fulcit*. 91. *Alcidae ſudat. labor*. v. ſupr. lib. II, 356.

93 - 96. Si mihi fortuna non favet, vitamque denegat, opto, ut tu ſuperſtes maneas. Verſus variati ex Niſi ad Euryalum oratione ap. Virgil. A. IX, 210. ſeqq. *laeva coeptis* ſiniſtra, adverſa. cf. Virgil. Georg. IV, 7. *numina laeva*. In verſſ. 95. 96. mutavit haec Virgilii: *te ſupereſſe velim, tua dignior aetas*. Vna *vitae* cogitatio produxit verſum 96. *Sorores* Parcae, noto ſenſu. Has *improperas* dixit, tardas, pigras ad filum vitae abſcindendum, in quo eſt notatio vitae productae. cf. Stat. Silv. III, 3. 20.

97. ſeqq. Livius XXIV, 41. ait: „*Caſtulo* urbs Hiſpaniae valida et nobilis et adeo coniuncta ſocietate Poenis, ut uxor inde Hannibalis eſſet.“ Iam poeta, ſive ex nominis, ſive locorum tractusque ſimilitudine, fingit urbem a *Caſtalio* quodam *Cirrhaeo*, h. e. Phocenſi, ubi erat Caſtalius fons, et Apollo inde Caſtalius, et Cirrhaeus, a Cirrha vicino oppido, dicebatur, conditam, et Caſtulo nominatam. Vnde infra verſ. 391. *Parnaſſia Caſtulo*. cf. Lud. Nonius Cap. 64. qui tradit, urbis illius montem biverticem eſſe, ut Parnaſſum, tenuemque ibi eſſe ſcaturiginem non imparem Caſtalio fonti, etiam numiſmata ibi reperta, quae alatum Pegaſum referant.

100. ſeqq. Pergit poeta etiam in nomine *Imilces* derivando luſibus indulgere. Itaque *Milichum* quendam, a Satyro

Concutiens thyrſo atque armata Maenade Calpen,
Laſcivo genitus Satyro nymphaque Myrice,
Milichus indigenis late regnarat in oris,
Cornigeram attollens genitoris imagine frontem.
Hinc patriam clarumque genus referebat Imilce,
Barbarica paulum vitiato nomine lingua.
  Quae tunc ſic lacrimis ſenſim manantibus infit:
Mene, oblite tua noſtram pendere ſalute,
Abnuis inceptis comitem? Sic foedera nota,
Primitiaeque tori, gelidos ut ſcandere tecum
Deficiam montes coniux tua? Crede vigori
Femineo: caſtum haud ſuperat labor ullus amorem.
Sin ſolo aſpicimur ſexu, fixumque relinqui:
Cedo equidem, nec fata moror: Deus annuat, oro.

I felix,

109. *ſalutem* vulg. *ſalute* ex Colon. 111. *gelidosne* vulg. quod primus Nicander in Iunt. edidit. *gelidos ut* Colon. Oxon. et ed. Parm. *gelidos ſic ſcandere* ed. Mediol. cum nonnullis aliis. *gelidosne eſcendere* coni. Daviſii ad Caeſar. B. Gall. VII, 27. *gelidos nec ſc.* coni. Heinſ. ad Ovid. Ep. V, 150. Burmannus ad Ovid. Heroid. Ep. V, 150. ſcribit *gelidos nec ſcandere tecum Deficior.* Vellem ſenſum etiam loci definiiſſet. 114. *ſexumque relinquis* vulg. auctore Nicandro, ante quem omnes libri noſtram lectionem exhibebant.

tyro et nympha procreatum, in Hiberiaque regulum, a quo *vitiato*, mutato nomine Imilce dicta fuerit. De hoc Milicho v. Mariana lib. I, 12. Vt vero Satyro et Nymphae locus eſſe poſſet, tempus illud induxit, quo Bacchus Hiſpaniam victor peragraſſe veteribus narratur. v Diodor. III, 62.

109. 10. Verſus expreſſi terum ex illis Euryali apud Virg. IX, 199. *Mene igitur ſocium ſummis adiungere rebus, Niſe, fugis.* — 110. ſeqq. *Sic foedera nota.* Senſus: itane rorſus immemor es mei erga te amoris tanti et tam recentis, ut exiſtimes me nolle tecum etiam labores itineris ſubire. — Sequentia illuſtrant hanc ſententiam. — 114. 15. Si in me non tam coniugis, quam foeminae rationem habes, quae ob ſexus infirmitatem naturalem iſti itineri impar ſit etc. In verbis huius ſententiae, ſicuti omnino in huiusmodi orationibus, tranquilliore affectu conceptis, et moratioribus, comtam Virgilii venuſtatem, dulcemque ſimplicitatem maxime deſidero.

I felix, i numinibus votisque secundis:
Atque, acies inter flagrantiaque arma, relictae
Coniugis et nati curam servare memento.
Quippe nec Ausonios tantum, nec tela, nec ignes,
Quantum te, metuo: ruis ipsos acer in enses,
Obiectasque caput telis: nec te ulla secundo
Eventu satiat virtus: tibi gloria soli
Fine caret, credisque viris ignobile letum
Belligeris in pace mori. Tremor implicat artus:
Nec quenquam horresco, qui se tibi conferat unus.
Sed tu, bellorum genitor, miserere, nefasque
Averte, et serva caput inviolabile Teucris.
 Iamque adeo egressi steterant in litore primo,
Et promota ratis, pendentibus arbore nautis,
Aptabat sensim pulsanti carbasa vento;
Cum, lenire metus properans, aegramque levare
Attonitis mentem curis, sic Hannibal orsus:
Ominibus parce et lacrimis, fidissima coniux.

Et

126. Bentleius, cui *bellorum genitor*, de Marte durius dictum videbatur, coni. *Sed tu, Bele, oro, genitor, miserere.* ad Hor. Od. I, 35. vers. 29. —

119. seqq. Non tam metuo tela hostium, quam *te ipsum*, hoc est, nimiam audaciam, et ferociam tuam, qua in obvia quaeque pericula ruis. *incautos laudum furores* infra vers. 146. dicit. Singula, quae huc pertinent, usque ad vers. 124. variis sententiis memorantur. 126. 27. Preces ad Martem pro incolumitate Hannibalis. Sed vid. V. L.

129. *promota ratis — aptabat carbasa.* Proprie id faciunt nautae *pendentes arbore*, in malum ascendentes, ad vela expedienda. Ita apud Virgil. A. III, 472. *classem velis aptare iubebat Anchises, fieret vento mora ne qua ferenti.* Sed nunc *aptare carb. vento* est expandere vela vento inflanda.

133. seqq. Sequitur gravis oratio, ad ingenium Hannibalis accommodate expressa, et bene verbis ornata. *Ominibus et lacrimis*, lacrimis ominosis. Habuit Silius ante oculos Virgil. A. XII, 72. *ne me lacrimis, neve omine tanto Prosequere in duri certamina Martis euntem.* Compararunt

Heinsius

Et pace et bello cunctis ſtat terminus aevi,
Extremumque diem primus tulit: ire per ora
Nomen in aeternum paucis mens ignea donat,
Quos pater aethereis coeleſtum deſtinat oris.
An Romana iuga, et famulas Carthaginis arces
Perpetiar? Stimulant manes, noctiſque per umbras
Increpitans genitor: ſtant arae atque horrida ſacra
Ante oculos, brevitaſque vetat mutabilis horae
Prolatare diem. Sedeamne, ut noverit una
Me tantum Carthago? et, qui ſim, neſciat omnis
Gens hominum? letique metu decora alta relinquam?
Quantum etenim diſtant a morte ſilentia vitae?
Nec tamen incautos laudum exhorreſce furores:
Et nobis eſt lucis honos, gaudetque ſenecta
Gloria, cum longo titulis celebratur in aevo.

143. *ut, qui ſim, ne ſciat omnis.* coni. N. Heinſ. 146. *ne tamen* vulg. quod recepit Lefeb.

Heinſius et Heynius ad Virg. loca ſimilia Homeri Il. ω, 218. 19. et Il. ζ, 486. ſeqq. praeſertim in iis, quae mox de neceſſitate moriendi dicit. — Ad verſ. 134-36. cf. Virgil. A. X, 467. ſeqq Homer. Od. τ, 328. ſeqq. et ſup. lib. II, 223. — *Ire per ora*, ut *ferri per ora* hominum, de gloria, fama et nobilitate dici, notum. cf. Virgil. XII, 235. et Georg. III, 9. — *mens ignea*, generoſa. *ardentem virtutem* dixit Virgil. A. VI, 130. Sola virtus generoſior, paucis tantum ingenita, ad immortalitatem et gloriam provehit.

138. 39. Num patiar Romanos imperare Carthaginienſibus? 140. *horrida ſacra:* in templo Eliſſae, ubi iuraverat Hannibal perpetuum adverſus Romanos odium. v. lib. I, 92. et 102. ubi *diri templi ritus.* — 142. *ſedeamne*, obſcuram, ingloriam vitam degam, ſemper inhaeream Carthagini tantum? 144 *decora alta* praeclara facinora, vel gloria ex illis parta. 145. *ſilentia vitae* exquiſite pro vita inerti et ingloria, quas infra lib. XV, 69. *vitae tenebras*, eodem ornatu dixit Comparant interpretes ſimilia loca, ut Horat. lib. IV. Od. 9. et Claud. Conſ. Hon. IV, 122. cf. infr. verſ. 579.

146. ſeqq. Reſpondet Hannibal querelis uxoris verſſ. 120.

Te quoque magna manent ſuſcepti praemia belli:
Dent modo ſe Superi, Thybris tibi ſerviet omnis,
Iliacaeque nurus, et dives Dardanus auri.
Dumque ea permixtis inter ſe fletibus orant,
Confiſus pelago celſa de puppe magiſter
Cunctantem ciet. Abripitur divulſa marito.
Haerent intenti vultus, et litora ſervant;
Donec, iter liquidum volucri rapiente carina,
Conſumſit viſus pontus, telluſque receſſit.
At Poenus belli curis avertere amorem
Apparat; et repetit properato moenia greſſu.
Quae dum perluſtrat, crebroque obit omnia viſu,
Tandem ſollicito ceſſit vis dura labori,

Belli-

157. *conſumſit viſus, tellus pontusque receſſit.* Vulg. 161. *ſolliciti ceſſit vix cura laboris* coni. N. Heinſ. Drakenborchius putabat hoc voluiſſe Silium, „Hannibalem tandem in ſomnos delapſum eſſe curis belli fatigatum," itaque coniicit legendum eſſe, *ſolliciti ceſſit vis dura laboris*, vel etiam ſic, *ſolliciti ceſſit vix cura ſopori.*

120. et ſeqq. *Dent modo ſe Sup.* annuant coeptis meis, propitii mihi ſint. Mox *Iliacas nurus* longius nomine repetito, Romanas feminas dicit, quia nunc ad vxorem loquitur. cf. Ovid. Met. II, 366.

156. *iter liquidum*, per mare ſcil. Praeivit Virgil. qui Aen. V, 217. *iter liquidum* de aere. Sed eſt illud magis Homericum, ὑγρὰ κέλευθα θαλάσσης, unde *maria humida* Virgil. V, 594. Carina vero *rapere iter* dicitur, cum veloci curſu decurrit. Sic *rapere cantus* de eo, qui avide audit, arripit, ut Virgil. Cul. 280. et *campum* infr. verſ. 308. ubi v. plura. et ſupr. lib. I, 569.

157. De his bene Drakenborch. *conſumit viſum pontus* cum in medium mare provecti nautae nil niſi undas undique cernunt, poſtquam iam terra ex oculis evanuit. *Recedere* autem *terra* dicitur, a qua ipſi recedimus. Virgil. A. III, 72. *Provehimur portu, terraeque urbesque recedunt.*

158. ſeqq. Hannibal a Gadibus Carthaginem redit. *Amorem avertere*, coniugis filiique memoriam veluti obruere belli cogitationibus.

161. *Vis dura*, vehemens affectus amoris ſuperatus eſt a labore bellico. Ita Marſus. Sed Drakenborch. ait, hoc potius voluiſſe Silium, Hannibalem in ſomnos delapſum eſſe

Belligeramque datur ſomno componere mentem.
Tum pater omnipotens gentem exercere periclis
Dardaniam, et fama ſaevorum tollere ad aſtra
Bellorum meditans, priſcoſque referre labores,
Praecipitat conſulta viri, ſegnemque quietem
Terret, et immiſſa rumpit formidine ſomnos.
Iamque per humentem noctis Cyllenius umbram
Aligero lapſu portabat iuſſa parentis.
Nec mora. Mulcentem ſecuro membra ſopore

ſe curis belli fatigatum. vid. V. L. — Sequitur poſt haec locus de viſo nocturno Hannibalis, et portento ſerpentis ipſi oblato. Fundus narrationis eſt in Liv. XXI, 22. ſed eam Silius, ut poeta epicos ornatus anquirens, variis coloribus diſtinxit. Itaque quae Livius de iuvene ab Hannibale per quietem viſo narrat, ea definite ad Mercurium transfert, noto more poetarum, certis perſonis talia tribuere ſolitorum. Nec plane ſine delectu id fecit poeta. Nam Mercurius et eſt miniſter et nuntius (κήρυξ, διάκτορος) Deorum, et munus inprimis habet ſopiendi, et rurſus excitandi e ſomno. cf. Hom. Od. V, 47. εἵλετο ῥάβδον, τῇ τ' ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει — τοὺς δὲ αὖτε καὶ ὑπνώοντας ἐγείρει. v. Virgil. A. IV, 238. ſeqq. et infr. verſ. 199. De iuvene idem Valer. Max. I, 7. p. 90. et tangit Polyb. III, 47. Cicero adeo lib. V. de Divinat. Annibalem narrat, viſum eſſe in ſomniis a Iove in Deorum concilium vocari etc.

163. ſeqq. Cauſam reddit poeta, ait Drakenborch. cur Romani, quibus in Carthaginienſes imperium fatis debebatur, initio huius belli adverſiſſimam fortunam experti ſint. — Ergo Iovem nunc finxit id agere, ut, dum Hannibalem ad bellum acrius perſequendum ſtimularet, virtus Romanorum exerceretur, eoque maior gloria exiſteret, quo maiores ipſis calamitates ſuperandae eſſent. v. inf. verſ. 573. ſeqq. *Priſcos labores* Drakenb. nominatim de calamitate gallica intelligit; quamvis de omnibus iis caſibus cogitari poſſit, in quibus Romani antehac adverſa fortuna uſi ſunt. — 166. *praecipitat conſ.* excitat ad bellum alacrius meditandum. 167. *Formidinem* nunc accipe de viſo nocturno terrente Hannibalem.

168. ſeqq. Mercurius Hannibalem adit. Hoc poetice enun-

Aggreditur iuvenem, ac monitis incessit amaris:
Turpe duci totam somno consumere noctem,
O rector Libyae. Vigili stant bella magistro.
Iam maria effusas cernes turbare carinas,
Et Latiam toto pubem volitare profundo,
Dum lentus coepti terra cunctaris Hibera.
Scilicet, id satis est decoris, memorandaque virtus,
Quod tanto cecidit molimine Graia Saguntos?
En age, si quid inest animo par fortibus ausis,
Fer gressus agiles mecum, et comitare vocantem:
Respexisse veto: (monet hoc pater ille Deorum)
Victorem ante altae statuam te moenia Romae.

Iam-

171. *monitisque* ed. Lef. 179. *si quid inest animi, par fortibus ausis fer gressus agiles mecum*, coniecerat Burmannus. 181. *pater ipse Deorum* coni. viri docti, quam Cortius ad marginem libri sui notaverat.

enunciatur. De *Cyllenio* cf. Virgil. A. VIII, 138. eiusque cultum splendidiorem percipe ex Virg. IV, 238. seqq. et ibi Heyn. *humentem umbram* noctis, praeeunte Virgil. III, 589. propter rorem, dixit, ut passim *humidam noctem* poetae fingunt. 172. Versum ex Homero translatum iam Heinsius notavit: *οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα*, Il. β, 24. et 61. — 173. *stant bella*, opus habent, sive constant, recte succedunt.

177. seqq. Elevat Mercurius victoriam partam ex Sagunto capta, quia non magna laus sit, *tanto molimine*, tanto exercitu, et apparatu unam urbem expugnasse. Ita recte iam Marsus explicavit. Neque enim mihi Drakenborchius persuasit *Graiam Saguntum* per contemtum dictam, urbem Graecam et imbellem, cuius adeo expugnatio non magni sit pretii. Immo *Graia* dicitur, quatenus ab Hercule condita post incolis Zacynthi aucta fuit, sicut lib. I, 332. eadem *Ausonia* vocatur a colonis Ardeatibus eo concedentibus. Sunt ea mera epitheta, quae variare Silius solet. Sic *Graius* saltus Nepoti Hann. 3. dictus de Alpibus, quas primus Hercules Graius transierat. v. inf. ad lib. VIII, 243.

181. *Respexisse veto.* Hannibali interdictum fuisse, ne respiceret, diserte Livius XXI, 22. Cicero Divin. V. et Valer. Max. I, 7. p. 91. tradiderunt. Haustum illud est ex super-

Iamque videbatur dextram iniectare, graduque
Laetantem trahere in Saturnia regna citato;
Cum subitus circa fragor, et vibrata per auras
Exterrent saevis a tergo sibila linguis:
Ingentique metu Divûm praecepta paventi
Effluxere viro, et turbatus lumina flectit.
Ecce iugis rapiens silvas, ac robora vasto
Contorta amplexu, tractasque per invia rupes,
Ater letifero stridebat turbine serpens.
Quantus non aequas perlustrat flexibus Arctos,
Et geminum lapsu sidus circumligat anguis:

superstitione veteri, ut qui diis inferis aliquid devoverent, inprimis caverent, ne respicerent. Hoc deinde ad alios actus sacros poetae extenderunt. Eius ritus vestigium est in Virgil. Eclog. VIII, 101. ubi Cerda adfert similem locum Theocryti Idyll. 24, 91. et interpr. Aeschyli ad Χοηφ. 96. Sic apud Ovid. Met. X, 51. Orpheo Eurydicen suam ex Orco educturo haec lex proponitur, *ne flectat retro sua lumina, donec Avernas exierit valles*. Neque valde profanum existimem, cui, dum haec tractet, ex libris sacris Loti uxor in mentem recurrat.

188. *effluxere praecepta:* pavens metu oblitus est praecepti illius, ne respiceret. Itaque *turbatus*, exterritus fragore et sibilo, *lumina flectit*. De verbo *effluere* v. supr. lib. II, 627. *Fragorem*, Livius l. c. insequutum cum fragore coeli nimbum, cuius descriptio poetica exhibetur vers. 196. 97.

189-91. Expressa sunt Liviana: *vidisse post se serpentem mira magnitudine arborum et virgultorum strage ferri.* cf. Cicero Divin. I, 24. qui tamen non serpentem vocat, sed vastam belluam et immanem, circumplicitam serpentibus, quacunque incederet omnia arbusta, virgulta, tecta pervertentem. Ergo *rapiens sylvas* nunc est evellens, sternens arbores, quae mox *contorta*, fracta *robora* dicit.

192. seqq. Comparatio cum dracone coelesti proxime attingente, et quasi cingente Arctos, Cynosuram et Helicen, usurpata illa quoque Ovidio Met. III, 45. et Stat. Theb. V, 529. *Non aequae* dicuntur, quia inaequales sunt magnitudine. Nam Helice spatio et luce maior est, quam Cynosura, supr. lib. I, 198. *diver-*

Immani tantus fauces diducit hiatu,
Attollenſque caput nimboſis montibus aequat,
Congeminat ſonitus rupti violentia coeli,
Imbriferamque hiemem permixta grandine torquet.
Hoc trepidus monſtro (neque enim ſopor ille, nec altae
Vis aderat noctis, virgaque fugante tenebras
Miſcuerat lucem ſomno Deus) ardua quae ſit,
Scitatur, peſtis; terraſque urgentia membra
Quo ferat, et quoſnam populos depoſcat hiatu,

Cui

197. *permixtam* vulg. et ſic Cod. Colon. Caeteri, Oxon. Puteean. et editt. priſcae *permixta*. 202. *depaſcat* coniecerat Heinſ. ad marginem Claudian. 2. de laud. Stil. verſ. 115.

diverſae Arctos. — *Perluſtrare flexibus*, mox variat, cum dicit *lapſu circumligare*. Rem ipſam non eſſe ad ſubtilitatem aſtronomicam exigendam, bene Drakenborch. docuit. Vrſam enim minorem, non vero maiorem vel Helicen, draco ille amplectitur. Sed illam rationem multi poetae ſecuti, praeter Virgilium Georg. I, 244. et Manil. I, 305. qui accommodate ad veritatem aſtronomicam utrasque Arctos a Dracone potius diviſas et ſeiunctas retulerunt. cf. Erneſti ad Homer. Il. σ, 488. Sic et Ovid. Met. III, 45. anguem illum dicit *geminas Arctos ſeparare.* — 196. 97. Ornatus paſſim variatus a poetis, de tempeſtate, *rumpi coelum, polum*, vid. ad lib. I, 135. VI, 606. ſeqq. cf. haec loca Virgil. Aen. I 129. III, 199. IX, 20. Georg. III. 259. *Hiemem*, χειμῶνα, procellam, *torquet*, gravius, quam immittit, ciet. Commixtum grandine nimbum Virgil. A. IV, 120. et 161.

198 - 200. Aberrarunt, opinor, interpretes a ſenſu loci, dum docent crepuſculum matutinum a poetâ deſcriptum. Mihi parentheſis omnis huc redit, non verum et profundum ſoporem fuiſſe, in quo omnia obſcura ſint, ſed Deum *miſcuiſſe lucem ſomno*, hoc eſt, effeciſſe, ut, quamvis oculis clauſis, lucida omnia apparerent Hannibali, ut ſit in ſomniis. Marſus ad haec verba bene: „quoniam videbat, quamvis eſſet nox." — 201. 202. Livius ait, Hannibalem quaeſiviſſe, *quae moles ea, quidve prodigii eſſet*. Ergo haec Silius poetica ratione enunciat. *Vrgentia m.* prementia, ob vaſtam molem, vel etiam perdentia, vaſtantia, ob verſſ. 189. ſeqq. *Depoſcere hiatu*, pro

Cui gelidis almae Cyllenes editus antris:
Bella vides optata tibi. Te maxima bella,
Te ſtrages nemorum, te moto turbida coelo
Tempeſtas, caedeſque virûm, magnaeque ruinae
Idaei generis, lacrimoſaque fata ſequuntur.
Quantus per campos populatis montibus actas
Contorquet ſilvas ſqualenti tergore ſerpens,
Et late humectat terras ſpumante veneno:
Tantus, perdomitis decurrens Alpibus, atro
Involves bello Italiam, tantoque fragore
Eruta convulſis proſternes oppida muris.
His aegrum ſtimulis liquere Deuſque ſoporque.
It membris gelidus ſudor: laetoque pavore
Promiſſa evolvit ſomni, noctemque retractat.
Iamque Deûm regi Martique ſub omine fauſto

205. *toto coelo* vulg. pro *moto* quod eſt in MSS. 211. *decurres* — *involvens* vulg. et ſic ed. Leſ. Noſtra lectio eſt e Colon. et Oxon.

pro inhiare, petere hoſtili impetu. — Haud dubie una quaeſtio, quaenam ſit peſtis illa, quidve ſibi velit, Hannibali attonito nunc ſufficiebat. Sed poetae ornandi libidine abrepti ſaepe veritatem naturae migrare ſolent.

203 ſeqq. Moleſtam ſentio *Mercurii* notationem integro verſu expreſſam. Iners imitatio eſt Virgil. A. VIII, 138. *Nobis Mercurius pater eſt, quem candida Maia Cyllenae gelido conceptum vertice fudit.* Apud Livium iuvenis reſpondet: *Vaſtitatem Italiae eſſe.* Ergo haec a poeta nunc deſcribitur. 207. *Idaei generis*, Romanorum, ab Ida Troiana longius repetito nomine, ut ſolet. 211. *perdomitis*, itinere ſuperatis. 214. *ſtimulos* dicit ea ipſa, quae Hannibal in ſomno viderat et audierat, quatenus iis ſe excitatum ſentiebat ad bellum perſequendum. *aegrum* autem, perterritum, attonitum; ergo addit poeta ſigna terroris. *Laeto pavore:* Ita nimirum Livius l. l. „*Hoc viſu laetus* tripartito Iberum copias traiecit etc.“ *evolvit*, meditatur, ulterius cogitat de ſomnio. Eodem ſenſu addit, *noctemque retractat*, repetit animo viſum nocturnum. cf. Ovid. Met. IV, 568. et X, 370.

217. Hannibal Iovi, Marti et

Inſtauratus honos; niveoque ante omnia tauro
Placatus meritis monitor Cyllenius aris.
Extemplo edicit convellere ſigna, repenſque
Caſtra quatit clamor permixtis diſſona linguis.
Prodite, Calliope, famae, quos horrida coepta
Excierint populos, tulerintque in regna Latini:
Et quas indomitis urbes armarit Hiberis,
Quaſque Paraetonio glomerarit litore turmas
Auſa ſibi Libye rerum depoſcere frenos,
Et terris mutare iugum. Non ulla, nec unquam
Saevior it trucibus tempeſtas acta procellis:
Nec bellum raptis tam dirum mille carinis

Acrius

219. *placatur* vulg. 222. *Prodito* vulg. *prodite* Codd. Colon. Oxon. cum editt. Mediol. et Iunt. 229. *ruptis* Colon. et Oxon. Cum Gronovio locus hic mendoſus videretur, Salmaſius conſultus cenſuit legendum eſſe, *raptis in Troiam mille carinis.*

et Mercurio ſacra facit. *Inſtauratus honos* de ſacrificio inſtituto, formula Virgiliana, ut Aen. V, 94. VIII, 268. — 221. *diſſona linguis* ornate, ob diverſas gentes, quae in Hannibalis exercitu erant. *convellere ſigna*, proprie, quia terrae infixa haerebant.

222. ſeqq. Calliopen, ut principem Muſarum, et caeteras veluti complexam, alloquitur, imitatus in eo loco Virgilium A. IX, 525. iuncto altero libri VII, 641. ubi populi in Turni et Aeneae caſtris ſtipendia facientes recenſentur. Habuerat in eo recenſu Virgilius quidem exemplum Homeri, in catalogo navium, ut ibi Heynius adnotavit. Sed Silius Virgilium ſibi exemplar propoſuit, quod ſi rerum copia, doctrina varioque ornatu, gentiumque originibus moribusque delineandis non plane aequavit, certe ita aemulari ſtuduit, ut ſummam rerum illarum notitiam et diligentiam ornandi probaret. Similes recenſus paſſim poetae inſtituerunt. cf. Stat. Theb. IV, 32. ſeqq. Lucan. III, 169. ſeqq. I, 392. ſeqq. Val. Fl. VI, 41. ſeqq. — 225. *Paraetonium litus* eſt in Marmarica regione Libyae, ubi portus et urbs Paraetonium. *Rerum frenos* pro imperio dici docuimus ad lib. I, 144. Mox *iugum* eodem ſenſu infert, quod *mutant terris*, qui imperio populorum peregrinorum potiuntur, ut cum Libyes Romanos ſubiugare auderent. — 229. *bellum r. mille*

Acrius infremuit, trepidumque exterruit orbem.
Princeps ſigna tulit Tyria Carthagine pubes,
Membra levis, celſique decus fraudata ſuperbum
Corporis; at docilis fallendi, et nectere tectos
Nunquam tarda dolos. Rudis his tunc parma; brevique
Bellabant enſe; at veſtigia nuda, ſinuſque
Cingere inaſſuetum; et rubrae velamine veſtis
Ars erat in pugna fuſum occuluiſſe cruorem.
His rector fulgens oſtro ſuper altior omnes
Germanus nitet Hannibalis, gratoque tumultu
Mago quatit currus, et fratrem ſpirat in armis.
Proxima Sidoniis Vtica eſt effuſa maniplis,
Priſca ſitu, veteriſque ante arces condita Byrſae.
Tum, quae Sicanio praecinxit litora muro,

In

rinis. Heinſius ſic emendabat: *raptis in Pergama mille carinis.* Vtrumque erat potius locum explicare, quam emendare. 234 *his tum* Putean. *radiis tum* ed. Rom. Vnde N. Heinſ. coni. *rude ſutum parma.* 238. *hos* coni. Heinſ. 243. *Tunc quae* etc. ed. Leſ.

mille carinis, Troianum. Hoc numero plerumque poetae claſſem Graecam deſignant. cf. Virgil. A II, 198. ubi v. Cerda; et Silius variis in locis, ut lib. VIII, 623. Alia loca Drakenborch. congeſſit. *infremuit*, multo potentius nunc, quam vulgare, fuit.

231. ſeqq. Iam ſingulas urbes nominat, quae milites ad bellum Hannibali miſerint. Primi Carthaginienſes. *Celſi decus fr. corporis*, parvae ſtaturae homines. 233. *dociles fallendi*, quos ſupra lib. II, 56. *bilingues Libyas* dixerat. *rudis parma*, rudi opere ſuta. *Veſtig. nud.* pedibus nudis incedentes. v. Virgil. A. VII, 689. — *ſinus c. inaſſu.* diſcincti, laxa veſte, ut ſupr. lib. II, 86. — 236 Eandem artem cruoris occultandi veſtibus rubris fuiſſe Lacedaemoniis, tradiderunt Valer. M. II, 9. ext. 2. Meurſ. Lacon. II, 19. — *Gratum tumultum* Drakenborch. dicit eſſe, qui Magoni gratus erat, ut homini bellicoſo, allato loco Callimach. Lav. Pall. 44. ubi Pallas ἵππων καὶ σάκεων ἁδομένα κατάγω. — 240. *ſpirat*, refert, ſimilis eſt fratri, ferocia, armis quoque paribus, v. ad lib. II, 431. —

In clipei ſpeciem curvatis turribus, Aſpis.
Sed dux in ſeſe converterat ora Sychaeus,
Hasdrubalis proles, cui vano corda tumore
Maternum implebat genus, et reſonare ſuperbo
Hannibal haud unquam ceſſabat avunculus ore.
Affuit undoſa cretus Berenicide miles;
Nec, tereti dextras in pugnam armata dolone,
Deſtituit Barce ſitientibus arida venis.
Nec non Cyrene Pelopei ſtirpe nepotis
Battiadas pravos fidei ſtimulavit in arma;

Quos

253. *parvas fidei* Putean. *parvos* ed. Parm. et Mediol.

244. *Aſpis* Clupea etiam dicta Strabon. VI, p. 425. Caſ. cf. Salmaſ. ad Solin. p. 227. Vrbem in formam clipei ſ. ἀσπίδος, conditam, Silius notat. *Turres* pro aedificiis, et urbe in univerſum. Collem etiam nomine Aſpis ibidem ſitum docet Strab. lib. XVII, p. 1191. — 247. *reſonare Ann. haud ceſſabat* etc. Hannibalem avunculum ſuum continuo iactabat, eiusque neceſſitudine ſuperbiebat,

249. ſeqq. *Berenicide*, urbe Cyrenaicae non procul a Syrte maiore ſita. De *Barce* in eadem Libyae parte v. ad lib. II, 62. — 250. *Teretem dolonem* e Virgilii Aen. VII, 664. petiit Silius, ubi Servius ex Varrone docet, eſſe contum cum ferro breviſſimo.

252. *Cyrenes* urbis origines tradit inde a *Pelopaeo nepote*, Tera Peloponneſiaco, ubi olim Pelops regnaverat. A Theraeis autem, Spartana colonia, Cyrenem conditam, memorat Strab. XVII, p. 1194. *Battiadas* Cyrenaeos vocat, a Batto, ſive rege antiquo, ſive conditore, ut quidam veterum tradiderunt. vid. Strabo l. l. cf. ſupr. lib. II, 61. Cur autem *pravos fidei* dicat, dubitant interpretes. Drakenborchius tribus modis eam rem expedire ſtudet. Primum ſuſpicatur reſpici forte ad illud factum Batti, quod Silius lib. VIII, 62. refert, eum eieciſſe Annam Didonis ſororem, cui dextram, fidei ſignum, tetenderat, poſtquam Pygmaliona adventare audierat. Deinde dicit poſſe Silium adluſiſſe ad aliam Hiſtoriam, quae periiſſet. Si neutrum placeat, exiſtimat Silium confudiſſe duos Battos, alterum Laconem, Cyrenes conditorem, alterum paſtorem, qui a Mercurio, quod contra fidem datam furtum eius proditurus erat, in lapidem indicem

dicem

Quos trahit, antiquo laudatus Hamilcare quondam,
Consilio viridis, sed belli serus, Ilertes.
Sabratha tum Tyrium vulgus, Sarranaque Leptis,
Oeaque Trinacrios Afris permixta colonos,
Et Tingin rapido mittebat ab aequore Lixus.
Tum Vaga, et antiquis dilectus regibus Hippo,
Quaeque procul cavit non aequos Ruspina fluctus,
Et Zama, et uberior Rutulo nunc sanguine Thapsus.
Ducit tot populos, ingens et corpore et armis,
Herculeam factis servans ac nomine famam,

An-

255. *belli serus* MSS. pro *bello* vulg. *Ilerces* Colon. 256. *Sabratha*, quod est in libris scriptis, editi variant, *Tabraca*, *Sabraca*, *Sabrata*. 260. *cernit* vulg. pro *cavit*, quod exhibent Colon. et Oxon. N. Heins. coni. *spernit*. 261. *Rutulorum sanguine* vulg. et sic Lef. *rutulo de sanguine* est in priscis editt. *rutulamine sanguine* Oxon. et Putean. vitiose. Nostra lectio est Cod. Colon.

icem mutatus dicatur Ovid. Met. II, 687. Quicquid autem sit, valde durum et fere absurdum foret, si poeta perfidiae notam, quae ad solum Battum pertinebat, ad Cyrenaicos ideo transferre voluerit, quod ab illo Battiadae dicti fuerint. De Batto mul- Herodot. IV, 155. seqq. Iustin. XIII, 7. et Spanhem. ad Callim. Apoll. 76.

254 *trahit*, ducit, ductor it. Alibi dicit *rapere*, exemplo Virgilii. *Consilio vir.* acer, promtus in consiliis capiendis, sed *serus belli*, propter senectutem non idoneus ad pugnam.

256. seqq. *Sabratha*, *Leptis*, *Oea*, tria oppida Libyae inter Syrtes ad mare sita. In his Oea colonia iam a veteribus dicta. Vnde *Trinacrios colonos* poeta commemorat, ex Sicilia eo delatos. *Leptis* Sarrana, i. e. Tyria, a Sarra civitate, quae postea Tyrus dicta. *Lixus* fluvius regionis Tingitanae in Mauretania. Strab. lib. II, p. 156. — *Vaga* Plinio H. N. V, 4. oppidum Vagense. *Hippo antiq. dil. regibus*, unde *Hippon regius* dicitur, distinguendus ab Hippone διαῤῥύτῳ prope Vticam sito. v. Salmas. ad Solin. p. 227. — *Ruspina*, inter Leptim et Adrumetum, remotior a portu. Ergo *procul cavit fluctus iniquos*, saevos maris. *Tapsus* vicina illis civitas. v. Strab. XVII. p. 1183. Plin. V, 4. In ea regione Caesar Scipionem debellavit.

Antaeus, celſumque caput ſuper agmina tollit.
Venere Aethiopes, gens haud incognita Nilo,
Qui magneta ſecant: ſolis honor ille metalli,
Intactum chalybem vicino ducere ſaxo.
His ſimul, immitem teſtantes corpore ſolem,
Exuſti venere Nubae. Non aerea caſſis,
Nec lorica riget ferro, nec tenditur arcus:
Tempora multiplici mos eſt defendere lino,
Et lino munire latus, ſcelerataque ſuccis
Spicula dirigere, et ferrum infamare veneno.
Tum primum caſtris Phoenicum tendere ritu
Cinyphii didicere Macae. Squalentia barba
Ora viris: humeroſque tegunt velamine capri
Saetigero: panda manus eſt armata cateia.
Verſicolor contra caetra, et falcatus ab arte
Enſis Adyrmachidis, ac laevo tegmina crure.

Sed

269. *exuſto venere Mibae* vulg. *Nubae* legendum eſſe, ante coniecerant viri docti, quam ea lectio in Cod. Oxon. reperiebatur. 273. *inflammare* coni. N. Heinſ. et ſic edidit Lefeb. 276. *velamina c. ſaetigeri.* vulg. Noſtra lectio nititur MSS. et priſcis editt. 278. *falcatus in harpen*, coni. N. Heinſ. et ſic edidit Lefeb. Lectionem vulg. tuitus eſt vir doctus in Batavis, quem ſupra laudavimus ad Lib. II, 421. ob ſimilia loca Tibull. I, 5. 4. II, 1. 56. Ovid. Am. II, 4. 30. 279. *Adyrmachidis* ex Cod. Colon. pro vulg. *Adyrmachidae.*

264. *Antaeus* dux. Hunc poeta prolem facit illius Antaei, qui cum Hercule luctans occubuit. v. Diod. Sic. IV, 157. ubi dicitur ῥώμῃ σώματος καὶ παλαίστρας ἐμπειρίᾳ διαβεβοημένος. Itaque ille nomine et factis ſervabat famam Herculis, ut, cum hic nominabatur, ille vetus Antaeus ſtatim ſimul occurreret eum Hercule.

265. ſeqq. *Qui magneta ſecant.* cf. Plin. XXXVI, 16. *Non incognita gens Nilo* dicitur, quia Nilus ex Aethiopia defluit. 271. 72. Capite et corpore lino teguntur. *Scelerata* infecta, imbuta veneno, v. lib. I, 219.

274. 75. Ante oculos Silius habuit Virgil. Georg. III, 312. 13. ubi ſetas hircorum Ciniphiorum tentoriis inſervire docet. 277. *cateia* teli genus, a Virgilio tributum Teutonibus Aen. VII, 741. ubi vid. Heyn. et interpretes veteres. 278. 79. Imitatur Virgilium Aen. VII, 732. *Laevas caetra tegit,*

Sed menſis aſper populus, victuque maligno:
Nam calida triſtes epulae torrentur arena.
Quin et Maſſyli fulgentia ſigna tulere,
Heſperidum veniens lucis domus ultima terrae.
Praefuit intortos demiſſus vertice crines
Bocchus atrox, qui ſacratas in litore ſilvas,
Atque inter frondes revireſcere viderat aurum.
Vos quoque deſertis in caſtra mapalibus itis,
Miſceri gregibus Gaetulia ſueta ferarum,
Indomitiſque loqui, et ſedare leonibus iras:
Nulla domus; plauſtris habitant: migrare per arva
Mos, atque errantes circumvectare penates.
Hinc mille alipedes turmae, velocior Euris,

Et

288. *Getulia ſueta* lectio ex Colon. Cod. reſtituta pro vulg. *Getuli, aſſueta.* Gronovius lib. 2. de Pecun. vet. cap. 4. ita verſum legendum putat: *miſceri gregibus, Gaetule, aſſuete ferarum* etc. 292. *His mille*, et mox *ruebat* vulg. Sic ed. Lef.

tegit, falcati comminus enſes. De enſibus his v. Lipſ. Saturn. II, 9. De *Adyrmachidis*, gente Libyca, Herodot. IV, 168. v. infr. lib. IX, 224. *tegmina* clypeum dicit, ut de Sabinis infr. lib. VIII, 421. cf. Virgil. VII, 690. de Hernicis: *Veſtigia nuda ſiniſtri inſtituere pedis, crudus tegit altera pero*, et Heyn. in Excurſ. ad h. l. — 280. *menſis aſper*, ob victum parcum, tenuem, qui ſequenti verſu deſcribitur. Obſerva luxuriantem poetam in his variationibus: *menſis aſper, victus malignus, triſtes epulae.* —

282. *Maſſyli* Numidae pop. Mauretaniae confines, unde ex Heſperidum lucis venientes dicit, et mox harum hortos deſcribit. Nam etſi illi horti vulgo a poetis intra fines Cyrenaicae ponantur, Silius tamen Virgilium ſecutus inprimis, in Mauretania ad Atlantis montis radices collocat. cf. Virgil. Aen. IV, 483. et ſeqq. ubi et *ſacri in arbore rami*, ut h. l. *ſacratae ſylvae*, quia Veneri ſacra poma aurea, quae violare nefas erat. 285. *Bocchum* nominat copiarum ducem, quia Maurorum rex eius nominis celebrabatur. cf. Strabo XVII, p. 1183. *Demiſſus crines*, demiſſos, defluentes a vertice crines, eosque *intortos*, criſpos habens.

287. ſeqq. Sequuntur Gaetuli gentes Nomades, vagae,

et

Et doctus virgae sonipes in castra vehebant.
Ceu pernix cum densa vagis latratibus implet
Venator dumeta Lacon, aut exigit Vmber
Nare sagax e calle feras, perterrita late
Agmina praecipitant volucres formidine cervi.
Hos agit haud laeto vultu, nec fronte serena,
Asbytes nuper caesae germanus, Acherras.
Marmaridae, medicum vulgus, strepuere catervis:
Ad quorum cantus serpens oblita veneni,
Ad quorum tactum mites iacuere cerastae.
Tum, chalybis pauper, Baniurae cruda iuventus,
Contenti parca durasse hastilia flamma,
Miscebant avidi trucibus fera murmura linguis.
Nec non Autololes, levibus gens ignea plantis;
Cui sonipes cursu, cui cesserit incitus amnis,

Tanta

302. *ad quorum cantus* vulg. *tactum* ex Colon.

et errantes. De his vid. Sallust. Iugurth. Cap. 18. Vitam Nomadum declarant *mapalia*, *plaustra*, *errantes penates*. 293. *doctus virgae sonipes*, quia illae gentes pro fraenis virga utebantur, de qua vid. sup. ad lib. I, 217. et II, 64. 295. seqq. In hac comparatione teneas velocem impetum Gaetulorum exprimi, nihil amplius. *Lacon*, et *Vmber*, praestantioris generis canes. cf. Virgil. A. XII, 753. cui et Spartani, et Amyclaei canes inprimis veloces dicti Georgic. III, 405. et 345. et supr. lib. I, 421. *Spartanos latratus*.

Ad verss. 300-303. vid. supr. lib. I, 411. seqq. — 303. seqq. *Baniurae*, et *Autololes*, Gaetuli. v. Plin. H. N. V, 2. — *gens ignea*, velocissima, exemplo Virgil. Aen. XI, 718. *pernicibus ignea plantis transit equum cursu*. Heynius ibi e Catullo etiam *flammea vestigia* adfert. Iam Silius, ut est in his male luxurians, per 3 integros versus eiusdem illius celeritatis levitatisque indicia cumulat. Possit quidem Silius excusari exemplo Virgilii, qui Aen. VII, 807. seqq. in Camillae velocitate denotanda nimius forte videatur. Sed haec tum propter auctoritatem vetustam Homeri (Iliad. υ, 226 - 29.), tum ob loci omnis gravitatem caeterosque ornatus non displicent in Virgilio, ut taceamus eum duabus comparationibus contentum fuisse, cum in Silio

Tanta fuga eſt: certant pennae; campumque volatu
Cum rapuere, pedum fruſtra veſtigia quaeras.
Spectati caſtris, quos ſucco nobilis arbor,
Et dulci paſcit lotos nimis hoſpita bacca.
Quique atro rabidas efferveſcente veneno
Dipſadas immenſis horrent Garamantes arenis.
Fama docet, caeſae rapuit cum Gorgonis ora
Perſeus, in Libyam dirum fluxiſſe cruorem;
Inde Meduſaeis terram exundaſſe chelydris.
Millibus his ductor ſpectatus Marte Coaſpes,
Neritia Meninge ſatus, cui tragula ſemper
Fulmineam armabat, celebratum miſſile, dextram.
Hinc

310. *quos* MSS. et priſcae editt. ante Iunt. quae prima vitioſe *quo* exhibet. 312. *rapidas* vulg. et ſic Leſ. 319. pro vulg. *celebratum* N. Heinſ. coniecit *libratum*. Leſeb. edidit *librandum*.

lio quaternas legamus. v. Heyn. ad l. Virgil. et Cerdam. — 308. *penna* pro volucribus. *Campum volatu rapere* pro veloci curſu per campum ferri, ut Virgil. A. V, 144. *curru corripuere campum.*

310. 11. Lotophagos deſcribit, gentem inter Syrtes degentem. *Lotos* arbor inſignis in Africa, praecipue circa Syrtes et Naſamones, auctore Plin. XIII, 17. Quare autem poetae dicatur *bacca nimis hoſpita*, expedient verſus Virgilii Culic. 123. *impia lotos quae hoſpita nimis tenuit dulcedine captos*, quem locum ante oculos habuiſſe Silius videtur. Deinde Plinius l. c. fructum illius arboris tam dulcem eſſe narrat, ut nomen etiam genti, terraeque dederit, nimis hoſpitali advenarum oblivione patriae. cf. Homer. Od. IX, 94. et Herodot. IV, 177.

313. *Dipſadas*, ſerpentis genus. v. Plin. XXIII, 8. Lucan. IX, 610. et 738. ſeqq. — 314. Rem narrat Apollon. Rhod. IV, 1513. ſeqq. Lucan. l. c. et Diodor. Sic. IX, 55. p. 223.

318. *Meninge Neritia*. Meninx inſula Lotophagorum prope Syrtem minorem, auctoribus Strabone lib. XVII, pag. 1191. lib. III, p. 237. et Polyb. I, 39. *Neritia* dicitur, quia ad eam Vlyſſes (ipſe Neritius, a Nerito Ithacae monte dictus) divertit. Homer. Od. ι, 84. ſeqq. et Herodot. l. l. — 319. *fulmineam dextram*, atrocem, validiſſimam.

Hinc coit aequoreus Nasamon, invadere fluctu
Audax naufragia, et praedas avellere ponto:
Hinc, qui stagna colunt Tritonidos alta paludis,
Qua virgo, ut fama est, bellatrix edita lympha
Invento primam Libyen perfudit olivo.
Nec non totus adest vesper, populique reposti.
Cantaber ante omnes, hiemisque aestusque famisque
Invictus, palmamque ex omni ferre labore.
Mirus amor populo, cum pigra incanuit aetas,
Imbelles iam dudum annos praevertere saxo,

Nec

320. et 322. pro *hinc* vulg. Colon. *huc*, et sic Lefeb.

mam. Nam in quo summa vis, atrocitas, et efficacia se exserit, id fulmine comparare solent poetae. vid. ad lib. I, 421.

320. De *Nasamonibus* v. ad lib. II, 62. *Naufragia* exquisite, pro, res ex naufragiis in mari fluentes. Haec ipsis praeda, quam *ponto avellunt*, diripiunt.

322. Sequuntur populi Tritonidos paludis accolae, ex ipso Tritone fluvio confluentis, qui prope Syrtem minorem in mare influit. Libycam poeta de hoc palude fabulam tangit. cf. Lucan. Phars. IX, 347. seqq. *Virgo bellatrix*, Minerva, *edita lympha*, nimirum ex illa fabula, Neptuni et Tritonidos filia, unde ipsa Tritonia dicta, quia ibi primum visa fuerit Iasoni in hunc locum fluctibus appulso. v. Herodot. IV, 178. Pausan. Att. p. 36. et Boeot. p. 777. Ex alia fabula, cuius mentionem facit Diodor. Sic. V, 72. Minerva ad Tritonis fluvii fontes in Creta orta est, unde Tritogenia dicta.

325. seqq. Sequuntur populi ex Hispania, et eius quidem ultimis terris, occidentalibus, acciti. Huc pertinet *totus vesper*, et *pop. reposti*, quia ultimas terrarum oras istis regionibus notabant veteres. v. dicta supr. ad vers. 2. Consul Romanus ad legatos Campanorum apud Livium XXIII, 5. *Poenus hostis*, ait, *ne Africae quidem indigenam, ab ultimis terrarum oris, freto Oceani Herculisque columnis*, militem trahit. — 327. *palmam e. o. f. labore.* Tenuis sententia, meo sensu, Cantabrorum virtutem et patientiam laboris denotans. 328. 29. Senes ad bellum non amplius idonei, mortem ipsi sibi consciscunt. Expende ornatum

Nec vitam ſine Marte pati. Quippe omnis in armis
Lucis cauſa ſita, et damnatum vivere paci.
Venit et Aurorae lacrimis perfuſus in orbem
Diverſum, patrias fugit cum devius oras,
Armiger Eoi non felix Memnonis Aſtyr.
His parvus ſonipes, nec Marti notus: at idem
Aut inconcuſſo glomerat veſtigia dorſo,
Aut molli pacata celer rapit eſſeda collo.
Cydnus agit, iuga Pyrenes venatibus acer
Metiri, iaculove extendere proelia Mauro.

335. *Marti natus* coni. N. Heinſ. et ſic ed. Lefeb. 337. *trabit* vulg. *rapit* Colon. et Oxon. 338. *Herdus agit* vulg. quod nomen alii libri variant, ut *Erdus*, *Erdnus*, *Ervus*, *Ardus*. Ex Cod. Colon. repoſitum *Cydnus*. Lefeb. tamen *Erdus* edidit, ut eſt in edit. Rom.

tum verborum. *Annos praevertere ſaxo* exquiſite pro, praecipitio finire vitam, priusquam natura mortem adferat. v. ſupr. lib. I, 226. Similia de Cantabris refert Strabo lib. III. p. 249. et de Hiberiae populis Valer. Fl. VI, 123. ſeqq. 330. 31. Gens bellicoſa deſcribitur. Habes unam rem tribus modis variatam.

331. ſeqq. Aſtures populos Hiſpaniae, ab Aſture quodam Memnonis armigero ortos efſert h. l. Silius, fabulam illam ſecutus, qua Memnon Tithoni et Aurorae filius (*Eous*) Aethiopes adduxiſſe ferebatur, ut Troianis opem ferrent. Poſt domini ab Achille occiſi mortem Aſtur in iſtas Hiſpaniae regiones ſe contulit, qui nunc dicitur *diverſus orbis*, quia ex Oriente ad Heſperum verſus profectus eſt. cf. Heyn. ad Virgil. A. I, 489. in Exc. et de fabula Ovid. Met. XIII, 595. ſeqq.

335-39. Aſturconum equorum duae virtutes commemorantur, mollis et lenis inceſſus, et velocitas. *Glomerat veſtigia* equus, cum paſſibus brevioribus incedit, ut faciunt parvi equi, et *dorſo inconcuſſo*, motu leni, qui equiti non eſt moleſtus. v. Martial. XIV. Epigr. 199. Plin. H. N. VIII, cap. 42. *Glomerare greſſus* Virgilius etiam dixit Georg. III, 117. ſed diverſo ſenſu. *Pacata eſſeda*, quorum eſt uſus in vita communi, et pacis tempore, ut diſtingueret a *iugis bellicis*, quae vocat lib. I, 223. — 338. 39. Cydnus Aſturum ductor, venandi pugnandique peritus. *extendere*

Venere et Celtae ſociati nomen Hiberis.
His pugna cecidiſſe decus, corpuſque cremari
Tale nefas. Coelo credunt Superiſque referri,
Impaſtus carpat ſi membra iacentia vultur.
Fibrarum et pennae divinarumque ſagacem
Flammarum, miſit dives Callaecia pubem,
Barbara nunc patriis ululantem carmina linguis,
Nunc, pedis alterno percuſſa verbere terra,
Ad numerum reſonas gaudentem plaudere caetras.
Haec requies luduſque viris, ea ſacra voluptas.
Cetera femineus peragit labor: addere ſulco
Semina, et impreſſo tellurem vertere aratro,
Segne viris. Quidquid duro ſine Marte gerendum,
Cal-

342. *tale, nefas.* Sic Lefeb. diſtinguit. 350. *abdere* Putean.

tendere proelia pro ſimpl. pugnare.

340. *Celtae ſoc. nomen Hib.* Celtiberi, ut Heinſius late demonſtravit. Similiter Lucan. IV, 10. *Celtae miſcentes nomen Hiberis.* cf. Diod. Sic. V, 215. p. 356. — 342. *Corpus tale*, quod nempe pugna cecidit. 343. *impaſtus*, ornans epitheton, famelicus. Sic Virgil. A. IX, 339. *impaſtus leo.* Sil. VII, 129. *impaſta turba luporum.* Celtiberorum illam opinionem circa ſepeliendos veteres promiſcue Hiſpaniae variis gentibus attribuunt. Barcaeis quidem Aelian. lib. X, 22. De Hiſpanis ſ. Iberis idem infr. Sil. XIII, 471.

344. ſeqq. Callaici, trans Durium fl. Septentrionem verſus ſiti. Eorum triplex genus divinationis poeta narrat, e *fibris*, extis pecudum, *penna*, augurio, *divinis flammis*, fulminibus. In his profecit ex Virgil. A. X, 176. ſeqq. cf. Valer. Fl. I, 231. Lucan. I, 587. De Luſitanis in genere ſimilia habet Strabo III, pag. 232. *Dives Callaecia*, ob aurifodinas, unde nobile *aurum Callaicum.* v. Martial. IV, 39. XIV, 95. cf. Iuſtin. XLIV, 3. — 346. ſeqq. non clamorem bellicum deſcribi, ſed morem Callaicorum, ſaltationibus et cantu laudes heroum celebrandi, Drakenborchius diſſeruit ad h. l. v. infr. lib. VIII, 422. Eundem morem Corallis tribuit Valer. Fl. VI, 92. ſeqq. — 350-53. Eadem tradit Iuſtinus l. l. et
Strabo

Callaïci coniux obit irrequieta mariti.
Hos Viriathus agit, Luſitanumque remotis
Extractum luſtris: primo Viriathus in aevo,
Nomen Romanis factum mox nobile damnis.
  Nec Cerretani, quondam Tirynthia caſtra,
Aut Vaſco, inſuetus galeae, ferre arma morati.
Non, quae Dardanios poſt vidit, Ilerda, furores,
Nec qui, Maſſageten monſtrans feritate parentem,
Cornipedis fuſa ſatiaris, Concane, vena.
Iamque Ebuſus Phoeniſſa movet, movet Arbacus arma,

 Acly-

362. *Artabrus* vulg. *Arbacus* Colon. *Arbatus* Putean. et ed. Rom. Parm. *Arbutus* Oxon.

Strabo lib. III, p. 250. *Segne viris*, mollior et inertior agricultura viris videtur.

354. *Viriathum* ducem induxit poeta, quia ipſe Luſitanus erat. *Nomen nobile damnis Rom.* quia idem Vertilium, C. Plancium praetores, et Claudium Vnimanum praelio vicit. cf. Liv. Epit. 52. et 54. Flor. II, 17. Iuſtin. XLIV, 2. Ciceron. Offic. I, 11. Ignobile autem antea eius nomen erat, quia, ut Livius aliique narrant, ex paſtore venator, ex venatore latro, mox iuſti exercitus dux factus eſt. Huc forte Silius reſpexit. Sed cf. lib. X, 220.

357. ſeqq. Sequuntur varii populi Hiſpan. *Cerretani* prope Pyrenaeos montes. *Tyrinthia caſtra*, quod Hercules tradebatur per Cerretanos ad Pyrenaeos verſus iter feciſſe. v. infr. verſ. 421. ſeqq. — 358. De *Vaſcone* vid. lib. V, 197. — *Ilerda* oppidum Hiſp. ad flumen Sicorim, quod belli Pompeiani tempore obſedit, eiusque campos vaſtavit Caeſar, Pompeianis in illo oppido caſtra habentibus. Hi ergo ſunt *Dardanii furores*. cf. Liv. Epit. 110. Flor. IV, 2. 26. Caeſ. B. C. I, 45. ſeqq. Lucan. IV, 13. ſeqq. — 360. *Concanos* prope Cantabros incolentes, Scythicae originis facit Silius, Scythisque, quos nunc Maſſagetes dicit, feritate ſimiles. Eos potare ſanguinem equinum, paſſim et alii poetae notarunt, ut Horat. Odar. III, 4. *laetum equino ſanguine Concanum.* cf. Valer. Flacc. II, 157. et ibi Burm.

362. *Ebuſus* ἔβυσος, inſula Hiſpan. Strabon. III. pag. 240. et 254. quam *Phoeniſſam* dicit, ut Phoenicum coloniam. Diod. Sic. V, 16. ἔρεσον. Dio Caſſ. lib. 43. p. 258.

Aclyde, vel tenui pugnax inſtare veruto:
Iam cui Tlepolemus ſator, et cui Lyndus origo,
Funda bella ſerens Baliaris et alite plumbo;
Et quos nunc Gravios, violato nomine Graiûm,
Oeneae miſere domus, Aetolaque Tyde.
Dat Carthago viros, Teucro fundata vetuſto,
Pho-

365. *fervida bella ferens* vulg. *funda b. f.* ex MSS. vindicarunt viri docti, niſi quod Modius *gerens*, alii *ſerens* coniecerunt.

p. 258. ἔβεσον vocat. — *Arbacus.* Arevacos dicit Strabo III, p. 246. Plin. III, 3. *aclydem* fuiſſe telum ſ. iaculum loro aptatum, quod emitti et retrahi poſſet, patet ex loco Virgil. A. VII, 730. ubi vid. Cerda.

364. Baleares ex Rhodiis ortos declarat. Tlepolemus filius Herculis ex Aſtyoche, cum Licymnium avunculum interfeciſſet, collecta iuvenum manu fugiens tandem Rhodum pervenit, ubi inter alias urbes etiam *Lindum* condidit. Deinde Rhodii, quos ille Troiam duxerat, capta urbe, in Iberiam navigantes Baleares inſulas habitarunt. Fundus huius fabulae eſt apud Homer. Iliad. β, 653. ſeqq. e quo repetiit Strabo XIV. p. 965. cf. Diodor. Sic. IV, 58 — *alitem plumbum* vid. ad lib. I, 314. et cf. lib. V, 193. IX, 233.

366. 67. *Gravios*, quos lib. I, 235. Grovios dixerat; Tyden oppidum ſupra fl. Minium in maris vicinia ſitum adſignat, dictis illis ex vitiato *Graium* nomine. Grovios etiam Mela et Ptolomaeus habent. Tyden *Aetolam* vocat, quia illam Diomedes Aetoliae rex condidiſſe, et ex patris Tydei nomine appellaſſe ferebatur. Itaque infr. Silius lib. XVI, 369. *Ipſum Aetola, vago Diomedi condita, Tyde miſerat.* Hinc et *Oeneae domus* dicta, ab Oeneo avo Diomedis, unde oppidum ſ. vicus Oenoe. v. Pauſan. Corinth. XXV. p. 167. Homer. Iliad. XIV, 117. Ptolomaeus Τȣδαι vocat, et Groviorum urbem. Plinius lib. IV, 20. p. 240. *caſtellum.* De Diomede illo cf. Dionyſ. Perieg. v. 483. ſeqq.

368. *Carthaginem* a Teucro conditam, inf. etiam dixit lib. XV, 192. incertum e quo fonte hauſerit. Iuſtinus quidem lib. XLIV, cap. 3. narrat, *poſt finem Troiani belli, Teucrum morte Aiacis fratris inviſum patri Telamoni, cum non reciperetur in regnum, Cyprum conceſſiſſe; Inde patriam repe-*

Phocaïcae dant Emporiae, dat Tarraco pubem
Vitiſera, et Latio tantum ceſſura Lyaeo.
Hos inter clara thoracis luce nitebat
Sedetana cohors, quam Sucro rigentibus undis,
Atque altrix celſa mittebat Saetabis arce,
Saetabis et telas Arabum ſpreviſſe ſuperba,
Et Peluſiaco filum componere lino.
Mandonius populis, domitorque inſignis equorum
Imperitat Caeſo, et ſocio ſtant caſtra labore.
At Vectonum alas Balarus probat aequore aperto.
Hic adeo, cum ver placidum, flatuſque tepeſcit,
Concubitus ſervans tacitos, grex perſlat equarum,

369. *dant* ed. Rom. et Mediol. 372. *Sedentana* vulg. *Sedetana* ex Colon. et Putean. Codd. *Hedetana* coni. Modii. 374. *ſpreviſſe ſuperbas* vulg. 378. *Vectonum* ex Colon. Caeteri libri variant, *Vetonum*, *Vettonum*. *Vaſconum alas* habet ed. Parm. 380. *proſtat* vulg. et ſic Lefeb. ex ed. Beneſſ. Alii etiam *praeſtat*.

repetiſſe; ſed quum ab Euryſace Aiacis filio acceſſu prohiberetur, Hiſpaniae litoribus appulſum, loca, ubi nunc eſt Carthago nova, occupaſſe.

370. *Emporiae*, urbs prope ſinum Gallicum ad mare ſita, *Phocaicae*, ut colonia Phocaeenſium. Ita Livius XXIX, 19. et XXXIV, 9. Plin. III, 3. — Strabo lib. III, p. 241. Maſſilienſium opus dicit. Sed hi ipſi ex Phocaea oriundi erant. 369. *Tarraco* ad mare ſitum in regione Hiſp. Tarracon. Vini Tarraconenſis praeſtantiam Plinius memorat lib. XIV, 6. p. 138.

372. *Sucronem* fluvium et *Saetabin* urbem ad illum ſitam *Sedetanorum* regioni adſcribit, quamvis extremos eius terminos tangant, ſine dubio quia celebriores erant, et occaſionem poetae praebebant, aliquid ornatus cauſa addendi. De Saetabi lini proventu, quem verſ. 374. laudat, nobili vid. Plin. XXIX, 1. ubi et de Arabico et Peluſiaco. *Componere filum*, h. e. linum ſuum Peluſiaco dicitur, quatenus certare poteſt de illius praeſtantia. — 375. 76. *Mandonius* et *Caeſo* ductores illorum populorum ſocii. *domitor equorum* ἱπποδάμας, nobile heroum Homericorum epitheton. v. Il. ε, 49. et Virgil. A. VII, 651. 691.

378 ſeqq. *Vectones* ſ. Vettones pop. Luſitaniae inter Tagum

Et Venerem occultam genitali concipit aura.
Sed non multa dies generi: properatque senectus,
Septimaque his stabulis longissima ducitur aestas.
At non Sarmaticos attollens Vxama muros
Tam levibus persultat equis. Hinc venit in arma
Haud aevi fragilis sonipes, crudoque vigore
Asper frena pati, aut iussis parere magistris.
Rhyndacus his ductor; telum sparus. Ore ferarum
Et rictu horrificant galeas; venatibus aevum
Transigitur, vel, more patrum, vis raptaque pascunt.

Ful-

383. *aestas* Colon. pro vulg. *aetas*. Quidam etiam *tertia* pro *septima* legunt. vid. nott. 384. *Vxama*, quam urbem Plinius et Ptolomaeus in Hispania agnoscunt, N. Heins. ex coni. restituit, cum libri valde variarent: *Susana* vulg. lect. *Suvana* Putean. *Saunia* Parm. Proxime accessit Colon. *Suxama*, ubi per errorem prima litera ex verbo antecedenti arrepta videtur. 387. *iussis magistri*, faciliorem utique formulam volebat Dausqueius. Sed Drakenb. vulgatam lectionem exemplis similibus defendit.

gum et Durium fluv. incolentes. Eorum *alas probat*, exercet, ducit Balarus. Tangit poeta fabulam, qua equae Lusitanae ex Zephyro s. Favonio (*auram genitalem* vocat poeta) concipere ferebantur. Hic est *grex servans concub.* veluti captans atque expectans, quia fit aura. Eum sensum pete ex Virgil. Georg. III, 272. ubi vid. Heyn. Hinc *concubitus tacitos*, et *Venerem occultam* expedias licet. Eodem alludit Silius lib. XVI, 365. De re cf. Plin. VIII, 42. XVIII, 24. Columell. VI, 27. Iustin. XLIV, 3. — 382. 83. Istius generis equi septennium vix excedunt. Plinius l. c. triennium statuit. In formula *sept. duc. aestas* praeiverat Virgil. Georg. IV, 207.

384-90. *Vxama* urbs Baeticae Hisp. inter Cluniam et Numantiam ad Durium sita. Eius *muros Sarmaticos* dum dicit poeta, originem Scythicam significat, incerto fonte, quem et Heinsius se ignorare fatebatur. *Rhyndaci* etiam ductoris nomen ex Mysiae Asiaticae fluvio eiusdem nominis fictum videtur, et caetera, quae de vitae genere et armis notantur, Sarmatica sunt. cf. Strabo lib. VII. pag. 480. ubi equos Scythicos ὀξεῖς καὶ δυσπειθεῖς appellat, quo pertinet h. l. *crudus vigor*, ferocitas, et contumacia nondum arte domita. *Sparus*

Fulgent praecipuis Parnaſia Caſtulo ſignis,
Et celebre Oceano atque alternis aeſtibus Hiſpal,
Ac Nebriſſa Dionyſeis conſcia thyrſis,
Quam Satyri coluere leves, redimitaque ſacra
Nebride, et arcano Maenas nocturna Lyaeo.
Arganthoniacos armat Carteia nepotes.
Rex proavis fuit humani ditiſſimus aevi,
Ter denos decies emenſus belliger annos.
Armat Tarteſſos, ſtabulanti conſcia Phoebo,

391. *fulget* cum vulg. ed. Leſ. Sed in Putean. erat *fulgent*, ad Caſtulonem et Hiſpalem ſimul referendum. 393. *Dei Nyſaeis thyrſis* coni. N. Heinſ.; qui et *concita* volebat pro *conſcia*, quia hoc mox recurrat. 395. *Hortano Maenas* vulg. Vnde *Orthano* coniecit N. Heinſ. de quo Deo vid. Voſſ. ad Mel. II, 11. Lefeb. edidit *Orthane*. Noſtra lectio *arcano* eſt in Cod. Colon. aliisque libris. Ed. Rom. et Parm. vitioſe *hortando*. al. *hortanti*.

rus telum agreſte, ipſo Virgilio auctore Aen. XI, 682. qui locus omnino videtur Silio ante oculos fuiſſe. — *Vis raptaque paſcunt*, vivunt ex rapinis violenter congeſtis.

391. ſeqq. De *Caſtulone* vid. dicta ad verſ. 97. — *Hiſpalis* ad Baetin fluv. ubi ſunt aeſtuaria ex Oceano Gaditano confluentia, de quibus Strab. lib. III, p. 206. ſeqq. Plin. lib. II, cap. 97. — *Nebriſſa* mari propior ad eundem Baetin. Quae poeta de *thyrſis*, *Satyris*, *nebride*, et *Maenadibus* narrat, ea, ad Bacchanalia pertinent, nec ulterius quam ad nominis Nebriſſae originem declarandam urgenda videntur. Notae enim ſunt de Bacchi in Hiſpania expeditionibus et luſibus fabulae, haud dubie ex vini generoſioris in illis terris felici proventu ortae. v. ad lib. I, 237. Plinio lib. III, cap. 1. p. 126. Nebriſſa, cognomine Veneria dicitur.

396. *Carteia* urbs in fretum Hercul. excurrens. Eius incolas dicit *nepotes Arganthoniacos*, ab Arganthonio, rege Tarteſſorum, inprimis longaevo, unde Silio *ditiſſimus aevi*, Auſonio Epiſt. X, 5. *proavis antiquior*. In numero annorum diſcrepant. cf. Plin. VII, 48. Interpp. ad Auſon. l. c. Weſſeling. ad Herod. I, 163. quem ſecutus eſt Cic. in Cat. 19. et Strab. III, p. 225.

399. *Tarteſſus* ad Oceanum occiduum ultra Hiſpaniam ſita urbs, idcirco dicitur *conſcia ſtab. Phoebo*, ex noto poetarum

Et Munda, Hemathios Italis paritura labores:
Nec decus auriferae cessavit Corduba terrae.
Hos duxere viros flaventi vertice Phorcys,
Spiciferisque gravis bellator Arauricus oris,
Aequales aevi; genuit quos ubere ripa
Palladio Baetis umbratus cornua ramo.
Talia Sidonius per campos agmina ductor
Pulvere nigrantes raptat, lustransque sub armis,
Qua visu comprendere erat, fulgentia signa
Ibat ovans, longaque umbram tellure trahebat.
Non aliter, quoties perlabitur aequora curru,
Extremamque petit, Phoebea cubilia, Tethyn
Fre-

407. *lustratque* vulg. 410. *cursu* vulg. pro *curru* quod est in membranis Colon. et Oxon.

rum phantasmate, quo Phoebus finito cursu diurno, in Oceano veluti stabulatur equos. vers. 411. *Phoebea cubilia* Oceanum dicit. Planius Ovid. Met. XIV, 416. *Presserat occiduus Tartessia litora Phoebus.* Sed venustiorem rei imaginem sentio a Marone expressam Aen. XI, 913. *roseus fessos gurgite Phoebus Hibero tingit equos.*

400. *Hemathios labores,* quales Romani in bello Macedonico experti sunt. Hemathia enim est Macedonia. v. Plin. IV, 7. Iam vero ad Mundam Caesar Pompeii filios vicit. v. Lucan. I, 40. seqq. Flor. IV, 2. 78. — *Corduba* aurifodinis celebris. v. Martial. IX, Ep. 61.

402-404. *flaventem verticem* ad flavos capillos retulit Marsus. De hoc *Phorcy* infr. lib. X, 174. — *Spiciferae orae*, ad regionem Baeticam pertinent, de cuius fertilitate Plin. III, 1. *Baetica a flumine eam secante cognominata cunctas provinciarum diviti cultu et quodam fertili et peculiari nitore praecedit.* 404. Corduba natos ductores ita effert poeta, ut simul olivarum fertilitatem eius regionis declaret. *Palladium* enim *ramum* olivam dicit, ut *arborem Palladiam* supr. lib. I, 238. Plin. XVII, 12. p. 345. *Olea non alia maior in Baetica arbor.* — *Cornua* Baeti fluvio, noto more poetarum, tribuit. v. quae supr. ad vers. 42. notavimus. cf. Virgil. Georg. IV, 371. Claud. II. in Eutrop. 163. Valer. Fl. I, 106.

410. seqq. Comparatio non nisi ad ducem praeeuntem et copias sequentes pertinet. Ita
Neptu-

Frenatis Neptunus equis, fluit omnis ab antris
Nereïdum chorus, et ſueto certamine nandi
Candida perſpicuo connectunt brachia ponto.
At Pyrenaei frondoſa cacumina montis
Turbata Poenus terrarum pace petebat.
Pyrene celſa nimboſi verticis arce
Diviſos Celtis late proſpectat Hiberos,
Atque aeterna tenet magnis divortia terris.
Nomen Bebrycia duxere a virgine colles,
Hoſpitis Alcidae crimen; qui, ſorte laborum
Geryonae peteret cum longa tricorporis arva,
Poſſeſſus Baccho ſaeva Bebrycis in aula
Lugendam formae ſine virginitate reliquit
Pyrenen, letique Deus, ſi credere fas eſt,
Cauſa fuit leti miſerae Deus. Edidit alvo

Nam-

414. *convertunt* vulg. 418. *alte proſp.* vulg. 422. *Geryonae* N. Heinſ. ex MStis et priſcis editt. vindicavit. *Gerionis* vulg. primus Buſchius in edit. Wolfii Baſil. edidit. 426. *Cauſa fuit leti miſerae, Deus edidit alvo. Namque ut ſerpentem patrias exhorruit iras.* Sic vulg. ſine ſenſu idoneo. N. Heinſius ſola diſtinctione locum ſanavit.

Neptunus dux eſt, quem ſequitur Nereidum chorus. In ſingulis color ex Virgilio ductus, ut alibi. *Perlabitur* c. ut Virg. A. I, 147. *rotis perlabitur undas*, ubi vid. Heyn. *Antra* dicit imum fundum maris, ut Virgil. V, 239. *Extrema Thetys* Oceanus Occiduus, quae eadem *Phoeb. cubilia.* v. ad verſ. 399.

415. ſeqq. Hannibal hiſce copiis inſtructus Pyrenaeos montes petit et ſuperat. 417 - 19. Pyrenaei montes Hiſpaniam a Gallia diſiungunt. *Aeterna divortia* graviter, de ſummae molis montibus, quos nulla aetas tollit, inter duas terras diverſas interiacentibus.

420. ſeqq. Sequitur fabula, quae explicet nomen Pyrenaeorum, a Pyrene Bebrycis regis filia ab Hercule vitiata. Reiicit eam Plinius III, 1. Aliud nominis etymon Diodor. Sic. tradit lib. V, 35. ubi vid. Weſſel. De *Geryone* v. ſupr. lib. I, 277. — *poſſeſſus Baccho* ebrius Hercules. Itaque mox Deus ille cauſſa leti virginis dicitur. *Bebrycis aula*, ultra Pyrenaeos in Gallia Narbonenſi, unde Bebryces populi. v. Tzezes ad Lycophron. 1305. et Cellar. Geograph. lib. II, pag. 177. — 426. *edidit ſerpentem.* Id fabulae

Namque ut ſerpentem, patriaſque exhorruit iras,
Confeſtim dulces liquit turbata penates.
Tum noctem Alcidae ſolis plangebat in antris,
Et promiſſa viri ſilvis narrabat opacis:
Donec maerentem ingratos raptoris amores,
Tendentemque manus, atque hoſpitis arma vocantem
Diripuere ferae. Laceros Tirynthius artus,
Dum remeat victor, lacrimis perfudit, et amens
Palluit invento dilectae virginis ore.
At voce Herculea percuſſa cacumina montis
Intremuere iugis: maeſto clamore ciebat
Pyrenen; ſcopulique omnes ac luſtra ferarum
Pyrenen reſonant. Tumulo tum membra reponit,
Supremum illacrimans: nec honos intercidit aevo,
Defletumque tenent montes per ſecula nomen.
Iamque per et colles, et denſos abiete lucos
Bebryciae Poenus fines tranſcenderat aulae.
Inde ferox quaeſitum armis per inhoſpita rura
Volcarum populatur iter, tumidique minaces
Accedit Rhodani feſtino milite ripas.
Aggeribus caput Alpinis et rupe nivali

Pro-

436. pro *montis* N. Heinſ. coni. *motis*. 439. *reboant* vulg. et ſic edidit Lefeb. *memorant* ed. Parm. et Mediol. e quibus etiam mox *intercidit* pro *intercidet* vulg. quod tamen ſervavit Lef.

bulae credendum, nec turbandum vocabulum, ut fecit Salmaſius, qui putabat latere ſub vocab. *ſerpentem* nomen infantis, notatus ideo a Drakenb.

429. ſeqq. *noctem Alcidae*; verecunde, pro concubitu cum Hercule. *ſolis*, ſolitariis, deſertis. Exempla formulae congeſſit magno numero Drakenb. — 434. *victor* Geryone interfecto. v. ad lib. I, 283.

444. ſeqq. Inde Hannibal per Volcarum agrum pergit Rhodanum transgreſſurus. — Premit poeta veſtigia Livii XXI, 26. — 447. Sequuntur ornati verſus Rhodani fontem et fluxum declarantes. Singula per προσωποποιΐαν elata ſunt, quam in fluminibus praecipue amant poetae. *Caput proſerit in Celtas*, ex Alpibus oriens per Galliam profluit. Simili metaphora amnes *ſurgunt* ex fontibus, ut

Vir-

Proſerit in Celtas, ingentemque extrahit amnem
Spumanti Rhodanus proſcindens gurgite campos,
Ac propere in pontum lato ruit incitus alveo.
Auget opes ſtanti ſimilis, tacitoque liquore
Mixtus Arar; quem gurgitibus complexus anhelis
Cunctantem immergit pelago, raptumque per arva
Ferre vetat patrium vicina ad litora nomen.
Invadunt alacres inimicum pontibus amnem:
Nunc celſo capite et cervicibus arma tuentur,
Nunc validis gurges certatim frangitur ulnis.
Fluminea ſonipes religatus ducitur alno;
Belua nec retinet tardante Libyſſa timore:
Nam trabibus vada, et iniecta tellure repertum
Connexas operire trabes, ac ducere in altum
Paulatim ripae reſolutis aggere vinclis.

At

448. *proſilit* vulg. et Put. Cod. Ex Colon. vero *proſerit* ſervatum. 456. *tenentur* vulg. ex Iuntina Nicandri, qui illud primum edidit. *tuentur* MSS. et primae editt. 457. *undis* exhibebant Cod. Oxon. Putean. et editt. Rom. Parm. Mediol. pro *ulnis*, quod iam Marſus edidit.

Virgil. A. IX, 30. *ſurgens ſeptem amnibus Ganges.* ubi vid. Heyn.

451. ſeqq. *Auget opes*, ornate pro, Rhodanum influit et auget Arar. *Vires* et *opes* in eiusmodi augmentis ex confluxu fluviorum paſſim dixere poetae. v. Valer. Fl. I, 357. IV, 720. et ſupr. ad lib. I, 605. Locum, ubi uterque fluvius confluunt, notarunt Livius XXI, 31. Polyb. III, 49. — Arar *ſtanti ſimilis*, quia lento curſu fluit, unde et *tacitus liquor*, et mox *cunctans*. Ad verſ. 453. cf. Lucan. I, 433. — 454. *Ferre vetat nomen.* Arar enim, ubi Rhodanum influit, nomen ſuum amittit, et omnis deinceps fluvius Rhodanus vocatur.

455. ſeqq. Tranſitum Rhodani ex Livio poetice expreſſit, lib. XXI, 27. et 28. — *Arma tuentur*, ab undarum iniuria, in capite portantes. 457. Natant per fluvium. Ita *frangitur* unda, cum ſecatur ulnis veluti remis. cf. lib. X, 498. VIII, 555. Lucan. Conſ. Hon. III, 56. — Verſ. 458. expreſſus e Livii verbis: *Equorum pars magna nantes loris a puppibus trahebantur.* — 459. ſeqq. v. Livius l. c. —

463.

At gregis illapsu fremebundo territus acris
Expavit moles Rhodanus, stagnisque refusis
Torsit arenoso minitantia murmura fundo.
Iamque Tricastinis intendit finibus agmen;
Iam faciles campos, iam rura Vocuntia carpit.
Turbidus hic truncis saxisque Druentia laetum
Ductoris vastavit iter. Namque Alpibus ortus,
Avulsas ornos et adesi fragmina montis
Cum sonitu volvens, fertur latrantibus undis,
Ac vada translato mutat fallacia cursu,
Non pediti fidus, patulis non puppibus aequus:
Et tunc, imbre recens fuso, correpta sub armis
Corpora multa virûm spumanti vertice torquens
Immersit fundo laceris deformia membris.
Sed iam praeteritos ultra meminisse labores
Conspectae propius demsere paventibus Alpes.

Cun-

463. *allapsu* vulg. et Lef. *atras moles* coni. N. Heins. 466. *incedit* vulg. pro *intendit* ex Cod. Putean. *incendit* Oxon. 469. *vastavit* vulg. Burmannus coniecerat *vexavit*, quod edidit Lefeb.

463-65. Rhodanus mole elephantorum illabentium territus, noto phantasmate poetico. In similibus praeivit Virgil. Aen. VIII, 240. et IX, 124. 25. cf. infr. lib. IV, 446.

466. Per Tricastinos et Vocontios, trans Rhodanum prope Alpes incolentes populos, agmen ducit. cf. Liv. XXI, 31. — *Faciles campi*, plani, expeditum iter habentes. *Haud impeditam viam* Livius dixit l. c. Vnde et mox poeta *laetum iter*, quod Druentia *vastavit*, interrupit, quia per Vocontiorum regionem fluit. Quae sequuntur de Druentia flumine rapido, omnia ex Livio expressa sunt, addito ornatu poetico, passim in similibus imaginibus obvio. v. Cerda ad Virgil. Aen. II, 305. et infr. lib. IV, 522. seqq. — 471. *latrantes undas* iam Virgilius dixerat Aen. VII, 588.

477. *meminisse labores demsere Alp.* dura formula pro vulg. memoriam praeteritorum laborum demserunt Alpes conspectae. Quia enim hae maiora pericula ostendebant, minorum obliti sunt. Livius l. c. cap. 32. *terrorem renovarunt Alpes.*

Cuncta gelu canaque aeternum grandine tecta
Atque aevi glaciem cohibent: riget ardua montis
Aetherei facies, ſurgentique obvia Phoebo
Duratas neſcit flammis mollire pruinas.
Quantum Tartareus regni pallentis hiatus
Ad manes imos atque atrae ſtagna paludis
A ſupera tellure patet: tam longa per auras
Erigitur tellus, et coelum intercipit umbra.
Nullum ver uſquam, nullique aeſtatis honores.
Sola iugis habitat diris, ſedeſque tuetur
Perpetuas deformis hiems: illa undique nubes
Huc atras agit, et mixtos cum grandine nimbos.
Iam cuncti flatus ventique furentia regna
Alpina poſuere domo. Caligat in altis

Obtutus

480. *aequaevam glaciem* Dausq. coniecit.

479. usque ad 500. Praemittitur Alpium deſcriptio in univerſum, in quarum ſumma altitudine exaggeranda inprimis poeta varie luxuriatur. Rerum ſummam ſuppeditare poterat Livius, qui lib. XXI, inde a cap. 32. in montium illorum deſcriptione ſumma cum elegantia et gravitate verſatur. Colores poetici ſatis noti et obvii erant. — 479-82. Alpes ab origine rerum perpetuo gelu et grandine obtectae. Hinc *aevi glaciem* paulo durius, pro, vetuſtam, aeternam. *Aethereus*, *aerius*, perpetua epitheta montium altiſſimorum. cf. Virgil. Aen. VIII, 221. Georg. III, 474. cf. infr. v. 493. — *ſurgenti obv. Phoebo.* Gravis imago ſummae altitudini notandae ſerviens. Eo quoque pertinet ſequens comparatio cum Tartari profunditate. *Regnum pallens*, nota de Tartaro formula, ut *pallida regna* Virg. Aen. VIII, 244. — *intercipit*, condit, operit.

487. ſeqq. Perpetuus ibi hiems, ventorumque domicilium. Haec per partes exaggerantur. *Aeſtatis honores* dicit frondes et fruges, exemplo Virgil. Georg. II, 404. v. Bentl. ad Horat. I, Od. 17, 16. — 492. ſeqq. Vide quam luxurianter ad altitudinis imaginem, in qua tot ornatus conſumere poterat, recurrat poeta. *Caligat obtutus*, cum rerum ſpecies obſcurat altitudo. De montibus, quorum compoſitione poeta eandem altitudinem Alpium ſignificat,

Obtutus ſaxis, abeuntque in nubila montes.
Mixtus Athos Tauro, Rhodopeque adiuncta Mimanti,
Oſſaque cum Pelio, cumque Haemo ceſſerit Othrys.
Primus inexpertas adiit Tirynthius arces.
Scindentem nubes, frangentemque ardua montis
Spectarunt Superi, longiſque ab origine ſeclis
Intemerata gradu magna vi ſaxa domantem.
At miles dubio tardat veſtigia greſſu;
Impia ceu ſacros in fines arma per orbem,
Natura prohibente, ferant, Diviſque repugnent.
Contra quae ductor, non Alpibus ille, nec ullo
Turbatus terrore loci; ſed languida maeſtus
Corda virum fovet hortando, revocatque vigorem.
Non pudet, obſequio Superûm feſſoſque ſecundis,
Poſt belli decus atque acies, dare terga nivoſis
Montibus, et ſegnes ſubmittere rupibus arma?
Nunc,

494. *minanti* in editis et ſcriptis pleriſque, praeter Colon. qui *Mimanti* exhibebat. 495. pro *Pelio* Colon. *Phlegeo*, quod edidit Lefeb. 504. *monſtris* vulg. et ſic edid. Lefeb. pro *moeſtus*, quod erat in MSS.

ficat, v. doctas notas Gierigii ad Ovid. Metam. II, 217. ſeqq.

496-99. Primus et ultimus usque ad Hannibalem Hercules Alpes ſuperaverat. v. ſupr. ad lib. II, 356. et III, 91. Dum *ſcindentem*, *frangentem*, *domantem* dicit, moleſte in una notione varianda luxuriatur poeta, quamvis illa omnia exquiſitam rationem, et poeticam vim habeant. *Intemerata ſaxa* cum delectu extulit pro, nondum veſtigiis humanis profanata. Inde verſ. 501. *ſacros fines* montis dicit, tamquam Diis habitatos et ab Hercule primum ſuperatos, et *impia arma*, quibus in talia loca ſacra penetratur. v. lib. IV, 70. et cf. lib. XV, 532. XVII, 501.

503. ſeqq. cf. Liv. XXI, 30. orationem Hannibalis ad milites, unde ſententiarum ſumma ducta eſt.

507. *dare terga* pro vulg. recuſare iter ad montes. Et *arma ſubmittere* cum proprie ſoleant ii, qui ab hoſtibus victi ſunt, nunc erit: timere aſcenſum, et vinci laboris cogitatione. Placebant mihi hae metaphorae e media re militari depromtae, cum Hannibal imperator loqueretur. Talia,

Nunc, o, nunc, ſocii, dominantis moenia Romae
Credite vos, ſummumque Iovis conſcendere culmen.
Hic labor Auſoniam, dabit hic in vincula Thybrim.
Nec mora: commotum promiſſis ditibus agmen
Erigit in collem, et veſtigia linquere nota
Herculis edicit magni, crudiſque locorum
Ferre pedem, ac proprio turmas evadere calle.
Rumpit inacceſſos aditus, atque ardua primus
Exſuperat, ſummaque vocat de rupe cohortes.
Tum, qua durati concreto frigore collis
Lubrica fruſtratur canenti ſemita clivo,
Luctantem ferro glaciem premit. Haurit hiatu
Nix reſoluta viros, altoque e culmine praeceps
Humenti turmas operit delapſa ruina.
Interdum adverſo glomeratas turbine Corus
In

512. *cum motum* coni. N. Heinſ. 522. *viventes turmas* vulg. Modius ex Cod. Colon. repoſuit *umenti*, ſ. *humenti*. Lefeb. iuſta ſine cauſa edidit *undanti*. N. Heinſ. coni. *uventi ruina*.

lia, niſi forte fortuna adducuntur, ſed cum induſtria quaeſita ſunt, ſine dubio ad ingenium poetae pertinent. — 509-11. Credite, ex Alpibus ſuperatis pendere omnem victoriam noſtram. Colorem orationis hauſiſſe videtur e Livii XXI, 35. vel ex illis cap. 30. *Romam orbis terrarum caput petentibus, quicquam adeo aſperum atque arduum videri, quod inceptum moretur?* — *Iovis culmen*, Capitolium.

512-15. Admonet, ut viam ſibi ipſi muniant milites. *Ditibus* muneribus. *Cruda locorum* dicit viam nondum tritam ab alio. Vnde *proprio calle* itur in tali via, quia veſtigiis alienis non inſiſtitur, ſed ſuis quisque pedibus primus viam calcat. Superba eſt oratio Hannibalis, veſtigia Herculis ſpernentis, et blandiens virtuti militum.

516. *rumpit*. Exquiſita vox ad laborem itineris et primos conatus deſignandos.

518-22. Haec poetice elata ſunt e Liv. XXI, 36. qui locus ſedulo rei poeticae ſtudioſis comparandus eſt. Rem ſatis tenuem nimium ornavit verbis.

523. ſeqq. *Corum*, ut ventum rapidiorem, appellat. v. lib. I, 688. *Fuſcis alis* eum inſtruit, ut Furiam Virgilius Aen. VII, 408. Infra lib. XII, 627.

In media ora nives fuſcis agit horridus alis:
Aut rurſum immani ſtridens avulſa procella
Nudatis rapit arma viris, volvenſque per orbem
Contorto rotat in nubes ſublimia flatu.
Quóque magis ſubiere iugo, atque, evadere niſi,
Erexere gradum, creſcit labor. Ardua ſupra
Seſe aperit feſſis, et naſcitur altera moles.
Vnde nec edomitos exſudatoſque labores
Reſpexiſſe libet: tanta formidine plana
Exterrent repetita oculis; atque una pruinae
Canentis, quacunque datur permittere viſus,
Ingeritur facies. Medio ſic navita ponto,
Cum dulces liquit terras, et inania nullos
Inveniunt ventos ſecuro carbaſa malo,
Immenſas proſpectat aquas; ac, victa profundis
Aequoribus, feſſus renovat ſua lumina coelo.

Iam.

525. *ſurſum* coni. N. Heinſ. 526. *Audacis viri* cum vulg. Lefeb. Noſtram lect. Modius ex Cod. Colon. reſtituit. 528. *erepſere gradus* N. Heinſ. coni. pro quo edidit Lefeb. *erepſere gradu*. 532. *plena* vulg. *plana* Oxon. et Colon. Sed talia in libris vett. ſaepe commutantur. 534. *permittere* vulg. *promittere* Colon. et ſic ed. Lefeb.

627. easdem alas Africo tribuit. vid. lib. I, 589. et ibi notata. Valer. Fl. VI, 494. *fuſcis et iam Notus imminet alis.* — 525. Operoſa et in miraculum fere aucta imago venti arma per aerem rapientis. *contortus flatus* eſt turbo, vertigo.

528-35. Narrat poeta, undique omnia terroris et laboris plena fuiſſe. Quo altius aſcendiſſent, eo magis praerupta et invia loca ſe offerebant. Et ſi reſpexiſſent, planorum locorum profunditas terrorem incutiebat. Inſuper nives oculis adſperſae viſum impediebant. Itaque ex ſequenti comparatione verſ. 536-39. hoc ſolum nunc tenendum eſt, navitam quocunque ſpectet, nil niſi immenſum pontum et coelum conſpicere; in quo navigandi labor et aerumna cernitur. Caetera ad cultum et ornatum imaginis pertinent. *Securus malus* dicitur, ubi venti quieſcunt: hi enim malum praecipue vexant, velis irruentes. *Victa lumina*, oculos feſſos et verti-

Iamque, ſuper clades atque importuna locorum,
Illuvie rigidaeque comae ſqualore perenni
Horrida ſemiferi promunt e rupibus ora:
Atque effuſa cavis exeſi pumicis antris
Alpina invadit manus, aſſuetoque vigore
Per dumos, notaſque nives, atque invia pernix
Clauſum montivagis infeſtat curſibus hoſtem.
Mutatur iam forma locis. Hic ſanguine multo
Infectae rubuere nives: hic, neſcia vinci,
Paulatim glacies cedit tepefacta cruore:
Dumque premit ſonipes duro veſtigia cornu,
Vngula perfoſſis haeſit compreſſa pruinis.
Nec peſtis lapſus ſimplex: abſciſa relinquunt

540. pro *clades* N. Heinſ. coni. *cautes* vel *calles*. 543. *evulſa* vulg. 551. *comprenſa* vel *deprenſa* coni. N. Heinſ. quorum alterutrum placebat Drakenborchio, prius recepit Leſ. — 552. *lapſu* coni. N. Heinſ. quam ſecutus eſt Leſ.

vertigine quadam affectos ex adſpectu immenſi ponti, cuius finem adſequi non valent. Supra v. 157. *conſumit viſum pontus*. — *Renovat lum.* c. recreat coeli adſpectu. Scilicet vertigo illa optime corrigitur et expellitur mutato proſpectu.

540. ſeqq. Praeter clades, quas iniquitas locorum inter ipſos milites efficiebat, evenit etiam, ut montani Alpium incolae hoſtili impetu prorumperent. cf. Livius XXI, 33. a poeta expreſſus. Satis ornati verſus, ferorum populorum os et habitum pingentes. *Semiferi* feris quam hominibus ſimiliores; ut Cacum *ſemiferum* Virgil. A. VIII, 267. et verſ. 194. eundem *ſemihominem* dixit. — *Effuſa manus* exquiſite ad impetum et copiam declarandam. cf. Virgil. A. VII, 522. et infr. lib. IV, 159.

547. ſeqq. cf. Liv. XXI, 36. *Sanguine multo*, haud dubie ex caedibus montanorum et militum Poenorum promiſcuis. Stragem hominum ingentem factam ex conſternatione equorum Livius cap. 33. adnotavit. — 552. *Nec peſtis lapſus ſimplex:* non ſolum illud malum ortum, ut equi in glacie haerentes laberentur, ſed inſuper etiam pedes et crura fracta et abſciſſa, duris ſcilicet iisque acutis glaciei fragminibus.

Membra gelu, fractosque asper rigor amputat artus.
Bis senos soles, totidem per vulnera saevas
Emensi noctes, optato vertice sidunt,
Castraque praeruptis suspendunt ardua saxis.
At Venus, ancipiti mentem labefacta timore,
Affatur genitorem, et rumpit maesta querelas:
Quis poenae modus, aut pereundi terminus, oro,
Aeneadis erit? et quando terrasque fretumque
Emensis sedisse dabis? Cur pellere nostros
A te concessa Poenus parat urbe nepotes?
Alpibus imposuit Libyen, finemque minatur
Imperio. Casus metuit iam Roma Sagunti.
Quo Troiae extremos cineres, sacramque ruinam,

Affa-

556. *proruptis* ed. Lefeb. *ostendunt* Mediol. 560. *ecquando* coni. N. Heins. et sic Lefeb.

554. seqq. cf. Virgil. A. III, 203. quem in verbis expressit Silius. De numero dierum, quibus exactis ad verticem Alpium Hannibal pervenerit, vid. Liv. l. c. cap. 35. ubi *nonum diem* narrat, Polybium secutus lib. III, 53. Forte Silius vel ideo numerum mutavit, ut loci illius Virgiliani imitatio constaret. Saepe enim poetae ornatus suos veritati anteponere solent. — *Castra suspendunt*, posuerunt. Sed illud apte ad praerupta loca nunc dicitur. cf. supr. lib. I, 128. et XIII, 531.

557. seqq. Color huius loci ductus ex Virgil. A. I, 227. seqq. ubi Venus apud Iovem queritur de periculis filii, et sequuntur verba Iovis eam consolantis. v. quae de illo loco Virgilii Macrobius Sat. II, 6. adnotavit. *Anceps Veneris timor* eo pertinet, quod incertum erat, Romani an Poeni victores futuri essent. — *Quando sedisse dabis:* quando Romanis quietas sedes et pacem praestabis. Repetit querelas ab Aeneadum post Troianas clades erroribus, et Iunonis iram tangit. — 563. *Alpibus imposuit Libyen,* graviter pro, cum totis copiis Hannibal Alpibus insistit, Romam petiturus. Auget rem, ut magis moveat Iovem, inquit Marsus, et adfert locum nobilem Virgil. A. I, 68. ubi Iuno ad Aeolum: *Gens inimica mihi Tyrrhenum navigat aequor, Ilium in Italiam portans.* — 565. *cineres* et *ruinam* cum adfectu doloris dicit

Aſſaracique larem, et Veſtae ſecreta feramus,
Da ſedem, genitor, tutiſque iacere. Parumne eſt,
Exſilia errantes totum quaeſiſſe per orbem?
Anne iterum capta repetentur Pergama Roma?
His Venus; et contra genitor ſic deinde profatur:
Pelle metus: neu te Tyriae conamina gentis
Turbarint, Cytherea: tenet, longumque tenebit
Tarpeias arces ſanguis tuus. Hac ego Martis
Mole viros ſpectare paro, atque expendere bello.
Gens ferri patiens, ac laeta domare labores,
Paulatim antiquo patrum deſueſcit honori:
Atque ille, haud unquam parcus pro laude cruoris,
Et ſemper famae ſitiens, obſcura ſedendo
Tempora agit, mutum volvens inglorius aevum,

570. *at contra* coni. Heinſ. et edidit Lefeb. 571. *ne te* Lefeb.

cit Romanos ex Aeneadis ſuperſtites. Nam cineres ſunt, qui ex incendio reſtare ſolent. Eosdem vocat *Aſſaraci larem*, praeeunte Virgil. Aen. IX, 259. *Aſſaraci larem et canae penetralia Veſtae*, ut Aen. I, 284. *Aſſaraci domum*. Aſſaracus enim Trois filius, adeoque ex Aeneae maioribus fuit. — 569. Anne excidium Troianum in Roma capta repetetur?

570. ſeqq. Iovem Veneri futura Romanorum fata interpretantem poeta induxit exemplo Virgil. A. I, 257. ſeqq. ut et adnotavit Heyn. Excurſ. 14. ad lib. VI. Aen. p. 669. Omnis loci forma et ratio hinc traducta reperietur ſedulo utrumque comparantibus. — 574. usque ad 81. cauſas exponit Iupiter, quare permiſerit Romanos cum Poenis bellum gerere. *Paro*, inquit, *hac Martis mole*, hoc gravi bello, *viros*, Romanos, *ſpectare*, et *expendere*, exercere, ne deſides virtutem avitam exuant. Luculentius hoc iam dictum eſt ſupr. verſ. 163. ſeqq. coll. Flor. I, 13. ubi de cladibus belli Gallici: *Ea fuit vis calamitatis, ut in experimentum illatam putem divinitus, ſcire volentibus diis, an Romana virtus imperium orbis mereretur.* — 576. *Antiquum honorem* dicit gloriam maiorum fortitudine et bellicis artibus excellentium.

578. *ſedendo*, in pace, laudibus parandis minus apta. Vnde

Sanguine de noſtro populus: blandoque veneno
Deſidiae virtus paulatim evicta ſeneſcit.
Magnae molis opus, multoque labore parandum,
Tot populos inter, ſoli ſibi poſcere regna.
Iamque tibi veniet tempus, quo maxima rerum
Nobilior ſit Roma malis. Hinc nomina noſtro
Non indigna polo referet labor: hinc tibi Paullus,
Hinc Fabius, gratuſque mihi Marcellus opimis.
Hi tantum parient Latio per vulnera regnum,
Quod luxu et multum mutata mente nepotes
Non tamen evertiſſe queant. Iamque ipſe creatus,
Qui Poenum revocet patriae, Latioque repulſum
Ante ſuae muros Carthaginis exuat armis.
Hinc, Cytherea, tuis longo regnabitur aevo.
Exin ſe Curibus virtus coeleſtis ad aſtra

Effe-

591. *revulſum* Lefeb. quae erat coniectura Drak.

Vnde *obſcura tempora* dicit, et *mutum aevum*, vitam ingloriam, ut ſupr. verſ. 145. *ſilentia vitae*, ubi vid. notata. 580. *blandum venenum* egregie *deſidiae* tribuitur, quod ea blanditur animis hominum, et pedetentim, ritu veneni, eos inficit, virtutemque expellit. In voc. *ſeneſcere* notio languoris ſenſim contracti praeclare declaratur.

585. *Nobilior Roma malis*, adverſa fortuna gloriam Romanorum augebit. Virtus ſcilicet in ipſa difficultate niteſcit. 587. de *Marcelli opimis* v. ad lib. I, 133. — 590. *Iam creatus, qui* etc. Iam natus et dux belli deſtinatus eſt Scipio, qui Hannibalem ex Italia repellet, bello in Africam translato. cf. lib VII, 488. Flor. II, 6. de Scipione: *Sic factum eſt*, inquit, *ut inhaerentem atque incubantem Italiae extorqueret Hannibalem*. Ideo Cicero Paradox. I, 2. Scipiones *propugnacula belli Punici* vocat. cf. Virgil. A. VI, 843. et Lucret. III, 1047.

594. ſeqq. Iupiter conſolandae Veneris gratia exponit, quam late Romani imperium producturi ſint. Ergo poeta terras varias ita appellat, ut non ſuis quamque nominibus propriis efferat, ſed partes et urbes ſingulas pro toto imperio ponat. Non dubito eum ante oculos habuiſſe nobile epiſodium Virgil. A. VI, 756. ſeqq. Sed maxime in hoc loco iudicium Silii deſidero.

Apud

Efferet; et ſacris augebit nomen Iulis
Bellatrix gens baccifero nutrita Sabino.
Hinc pater ignotam donabit vincere Thulen,
Inque Caledonios primus trahet agmina lucos:
Compeſcet ripis Rhenum, reget impiger Afros,
Palmiferamque ſenex bello domitabit Idumen.
Nec Stygis ille lacus, viduataque lumine regna,
Sed Superûm ſedes, noſtroſque tenebit honores.
Tum iuvenis, magno praecellens robore mentis,

595. Hic verſus in nonnullis editionibus praetermiſſus eſt, etiam in editione Marſi ann. 1492. in qua tamen Marſus eum interpretatus eſt. Ergo hoc videtur primum errore operarum accidiſſe, quem alii deinceps propagarunt. Pro *efferet* vulg. in Cod. Colon. *exſeret*, quod edidit Lefeb. In edit. Mediol. hic verſus ſequenti poſtponitur. 597. *huic* cum vulg. ed. Lef. pro *hinc*, quod eſt in MSS. et pluribus editt. 602. *ſedem* ſcripti. Vnde N. Heinſ. coni. *ſuperam ſedem*.

Apud Virgilium Anchiſes inducitur loquens, quem profecto non dedecebat laudes Caeſaris ex mente poetae commemorare. Verum ſi nunc Domitiani ſui laudum, veluti ex ſua ipſius perſona, Iovem praeconem facit Silius, abſurde mihi id feciſſe, et imitandi libidinem ſine iudicio idoneo expleviſſe videtur. — *Curibus*, urbe Sabinorum, ipſam regionem deſignat. Hinc *ſe efferet virt. coel.* Flavia gens Veſpaſiani e Sabinis orta, quam mox *bellatricem* dicit. v. Suet. Veſp. 2. — *baccifero*, quod in Sabinis olivae feliciter creſcunt.

597. ſeqq. *Pater* Veſpaſianus, de cuius expeditionibus in Germania, Britannia, Africa et India, quas Silius laudat v. Suet. cap. 4. *Thulen et Caledonios lucos* Britanniam dicit, ut poeta, magis definite, quam univerſe. cf. Valer. Fl. I, 7. ſeqq. Mox *Idumen*, Idumaeam ſ. Iudaeam. Palmarum feracem multi poetae celebrarunt. v. Lucan. III, 216. *arbuſto palmarum dives Idume.* Virgil. Georg. III, 12. *Idumaeas palmas.* et infr. Sil. lib. VII, 456. — 601. 602. Ille in Deorum numerum referetur. *Noſtros honores tenebit*, obſerva Iovem haec loqui. Prior verſus colorem duxit ex Virgil. Cul. 371. *Ego Ditis opacos cogor adire lacus, viduos a lumine Phoebi.*

603. *Iuvenis* Titus filius Veſpaſ. — Quae ſequuntur proprie capias de ingenii et ſtaturae praeſtantia et dignitate,

Excipiet patriam molem, celſuſque feretur,
Aequatum imperio tollens caput. Hic fera gentis
Bella Palaeſtinae primo delebit in aevo.
At tu tranſcendes, Germanice, facta tuorum,
Iam puer auricomo praeformidate Batavo.
Nec te terruerint Tarpeii culminis ignes:
Sacrilegas inter flammas ſervabere terris.
Nam te longa manent noſtri conſortia mundi.
Huic laxos arcus olim Gangetica pubes
Submittet, vacuaſque oſtendent Bactra pharetras.
Hic et ab Arctoo currus aget axe per Vrbem,
Ducet et Eoos, Baccho cedente, triumphos.

Idem,

607. *transſcendens* vulg. *transſcendes* ex Cod. Oxon. 608. *performidate* cum vulg. etiam Leſ. Noſtram lectionem N. Heinſ. ex MStis protulit. Lipſius ad Tacit. Germ. cap. 4. legit, *iam formidate*, incertum, ex coniectura, an memoria deceptus. Pro *Batavo* libri ſcripti et priſcae editiones, *Britanno*, quaſi Silius velit, Britannos non ſolum de Veſpaſiano ſibi metuiſſe, ſed et de Domitiano adhuc puero, ne is etiam parentis aemulus in Britanniam tranſire vellet. Sed vid. nott. — 613. *obtendent* coni. N. Heinſ.

tate, quam inprimis laudavit Sueton. Tit. 3. — Hic *bella Palaeſt. delevit*, dum urbe Hieroſol. ab eo capta, Iudaea in formam provinciae Rom. redacta eſt.

607. ſeqq. In Domitiano, cuius aetate florebat, Silius longiori et ambitioſiori oratione utitur. Repete, quae ad verſ. 594. de iudicio poetae notavimus. *Germanici* nomen ob victoriam a Germanis reportatam adſcivit. v. Suet. cap. 2. et Dodwell. Ann. Stat. §. 8. — *transſcendes*, ſuperabis gloriam maiorum, Veſpaſ. et Titi. *Auricomum Batavum* Germanos dicit, rufis capillis inprimis inſignes. v. Tacit. Mor. Germ. cap. 4. Hoc ſenſu *aurea caeſaries* Gallis in clypeo Achillis Virgil. A. VIII, 659. cf. infr. lib. IV, 202. *Argenteum* pro albo colore ſimili metaphora Ovidius Met. X, 213. et cf. XII, 395. — 609. Tactum de coelo Capitolium, et bello Vitellino, cum illuc Domitianus confugiſſet, templum arſiſſe, irrumpentibus adverſariis, narrat Sueton. Dom. 1. et 15. Tacit. Hiſt. III, 71. Hinc *ſacrilegas flammas* dicit, ut in loco ſacrato ſaevientes. — 611. Diu inter nos vives.

612. 13. Indos et Bactrianos

Idem, indignantem tranſmittere Dardana ſigna,
Sarmaticis victor compeſcet ſedibus Hiſtrum.
Quin et Romuleos ſuperabit voce nepotes,
Quîs erit eloquio partum decus. Huic ſua Muſae
Sacra ferent; meliorque lyra, cui ſubſtitit Hebrus,
Et venit Rhodope, Phoebo miranda loquetur.
Ille etiam, qua priſca (vides) ſtat regia nobis,

617. pro vulg. *ſedibus* N. Heinſ. coni. *caedibus* ex Putean. Cod. ubi vitioſe *caetibus*. Eodem modo, vel etiam *legibus* Dausqueius corrigendum putabat. Sed Gronovius in Diatr. Stat. cap. 2. vulgatam ſcripturam tuebatur. 619. *Qui ſerit eloquio patrum decus* Putean. *Qui ferit* etc. Colon. Vnde coni. N. Heinſ. *Biſque erit eloquio partum decus*. 622. Verſum ex Colon. et Oxon. reſtituerunt viri docti; Vulgata lectio haec erat: *Illa etiam qua priſca fides ſtat regia nobis*,

nos ſubiget. In *arcubus laxis*, remiſſis, et *vacuis pharetris* victoriae elegantem imaginem ſiſtit. — 614. 15. Ex regionibus Septentr. et Orientalibus redux triumphum celebravit. cf. Suet. cap. 6. *Currus aget*, triumphales, nota res. Contra veritatem hiſtoriae poetam Orientales Domitiani triumphos laudaſſe, iam Marſus notavit. In *Bacchi* comparatione, quae magis poetam adſentatorem, quam Iovis loquentis perſonam decebat, praeiverat iam Virgil. A. VI, 805. Caeterum de Bacchi expeditionibus et victoriis cf. Diodor. Sic. III, 69. ſeqq.

616. 17. Transgreſſus Hiſtrum Sarmatas in ſua ripa perdomabit. v. Sueton. l. c. et Gronov. in Diatr. Stat. cap. 2. Quae mox verſſ. 618-21. de eloquentia, ſtudiis artium et poeſeos Domitiani dicuntur, ea blande magis quam vere dicta ex Suetonio ſuſpiceris, qui nihil Domitiano niſi ſermonem non inelegantem, et dicta interdum notabilia tribuit. *Melior lyra*, antecellens poeſi et Muſica arte. Formulae exempla paſſim obvia. cf. Virgil. Aen. XI, 338. *lingua melior*, V, 68. 152. *pedibus*, et *remis melior*. Sil. infr. lib. X, 76. *melior planta*. Praeſtantia lyrae tractandae eo modo declaratur, quem in Orpheo paſſim adhibent poetae, quem cantibus ſuis fluvios et ſilvas tenuiſſe fingunt. Virgil. Ecl. VI, 30. *Non tantum Rhodope miratur et Iſmarus Orphea*. Cul. 116. *Non tantum Orpheus Hebrum Reſtantem ripis ſilvasque canendo*. cf. Ovid. Met. X, 40. ſeqq. XI, 1. ſeqq. Aliam formulam v. Virgil. Ecl. VIII, 2. ſeqq. et ibi Heyn. — *Rhodope venit*, movetur cantu.

622. ſeqq. Capitolium et alia

Aurea Tarpeia ponet Capitolia rupe,
Et iunget noſtro templorum culmina coelo.
Tunc, o nate Deûm, Divoſque dature, beatas
Imperio terras patrio rege. Tarda ſenectam
Hoſpitia excipient coeli, ſolioque Quirinus
Concedet, mediumque parens fraterque locabunt:
Siderei iuxta radiabunt tempora nati.
Dum pandit ſeriem venturi Iupiter aevi,
Ductor Agenoreus, tumulis delatus iniquis,
Lapſantem dubio devexa per invia niſu
Firmabat greſſum, atque humentia ſaxa premebat.
Non acies hoſtiſve tenet, ſed prona minaci
Praerupto turbant, et cautibus obvia rupes.
Stant clauſi; maerentque moras, et dura viarum.
Nec refovere datur torpentia membra quiete:
Noctem operi iungunt, et robora ferre coactis
Appro-

635. *turbat* vulg. *prorupto* et *avia* edidit Lefeb. N. Heinſ. coni. *obſita.* Burmann. *invia.*

alia opera templaque a Domitiano exſtructa, narrat Sueton. cap. 5. Ad verſ. 624. cf. Virgil. Aen. VIII, 99. ubi *tecta domorum*, dicit, *quae nunc Romana potentia coelo aequavit.* — *Aurea*, multo auro ornata, ex Virgil. l. c. 348.

625. Profecto oblitus eſt poeta, Iovem ſe loquentem induxiſſe. Vota ſunt adulantis clientis. Quis putet haec a Iove addita fuiſſe? Caeterum nota ſunt illius generis elogia imperatorum. Ita Virgil. A. IX, 642. Apollo ad Iulum: *Dis genite* et *geniture Deos.* Et Statius de eodem Domitiano, lib. I. Sylv. I, 76. *Salve magnorum proles genitorque Deorum.* Ad verſſ. 626. 27. cf. Horat. lib. I. Od. 2, 45. — 629. *Siderei nati.* Res expreſſa in numo Domitiani, ubi filius ſtellatus conſpicitur, atque orbi inſidet, ap. Triſtan. Tom. I. Comm. Hiſt. p. 348. cum inſcriptione: *Divus Caeſar Imp. Domitiani F.*

630. ſeqq. Hannibal pergit iter per Alpes conficere. *Humentia ſ.* nive et glacie obducta. — 634. Obſtant rupes, moramque itineri faciunt. Modum rupium caedendarum et exurendarum, accurate narravit Livius cap. 37. unde poeta ſua adumbravit in ſequentibus. Sed haec omnia lucu-

Approperant humeris, ac raptas collibus ornos.
Iamque ubi nudarunt ſilva denſiſſima montis,
Aggeſſere trabes; rapidiſque accenſus in orbem
Excoquitur flammis ſcopulus. Mox proruta ferro
Dat gemitum putris reſoluto pondere moles,
Atque aperit feſſis antiqui regna Latini.
His tandem ignotas tranſgreſſus caſibus Alpes,
Taurinis ductor ſtatuit tentoria campis.
Interea, voces Iovis atque oracula portans,
Emenſis aderat Garamantum laetus arenis
Boſtar, et ut viſo ſtimulabat corda Tonante:
Maxime Belide, patriis qui moenibus arces
Servitium dextra, Libycas penetravimus aras.
Nos tulit ad Superos perfundens ſidera Syrtis:

Nos

643. pro *putris*, quod ex Colon. poſuit Modius, vulg. *patiens*. 650. *Belida* e coni. Heinſii edidit Lef. 651. *oras* vulg.

luculentius ab Hiſtorico deſcripta reperies. 638. *noctem operi iung.* per noctem laborant. Virgiliana formula eſt: *noctem operi addere* Aen. VIII, 411. — *Coactis humeris*, id fit, cum plures arboribus deportandis humeros ſubiiciunt. — 641. Livius l. c. haec addit: *ardentia ſaxa infuſo aceto putrefaciunt.* Vnde *putris moles* dicta Silio, reſoluta et mollita ſaxa. Putre enim poetis dicitur, quicquid ullo modo emollitum reſolvitur, ut etiam ſolis aeſtu reſoluta gleba, *putris* Virgilio vocetur Georg. I, 43.

645. 46. cf. Liv. l. c. cap. 38. et Polyb. III, 60. Vterque conſentit Hannibalem per Taurinos ad radices Alpium ſitos in Italiam veniſſe.

647. ſeqq. usque ad finem libri, Boſtar ex Garamantibus redux (cf. initium huius libri) itineris rationem Hannibali reddit, omnemque templi Hammonis cultum cerimoniasque cum oraculo dato refert. 651. *Libycas penetr. aras:* vere adii templum Hammonis. 652. *Tulit ad Superos:* Moleſta ex nimio tumore hyperbole, qua navem fluctibus Syrticis iactatam ſignificat. In his ad miracula augendis poetae paſſim luxuriati ſunt, quamvis diverſo modo, prouti quisque ingenio valebat. Inprimis nobilis caſtiore et gravi ornatu locus Virgil. Aen. III, 564. ſeqq. — 653. *tellus aequor. violentior* propter arenas profundas et ardentes aeſtu ſolis. Ergo

ſqua-

Nos paene aequoribus tellus violentior hauſit.
Ad finem coeli medio tenduntur ab orbe
Squalentes campi. Tumulum natura negavit
Immenſis ſpatiis, niſi quem cava nubila torquens
Conſtruxit turbo, impacta glomeratus arena:
Vel ſi perfracto populatus carcere terras
Africus, aut pontum ſpargens ſuper aera Corus,
Invaſere truces capientem proelia campum,
Inque vicem ingeſto cumularunt pulvere montes.
Has obſervatis valles enavimus aſtris:
Namque dies confundit iter; peditemque profundo
Errantem campo, et ſemper media arva videntem,
Sidoniis Cynoſura regit fidiſſima nautis.
Verum ubi defeſſi lucos, nemoroſaque regna
Cornigeri Iovis, et fulgentia templa ſubimus,
Exceptos hoſpes tectis inducit Arisbas.

Stat

654. *ab orbe* MSti et editt. priſcae Rom. Mediol. pro vulg. *ab ore.* 657. *conſtrinxit* Putean. 659. *ſuper aethera* vulg. pro *ſpargens* Cod. Oxon. exhibet *ſurgens.* Hinc Lefeb. edidit *ſurgens ſuper aequora*; Hoc certe planius eſt. Niſi forte illud *ſuper aëra* poetae noſtri ingenio luxurianti aptius. 667. *Fulgentia templa columnis Advenimus magnis, quam laeta fronte ſacerdos Exceptos* etc. Sic vulgo legebatur. Modius duce Colon. cod. cum quo et Oxonius congruit, verſum ſpurium eiecit.

ſqualentes campos vocat. vid. ad lib. I, 211. IV, 374. Hos ait *tendi*, ſe extendere, *ad finem coeli a medio orbe*, a meridie usque ad occaſum. — 655. In toto illo tractu nullus mons, niſi quem arena finxerit. *Turbo cava nubila torquens*, ventus vehemens, procelloſus. Homericus ornatus eſt, ἄνεμος ζαὴς, νέφεα σκιοέντα δονήσας. Il. μ, 157. — 658. ſeqq. *Africus* et *Corus* ſunt venti contrariis ex partibus flantes. Horum proelia ſaepe fingunt poetae. Et ventorum e *carcere* ruentium nota imago, cuius elementa dedit Virgil. Aen. I, 50. ſeqq. Valerio Fl. VII, 569. *vincula rumpunt venti.* cf. eiusdem lib. VIII, 322. et Ovid. Met. I, 262. ubi vid. not. Gierig. — *Capientem proelia campum*, dicit planum, nullis montibus impeditum, adeoque aptum ventis furentibus.

662. ſeqq. *enavimus* pro peragravimus, quia id fiebat navi-

Stat ſano vicina (novum et memorabile!) lympha,
Quae naſcente die, quae deficiente tepeſcit,
Quaeque riget, medius cum ſol accendit Olympum,
Atque eadem rurſum nocturnis fervet in umbris.
Tum loca plena Deo, dites ſine vomere glebas,
Oſtentat ſenior, laetaque ita mente profatur:
Has umbras nemorum, et connexa cacumina coelo,
Calcatoſque Iovi lucos prece, Boſtar, adora.
Nam cui dona Iovis non divulgata per orbem,
In gremio Thebes geminas ſediſſe columbas?
Quarum, Chaonias pennis quae contigit oras,
Implet

671. *medium* vulg. *adſcendit* coni. N. Heinſ. et ipſe Drakenb. *accedit*. Sed mox recte mutavit ſententiam.

navigantium more, ſideribus obſervandis. Curtius VII, 4. de campis Bactrianis: *qui tranſeunt campos, navigantium modo noctu ſidera obſervant, ad quorum curſum iter dirigunt, et propemodum clarior noctis umbra, quam lux. Ergo interdiu invia eſt regio, quia nec veſtigium, quod ſequantur, inveniunt, et nitor ſiderum caligine abſconditur.*

669. ſeqq. *fano vicina lympha*, fons ſacer, aquam Solis vocarunt, τοῦ ἡλίου κρήνη, quam Herodotus lib. IV, §. 181. eodem modo deſcribit, quo Silius verſſ. 670. 71. Poſt Herodotum commemorant Arrian. Ar. St. III, 4. Curt. IV, 7. Mela I, 8. Ovid. Met. XV, 307. *Medio tua corniger Ammon Vnda gelida eſt, ortuque obituque caleſcit.* Ad verſ. 671. cf. Virgil. Georg. IV, 401.

673. *loca plena Deo*, ubi oracula fundit Ammon. *Dites ſine vomere glebae* fertilitatem nativâm ſignificant, qua ſponte fruges proveniunt.

675. *connex. cacumina coelo* de templo alto et faſtigiato capias, niſi malis arborum proceritatem cogitare, quo ſenſu *umbroſa cacumina* Virgil. etiam dixit Ecl. II, 3. Georg. II, 307. *Lucos calcatos*, frequentatos.

677. ſeqq. Sacerdos originem oraculi Ammoniaci narrat. In quo Silius ſequitur veterem fabulam ab Herodoto lib. II, 57. traditam. — *Chaonias oras*, Epirum, ubi Dodon urbs, antiquis temporibus a Chaonibus habitata, et oraculum Dodonaeum. *Chaoniae columbae* Virgil. Eclog. IX, 13.

Implet fatidico Dodonida murmure quercum.
At quae, Carpathium ſuper aequor vecta, per auras
In Libyen nigris tranavit concolor alis,
Hanc ſedem templo Cythereïa condidit ales:
Hic ubi nunc aram lucoſque videtis opacos,
Ductore electo gregis, admirabile dictu!
Lanigeri capitis media inter cornua perſtans,
Marmaricis ales populis reſponſa canebat.
Mox ſubitum nemus atque annoſo robore lucus
Exſiluit; qualeſque premunt nunc ſidera quercus,
A prima venere die: priſco inde pavore
Arbor numen habet, coliturque tepentibus aris.
Dumque ea miramur, ſubito ſtridore tremendum
Impulſae patuere fores, maiorque repente

Lux

680. *munere* vulg. quod primus Marſus edidit. *murmure* Colon. Oxon. Putean. et editt. Rom. Parm. Mediol. — 682. *nigris alis*, quod iam olim Begerus in Theſ. Brand. T. 3. p. 222. coniecerat, pro vulg. *niveis*, maxime fabulis antiquis conveniebat. Ergo illud etiam legendum putabat Drakenborch. et edidit Lefeb. — Burmannus coni. *piceis*. 683. pro *templo*, quod Modius ex Colon. Barthius ex Oxon. Cod. amplexus eſt, vulgatum erat *primo*. 684. *aras* vulg. In ſcriptis erat *arma*, transpoſita litera pro *aram*. 690 pro *venere* N. Heinſ. coni. *tenuere* ſcil. aethera. Sed vim illius vocis non aſſecutus eſt vir doctus. vid. nott. Pro *favore* vulg. quod Lef. ſervavit, Modius et Barth. *pavore* correxerunt, quod ipſe Marſus in Commentario agnoſcit, quamvis in contextu *favore* edidit.

684. Columba illa ſedens inter cornua arietis, reſponſa dabat. Talis columbae effigiem ex Begeri Theſauro Brand. Tom. III, pag. 221. Drakenborch. exhibuit aeri inciſam.

689. *exſiluit*; repente orta eſt ſylva, et quanta nunc proceritate arbores conſpiciuntur, tales a primo ortu ſtatim fuerunt. Singula poetico ornatu dicta, et in miraculum fere, ut fas erat, aucta. *premere ſidera* arbores, nota hyperbole dicuntur, ad ſummam proceritatem notandam. *Venere*, provenerunt, creverunt.

690. *arbor numen habet*: quercetum ſacrum fuit et cultum, ut a numine inhabitatum. Hinc *quercus ſacra* Virgil.

Lux oculos ferit. Ante aras ſtat veſte ſacerdos
Effulgens nivea, et populi concurrere certant.
Inde ubi mandatas effudi pectore voces,
Ecce intrat ſubitus vatem Deus. Alta ſonoro,
Colliſis trabibus, volvuntur murmura luco,
Ac maior nota iam vox prorumpit in auras:
Tenditis in Latium, belloque agitare paratis
Aſſaraci prolem, Libyes. Coepta aſpera cerno,
Gradivumque trucem currus iam ſcandere, et atram
In latus Heſperium flammam exſpirare furentes
Cornipedes, multoque fluentia ſanguine lora.
Tu, qui pugnarum eventus, extremaque fati
Depoſcis, claroque ferox das vela labori,
Iuvade Aetoli ductoris Iapyga campum;
Sidonios augebis avos; nullique relinques,
Altius Auſoniae penetrare in viſcera gentis:

Donec

gil. Ecl. VII, 13. et Georg. II, 16. *habitae Graiis oracula quercus.* cf. Homer. Odyſſ. ξ, 327. 28. et infr. lib. X, 167. — *Pavor* autem eſt quaedam δεισιδαιμονια, formido religioſa, ex Deorum praeſentiae cogitatione orta. —

697. *vatem Deus intrat*, cum ad oracula pronuncianda ſe accingit. Nota res in his ſacris. Planius de Sibylla Virgil. Aen. VI, 12. *magnam cui mentem animumque Delius inſpirat vates, aperitque futura.* cf verſſ. 45. et ſeqq. in quibus intrantis vatem Dei effectus ſumma arte et gravi ornatu notantur. — 699. *maior nota vox*, non vulgaris, ſed inſolentior, acrior, terribilior. cf. Valer. Fl. II, 226.

702. ſeqq. Belli atrocis imago notis coloribus adumbrata; *Gradivus currum ſcandens*, et *equi flammam exſpirantes*, ardore pugnandi anhelantes, et *ſanguis fluens.*

705 ſeqq. Iupiter Ammon Hannibalem hortatur, ut Cannas tendat, ibique cum Romanis proelium committat. In verſſ. 705. 706. eſt laus Hannibalis a conſtantia belli perſequendi. Ergo eodem redeunt illa: *pugnarum eventus, extrema fati depoſcere, dare vela labori.* De campo

Donec victa tibi trepidabunt Dardana regna.
Nec ponet pubes unquam Saturnia curam,
Dum carpet ſuperas in terris Hannibal auras.
Talia portabat laetis oracula Boſtar,
Implebatque viros pugnae propioris amore.

po Iapygo vid. ſupr. lib. I, 51.

711. 12. Non carebunt bello Romani, quamdiu Hannibal vivet. Nota formula *carpere auras ſuperas*, quas *vitales* dixit Virgil. A. I, 388.



C. SILII ITALICI PVNICORVM

LIBER IV.

ARGVMENTVM.

Postquam fama acceperant Romani, Hannibalem Alpes superasse, arma ad bellum parantur, muri et opera reficiuntur, et magna in urbe trepidatio oritur. Patres graviora consilia capiunt. Scipio agmen monitis firmatum ad Ticinum flumen abducit. Ibi omine oblato, quod utraque pars sibi faustum fore existimat, copiae hostiles ad pugnam propius accedunt. Prima Boiorum ala irruit, Cryxo duce, sterniturque prima phalanx Camertum. Deinde insecutis atrocioribus Gallorum incursionibus, Consul agmen Romanum admovet. Cryxus ductor Celtarum a Scipione necatur, eoque amisso Celtae fugiunt. Tum Mago equites suos educit, fitque magna ab utraque parte perturbatio, donec Hannibale conspecto Romani fugiunt. Ille persequens multos caedit. Concurrunt agmina, in quibus eminet tergeminorum utrinque fratrum atrox pugna et caedes. Ibi cum Scipio suos a fuga gravi adhortatione retinens in periculo vitae versaretur, Iupiter Martem advocat, ut sedato Hannibalis impetu, Scipioni opituletur. Interea hic ab incursantibus Garamantibus vulnus accipit. Quo viso filius eius a Marte adiutus per mediam aciem penetrans, multis hostium caesis, patrem e pugna ereptum educit. Sequenti die Consul cum copiis Trebiam flumen petit, quo et Sempronius Gracchus ex Sicilia redux cum agmine venerat. Iam etiam Hannibal Pado traiecto copias admovet, et iaculo castris Romanis immisso, ad pugnam hostes lacessit. Quo facto agmina erumpunt. Fiunt multae caedes singulares et promiscuae. Tandem Poenus copias Romanorum dispersas versus Trebiam agit, cuius paludibus et vadis partim immersi, partim conculcati ab elephantis et ab hostibus instan-

tibus percuſſi magno numero pereunt. Iam inſuper Scipio Trebiam irruens cum immenſas hoſtium caedes feciſſet, et cadaveribus armisque refertus fluvius ita intumeſceret, ut paene obrueretur aquis Scipio, Venus huius precibus permota Vulcanum immittit, qui aquae impetum et tumorem ignibus compeſcat. — Poſt eam pugnam Flaminius vir audax et temerarius imperio potitus, copias repente in Etruriam abducit. Quo facto Iuno Dei Thraſymeni perſonam induens, in ſomno Hannibalem admonet, ut hoſtem inſequatur. Is igitur motis caſtris, Apennino ſuperato, ubi ex coeli intemperie altero oculo captus eſt, ad lacum Thraſymenum pervenit. Ibi eum legati Carthagine miſſi adeunt ſciſcitantes, filium ſuum Diis patriis ex more immolari, an vero ſorte reiecta ſervari velit. Hannibal laudata Carthaginienſium cura pro ſalute filii, gratias illis agit, et votis pro futura filii conſervati gloria nuncupatis, Magonem, Choaſpem et Sichaeum duces de acie collocanda mandatis inſtruit.

FAMA per Auſoniae turbatas ſpargitur urbes,
Nubiferos montes et ſaxa minantia coelo
Accepiſſe iugum, Poenoſque per invia vectos,
Aemulaque Herculei iactantem facta laboris
Deſcendiſſe ducem: diros canit improba motus,
Et

4. *iactatur fama lab.* vulg. Noſtra lectio inducta ex Cod. Colon. *Herculeo labori* coni. N. Heinſ. quod et placuit Cortio ad marginem libri ſui.

1-7. Fama accipiunt Romani, Poenum Alpes ſuperaſſe. Hanc ſententiam more ſuo Silius adſcitis verborum ornamentis, quae maximam partem Maroni debet, extendit. *Saxa minantia coelo* iam Virgil. dixerat Aen. I, 162. Res omnino ſumma varietate poetarum expreſſa. cf. infr. lib. XI, 17. — Ad verſ. 4. cf. lib. I, 510. et II, 356. Scipio etiam apud Livium XXI, 41. *experiri iuvat*, ait, *utrum Hannibal hic ſit aemulus itinerum Herculis, ut ipſe fert.* — 5. *improba* fama dicitur, quatenus dira et triſtia nuntiat, ergo mala, infelix. 6. *gliſcit*, creſcit, ut Virgil. in nobili de fama loco Aen. IV, 175. *vires acquirit eundo.* 7. *quatit* etc. terret, ut Virg. l. c. 187.

Et gliſcit greſſu, volucrique citatior Euro
Terrificis quatit attonitas rumoribus arces.
Adſtruit auditis, docilis per inania rerum
Paſcere rumorem vulgi, pavor: itur in acres
Bellorum raptim curas; ſubituſque per omnem
Auſoniam Mavors ſtrepit, et ciet arma viroſque.
Pila novant, ac deterſa rubigine ſaevus
Induitur ferro ſplendor: niveumque repoſtae
Inſtaurant galeae coni decus: haſta iuvatur
Amento: revocantque nova fornace bipennes.
Conſeritur tegimen laterum impenetrabile, multas
Paſſurus dextras atque irrita vulnera, thorax.
Pars arcu invigilant, domitat pars verbere anhelum
Cornipedem in gyros, ſaxoque exaſperat enſem.
Nec vero muris, quibus eſt luctata vetuſtas,
Ferre morantur opem: ſubvectant ſaxa, cavaſque

7. *attonitas aures* in una edit. Veneta legebatur, placuitque N. Heinſ. 13. *niveumque* ex Col. Modius reſtituit. Barthius *iuvenumque* tuebatur ex Cod. Oxon. Dausq. *iuvenesque*. 15. *renovantque* vulg. *recoquuntque* coni. Burm. et Bentl. ad Horat. lib. I. Od. 35. verſ. 38. 16. *inultas paſſurus dextras* coni. N. Heinſ.

8. Metus periculum auget. *adſtruit* proprie addit plura. Livius XXIX, 3. *Omnia in maius auget metus.* cf. Sil. VI, 556. Sententia varie expreſſa poetis paſſim. cf. Claudian. bell. Get. 227. et in Eutrop. II, 470.

10 ſeqq. Totus hic locus de apparatu bellico inſtruendo factus eſt ad imitationem Virgil. A. VII, 623-40. quorum locorum varios ornatus cognoſcere valde iuvabit ſtudioſos rei poeticae. Aliae variationes ſunt Stat. Theb. III, 582. ſeqq. et Lucan. Pharſ. VII, 139. ſeqq. — 12. *ſaevus ſplendor*, quatenus acuminis inprimis gladiorum ſpecies horrorem adfert, ob coniunctam mortis cogitationem. 13. *niveum decus* criſtas albas vocat, ut poeta, qui definite loquitur. Nam variorum colorum criſtae erant. — 17. *multas dextras*, multos telorum impulſus. 18 *invigilant*, forte innuit, dies noctesque in arcubus conficiendis laboraſſe. 19. *domitat in gyr.* Id ipſum in equorum domandorum diſciplina refert Virgil. Georg. III, 191. *Carpere mox gyrum inci-*

Retractant turres, edit quas longior aetas.
Hinc tela accipiunt arces; ac robora portis,
Et fidos certant obices arcessere silva:
Circumdant fossas. Haud segnis cuncta magister
Praecipitat timor, ac vastis trepidatur in arvis.
Deseruere larem: portant cervicibus aegras
Attoniti matres, ducentesque ultima fila
Grandaevos rapuere senes: tum crine soluto
Ante agitur coniux: dextra laevaque trahuntur
Parvi, non aequo comitantes ordine, nati.
Sic vulgus traduntque metus, nec poscitur auctor.
At Patres (quanquam exterrent immania coepta,
Inque sinu bellum, atque Alpes et pervia saxa
Decepere) tamen crudam contra aspera mentem
Et magnos tollunt animos. Iuvat ire periclis
Ad decus, et dextra memorandum condere nomen,
Quale dedit nunquam rebus Fortuna secundis.

Sed

26. pro vulg. *arvis.* Colon. *agris* et Oxon. vitiose *armis.*
34. *accepere* vulg. Sed nostram lect. omnes MSS. et editt. vett. probant.

incipiat. — *exasperat*, acuit. Lucan. VII, 139. *cotibus asper exarsit mucro.* cf. Senec. Thyest. 567. seqq. ubi similia. 22. *retractant*, reficiunt, instaurant. 24. *fidos obices* ornate pro, firmos, validos, quia nos muniunt et tutos praestant. Ita Virgilio A. VII, 640. *fidus ensis.* IX, 706. *fidelis lorica.*

25-32. Imago summae trepidationis. *ducentes ultima fila*, morti proximos, atque extrema aetate laborantes. Proprie illud Parcarum munus est. In versf. 30. 31. imitatur Virgilium Aen. II, 723.

33-39. Romani, quamvis territi, tamen fortiter contra ire hostibus decernunt. Multa mihi frigent in ornatu huius loci, ut cum *Alpes* dicuntur *Patres decepisse*, quatenus, quod negabant fieri posse, ut Poenus illos superaret, id nunc factum intelligebant. Deinde *cruda mens* est, nondum fracta, sed recentibus veluti viribus gaudens. cf. inf. 451. Sed *magnos animos* nunc non commode adiunxit.

Sed Libyae ductor tuto fovet agmina vallo,
Feſſa gradum, multoque gelu torpentia nervos:
Solandique genus, laetis oſtentat ad Vrbem
Per campos ſupereſſe viam, Romamque ſub ictu.
At non et rerum curas conſultaque belli
Stare probat, ſoluſque nequit perferre quietem.
Armiferae quondam priſca inter tempora gentes
Auſonium invaſere latus, ſedeſque beatas;
Et metui peperere manu. Mox impia bella
Tarpeius pater et capti ſenſere Quirites.
Hic dum ſollicitat donis, et inania corda
Ac fluxam morum gentem fovet, armaque iungit,
Iam Conſul, volucri pervectus litora claſſe,

40. *gradu*. Colon. et ita edidit Lefeb. 51. *praevectus* coni. N. Heinſ.

39. ſeqq. Hannibal milites feſſos itinere *fovet*, recreat. Livius XXI, 37. *quies feſſis hominibus data triduo.* — 41. *ſolandique genus — oſtentat* etc. dura locutio, quam ita expedio: hoc ſolatii genere utitur Hannibal, ut militibus oſtendat, *per campos*, hoc eſt, planam et facilem viam verſus Romam eſſe, eamque prope *ſub ictu*, proximam, et quae iam paene telis attingi poſſit. Hoc ultimum planius dixit verſſ. 101. 102.

43 - 50. Ipſe Hannibal, dum milites quieti indulgent, curis bellicis agitatur, et Gallos interea ſibi iungit. *Curae ſtare* dicuntur, cum intermittuntur, et quieſcunt. Iam in verſſ. 45 - 48. deſcribit Gallos, qui *priſca inter tempora*, nempe tempore Tarquinii Priſci, ut docet Livius V, 34. partem Italiae quae poſtea Gallia Ciſalpina dicta eſt, occuparunt, circumiacentibus populis terrorem iniecerunt, (*metui peperere*) mox et Romanos aggreſſi ipſam Romam expugnarunt, quam expugnationem verſſ. 47. et 48. notat. — *Inania corda*, et *fluxam morem* Gallis tribuit, ob levitatem, quae ad defectionem proclives reddebat. cf. infr. lib. VIII, 16. Rem ita narrat Livius XXI, 39. „Iam ex ſtativis moverat Hannibal, iunxiſſetque ſibi, non metu ſolum, ſed etiam voluntate Gallos accolas Padi, ni eos circumſpectantes defectionis tempus, ſubito adventus conſulis oppreſſiſſet.“

51. ſeqq. Qui carmen Silianum ex indole et legibus epici

Scipio Phocaïcis ſeſe referebat ab oris:
Ingenteſque duces, pelagi terraeque laborem
Diverſum emenſos, propiora pericula vallo
Iungebant, magnaeque aderant primordia cladis.
Namque ut, collatis admoto Conſule caſtris,
Suſtulerat Fortuna moras, ſignumque furoris
Accenſae viſo poſcebant hoſte cohortes:
Debellata procul, quaecunque vocantur Hiberis,
Ingenti Tyrius numeroſa per agmina ductor
Voce ſonat, non Pyrenen Rhodanumve ferocem
Iuſſa aſpernatos, Rutulam fumaſſe Saguntum,
Raptum per Celtas iter, et, qua ponere greſſum
Amphitryoniadae fuerit labor, iſſe ſub armis
Poenorum turmas, equitemque per ardua vectum
Inſultaſſe iugo, et fremuiſſe hinnitibus Alpes.
Contra

56. *Namque en* ed. Lefeb. cum maiore interpunctione poſt voc. *cohortes*. Sed cauſam mutationis nullam addidit. 59. *quaecunque coluntur Hiberis* coni. N. Heinſ. Deinde *quacunque vagantur Hiberi* eſt coniectura Livineii ab Heinſio allata. Vulgata lectio iam Drakenborchio mendoſa videbatur. Sed inſunt in hoc loco plura, quae ideo mendoſa aliquis putet, quod minus eleganter dicta ſentiat. 61. *furentem* vulg.

epici carminis, et Aeneidos ingenio metiuntur, eos neceſſario offendet hic tranſitus ad Scipionem, de quo nulla hactenus mentio facta erat, abruptus ille, et ſine adiumento Livianae hiſtoriae valde obſcurus. Scipionem Maſſiliam conceſſiſſe Livius, narraverat lib. XXI, 26. *Phocaicas oras* dicit, quia Maſſilia fuit Phocaeenſium colonia v. ſupr. ad lib. I, 335. Plin. III, 4. Mela II, 5. — 53. Conventus ſummorum ducum, Hannibalis et Scipionis, qui *magnae cladis primordia*, hoc eſt, atrociſſimarum pugnarum occaſionem dederit, deſcribitur. *Diverſum laborem* dicit, quatenus Hannibal in Alpibus ſuperandis, Scipio in mari laboraverat. 57. *ſignum furoris*, claſſicum, ſignum pugnae.

59-66. Hannibal ſuos adhortatur propoſitis laboribus et periculis, quae iam antea ſuperaſſent. Locus adumbratus ex oratione Hannibalis Liviana l. c. cap. 43. cuius argumentum ſumma cum eloquentia et elegantiſſimo verborum ornatu expreſſum brevi

Contra pulchra ſuos vocat ad diſcrimina Conſul.
Hoſtem, miles, habes fractum ambuſtumque nivoſis
Cautibus, atque aegre torpentia membra trahentem.
En age, qui ſacros montes, rupeſque profundas
Tranſiluit, diſcat, quanto ſtat celſius arce
Herculea vallum; et, maius ſit, ſcandere colles,
An veſtros rupiſſe globos. Det inania famae:
Dum magna fuſo pugna, retroque ruenti,
Qua ventum eſt, obſtent Alpes. Super ardua ductum
Huc egere Dei, Latios ut ſanguine fines
Imbueret, telluſque hoſtilis conderet oſſa.
Scire libet, nova nunc nobis atque altera bellum

71. *ſtet* coni. N. Heinſ. *transſiliunt*, *diſcant* Putean.

vi contraxit poeta. *Sonat debellata*, in memoriam militibus revocat Hiſpanos victos. *rapto itinere* declarat expeditam per Galliae fines viam. A verſu 63. Alpes feliciter ſuperatas a toto exercitu, poetico apparatu verborum, praedicat.

67 - 80. cf. elegans oratio Scipionis apud Liv. cap. 40. et Polyb. III, 64. Inde graviora adhortationis momenta petiit poeta. *pulchra ad diſcr.* non per ſe, ſed quatenus Scipio victoriae ſpem excitat in animis militum, et veluti pulchrum expeditionis inſtantis ſucceſſum praeſagit. Quae ſequuntur verſſ. 68. 69. paene ad verbum expreſſa ſunt ex illis Livianis l. c. *peruſti artus*, *nive rigentes nervi*, *membra torrida gelu*, *quaſſata fractaque arma* etc. — *ambuſtos* nive, frigore, non ſine exemplis aliorum poetarum dixit. cf. Ovid. Met. XIV, 763. Triſt. lib. III, Eleg. II, 70. Valer. Fl. IV, 70. — 70 *ſacros montes* Alpes quare dicat, vid. ad lib. III, 501. Mox *arcem Herculeam* itidem de Alpibus intelligo. Nam nunc Alpes ſuperatas extenuat Scipio. cf. ſupr. lib. III, 496. ſeqq. Nec tamen valde damno, qui cum Marſo Saguntum intelligant, quae *Tyrinthia culmina* dicit lib. I, 661. coll. verſ. 273. ſeqq. Diſcat, quanto difficilius ſit in caſtra Romana penetrare, quam Saguntum expugnare. Mox tamen *colles* acerba extenuatione pro Alpibus. 73. *det inania famae.* Iactet ſe Hannibal vanis laudibus, ex Sagunto capto, et Alpibus ſuperatis: mox fugienti nos, Alpes, unde venit, obſtabunt. 75. ſeqq. cum amara ironia haec dicta intel-

Carthágo, anne eadem mittat, quae, merſa ſub aequor,
Aegates inter vaſto iacet obruta ponto.
Haec ait; atque agmen Ticini flectit ad undas.
Caeruleas Ticinus aquas, et ſtagna vadoſo
Perſpicuus ſervat turbari neſcia fundo,
Ac nitidum viridi lente trahit amne liquorem.
Vix credas labi: ripis tam mitis opacis,
Argutos inter volucrum certamine cantus,
Somniferam ducit lucenti gurgite lympham.
Iamque ſub extremum noctis fugientibus umbris
Lux aderat, Somnuſque ſuas confecerat horas.
Explorare locos Conſul, colliſque propinqui
Ingenium, et campis quae ſit natura, parabat.
Par ſtudium Poeno, ſimileſque in pectore curae.
Ergo aderant, rapidis equitum comitantibus alis.
Verum ubi commoto docuerunt pulvere nubes,
Hoſtem

86. *certamina* Lefeb. Sed difficile eſt dictu, quo id referendum ſit. Imo *cantus arguti* dicuntur *volucrum certamine*, hoc eſt, certatim, vel magno concentu canentium volucrum. Eo ſenſu voces *agmen* et *certamen* a poetis uſurpari, nota res eſt. 91. *campi* coni. Burm. ut reſpondeat praecedentibus *collis propinqui Ingenium*.

intellige. 78-80. Expreſſa haec ſunt ex his verbis Scipionis apud Liv. cap. 41. „Experiri iuvat, utrum alios repente Carthaginienſes per viginti annos terra ediderit: an iidem ſint, qui ad Aegates pugnaverunt inſulas etc.“ — Caeterum illud levioris momenti eſſe videtur, quod Silius hanc Scipionis orationem ad milites ante habitam effert, quam ad Ticinum flumen agmine perveniſſet, Livius vero caſtris iam ad Ticinum poſitis. cf. Liv. cap. 39. ſ. f.

82-87. Ticinus fluvius pellucidus, et leni flumine decurrens. Hanc ſententiam luxurianti verborum ornatu amplificat poeta. Nam quis valde diſtinguat haec, *perſpicuus, ſtagna neſcia turbari, nitidum liquorem, lucenti gurgite.* Fluminum *ſomniferam* vim, paſſim poetae ornarunt. vid. Ovid. Met. XI, 603. ſeqq. Faſt. III, 17. Horat. Epod. II, 25.

94 ſeqq. Imago exercitus appropinquantis e Virgilio expreſſa Aen. XI, 907-11. qui locus diligenter conferendus eſt

Hoſtem ferre gradum, et propius propiuſque ſonoro
Quadrupedum cornu tellus gemit, ac ſimul acer
Vincentum lituos hinnitus ſaevit equorum:
Arma, viri, rapite arma, viri; dux inſtat uterque.
Ambobus velox virtus, geminuſque cupido
Laudis, et ad pugnas Martemque inſania concors.
Haud mora: iam tantum campi dirimebat ab ictu,
Quantum impulſa valet comprendere lancea nodo;
Cum ſubitum liquida, non ullis nubibus, aethra
Augurium mentes oculoſque ad ſidera vertit.
Accipiter, medio tendens a limite Solis,
Dilectas Veneri, notaſque ab honore Diones,
Turbabat violentus aves: atque unguibus idem,
Idem nunc roſtro, duris nunc ictibus alae,
Ter quinas dederat ſaeva inter vulnera leto.
Nec finis ſatiaſve, novi ſed ſanguinis ardor

101. *dirimebat, adacto qu.* — *nodo.* coni. N. Heinſ.
105. *a limine* editt. Rom. Parm. Mediol.

eſt harum rerum ſtudioſis, ut diſcant naturalem ſimplicitatem Virgilii, et Silii luxuriantem venuſtatem cognoſcere. cf. etiam Aen. IX, 33. et Livium cap. 46. ſ. init. *vincentum lituos*, tantos hinnitus cientium, ut tubae bellicae exaudiri non poſſent.

99. 100. Vterque exercitus ad pugnam ſe accingit. Tribus modis unam ſententiam luxurianter variat poeta.

101. Solennis poetis diſtantiae locorum notatio. Praeivit paſſim Homerus, ut Il. XV, 358. et XVI, 589. Virgil. Aen. XI, 608. *Iamque intra teli iactum progreſſus uterque Subſtiterat.* vid. infr. lib. XII, 651.

103. ſeqq. Sequitur epiſodium de oſtento copiis obiecto, cuius ſenſum ab utraque parte Liger et Bogus explicant. In eo praeeuntem habuit poeta Homerum Il. II, 308. ubi Calchas ex numero paſſerum a dracone conſumtorum annos belli Troiani auguratur; deinde Virgilium Aen. XII, 247. ubi Tolumnius augur oſtentum interpretatur. Genus oſtenti Silius pro arbitrio ſuo finxit, ita tamen, ut Livium quodammodo ſequeretur, qui cap. 46. Romanos prodigiis territos, lupo nomina-

Gliſcere; et urgebat trepidam iam caede priorum,
Incertamque fugae, pluma labente, columbam:
Donec Phoebeo veniens Iovis ales ab ortu
In tenues tandem nubes dare terga coegit.
Tum victrix laetos ſigna ad Romana volatus
Convertit; proleſque ducis qua parte decora
Scipio quaſſabat puerilibus arma lacertis,
Clangorem bis terque dedit, roſtroque coruſcae
Praeſtringens conum galeae, ſe reddidit aſtris.
  Exclamat Liger: (huic Superos ſentire monentes
Ars fuit, ac penna monſtrare futura magiſtra:)
Poene, bis octonos Italis in finibus annos,
Audaci ſimilis volucri, ſectabere pubem
Auſoniam, multamque feres cum ſanguine praedam;
Sed compeſce minas: renuit tibi Daunia regna
Armiger ecce Iovis. Noſco te, ſumme Deorum.
Adſis o, firmeſque tuae, pater, alitis omen.
Nam tibi ſervantur (ni vano caſſa volatu
Mentitur Superos praepes) poſtrema ſubactae
Fata, puer, Libyae, et maius Carthagine nomen.
Contra

119. *perſtringens.* vulg. *praeſtr.* Oxon. Cod.

minatim et apium examine, narravit. In accipitre columbas perſequente imitatus eſt Hom. Il. χ, 139. 144. et Virgil. Aen. XI, 721. — 115. *laetos* aquilae *volatus* dicit, quod, omine Romanis fauſto, accipitrem, columbis letum inferentem fugarat. — *proles ducis* filius conſulis, Scipio, *quaſſabat arma*, pro ſimpl. tractabat.

120. Liger, augur, explicat oſtentum. *Superos ſentire mon.* Deorum voluntatem explicare *penna magiſtra* ex avium volatu. Quae mox ſequuntur v. 126. *noſco te* etc. expreſſa ſunt ex Virg. Aen. XII, 260. ubi Tolumnius augur, *accipio*, ait, *agnoſcoque Deos* i. accipio omen, ut ibi Heyn. — 130. *puerum* Scipionem vocat 17 circiter annos natum, ut Polyb. X, 3. computavit et Servius ad Virg. Aen. X, 800. Ergo in his non ſunt ſollicitandi poetae, ut pluribus docuit Duker. ad Flor. II, 6. p. 296. *maius Carthag. nomen*, Africani, quod non Carthaginem

Contra laeta Bogus Tyrio canit omina regi;
Et fauſtum accipitrem, caeſaſque in nube volucres
Aeneadis cladem, et Veneris portendere genti.
Tum dictis comitem contorquet primus in hoſtes,
Ceu ſuadente Deo, et fatorum conſcius, haſtam.
Illa volans patuli longe per inania campi
Ictum perdiderat ſpatio, ni, fuſus habenas,
Dum primae decus affectat decerpere pugnae,
Obvia quadrupedis praeceps Catus ora tuliſſet.
Sic elangueſcens, ac iam caſura, petitum
Invenit vulnus, caedemque accepit ab hoſte
Cornus, et oblatae ſtetit inter tempora frontis.
Incurrunt acies, magnoque fragore per aequor
Suſpendunt cuncti frenis ſublime reductos
Cornipedes, ultroque ferunt. Erectus in auras
It ſonipes, rapidaque volans per aperta procella
Tenuia

137. *letum perdid.* vulg. quod tuetur Dausq. hoc ſenſu: ſpatio perdiderat vires letum inferendi. Sic et edidit Lefeb. *ictum* e Colon. Modius reſtituit.

nem ſolum, ſed omnem Libyam devictam ſignificabat.

131. ſeqq. Bogi explicatio ominis contraria, et Poenis favens. 134. *dictis com. haſtam*, dum una cum dicto haſtam emiſit, quod pugnae principium ſignificabat. Sic Turnus ap. Virgil. Aen. IX, 52. *iaculum adtorquens emittit in auras, Principium pugnae.* Eam rem vario modo extulerunt poetae. vid. Burm. ad Valer. Fl. V, 601.

137. Haſta a Bogo emiſſa *ictum perdiderat*, irrita et ſine effectu per inane campi ſpatium volaſſet, adeoque neminem feriiſſet. Apte ad illam formulam mox haſta dicitur *vulnus petitum inveniſſe*, et *caedem accepiſſe ab hoſte.* — *fuſus habenas*, pro vulg. effuſis habenis, citato curſu. 142. *ſtetit* haeſit, infixa eſt.

143. Imago equitatus citatiſſimo curſu irruentis. Vnde in *ſuſpendunt* hoc ineſt, quod equus veluti a terra elevatus per aerem ſuſpenſus volat. cf. Virgil. Georg. III, 193. quem locum poeta etiam in ſeqq. ſolenni ingenii luxuria expreſſit. v. dicta ad lib. III, 303. ſeqq. In hoc genere celeritatis declarando poetae paſſim ingenia exercuerunt. v. Cerda ad Virgil. Aen. VII, 808. ſeqq.

Tenuia vix ſummo veſtigia pulvere ſignat.
Boiorum ante alias Cryxo duce mobilis ala
Arietat in primos, obicitque immania membra.
Ipſe, tumens atavis, Brenni ſe ſtirpe ferebat
Cryxus, et in titulos Capitolia capta trahebat;
Tarpeioque iugo demens et vertice ſacro
Penſantes aurum Celtas umbone gerebat.
Colla viri fulvo radiabant lactea torque,
Auro virgatae veſtes, manicaeque rigebant
Ex auro, et ſimili vibrabat criſta metallo.
Sternitur impulſu vaſto perculſa Camertum
Prima phalanx; ſpiſſaeque ruunt conferta per arma
Vndae Boiorum: ſociata examina denſent

Infandi

150. Haec N. Heinſ. interpunxit. Vulgatum ita: *obiicitque imania membra Ipſe tumens, atavi Brenni.* 153. *gerebat* e Putean. et Colon. pro vulg. *ferebat.* 156. *rutilabat* ed. Nutii Antwerp. et Gryphii. 159. *denſant* primus Wolfius Baſil. edidit.

ſeqq. et Gierig. ad Ovid. Met. X, 654. ſeqq. — *rapida procella*, ſummo impetu, audaci metaphora.

148. usque ad 215. ſequitur longa narratio caedum ſingularium, quas Galli Cryxo duce in Romanos irruentes fecerint. — 149. *arietat* irruit. Sic Virg. Aen. XI, 890. — 151. *in titulos trahebat* iactabat Capitolium a maioribus captum, eiusque laudis adeo partem ſibi tribuebat. Bene *trahere* dixit, cum eſſet remotiſſima arrogantiae cauſa. 153. *penſantes aurum.* De re vid. ſupra ad lib. I, 624. Vmbonem, ſ. clipeum, in quo haec hiſtoria inſculpta erat, in Anglia olim repertum, exhibuit Drakenborch. aeri inciſum. — Verſ. 154-56. expreſſit poeta Virgilii locum de Gallis in Aeneae clipeo caelatis, Aen. VIII, 659. ubi et *virgata ſagula* de verſicoloribus, ſegmentis et virgis intertextis, Heynius explicavit. cf. interp. ad Valer. Flac. II, 159. Mox *vibrabat* ornate pro, erat. Auream galeam cogita.

159. *Vndae Boiorum*, inſtar torrentis irruentes Boii. At copiam ſimul cogita. Sic *undam vulgi* Stat. II. Theb. V, 223. Et Virgil. Aen. XII, 280. *Hinc denſi rurſus inundant Troes.* Georg. II, 462. *unda ſalutantum.* 160. *infandi Sen.* ſaevi, crudeles, ut de

Cyclo-

Infandi Senones: collisaque quadrupedantum
Pectoribus toto volvuntur corpora campo.
Arva natant, altusque virûm cruor, altus equorum
Lubrica belligerae sorbet vestigia turmae.
Seminecum letum peragit gravis ungula pulsu,
Et circumvolitans taetros a sanguine rores
Spargit humo, miserisque suo lavit arma cruore.
Spicula prima, puer, tumidi, Tyrrhene, Pelori
Purpureo moriens victricia sanguine tingis.
Nam tibi, dum stimulas cornu, atque in proelia mentes
Accendis, renovasque viros ad vulnera cantu,
Haesit barbaricum sub anhelo gutture telum;
Et clausit raucum letali vulnere murmur.
At sonus, extremo morientis fusus ab ore,

Flexa

166. pro *arma*, quod ex Putean. N. Heins. reposuit, vulg. *ora*.

Cyclopibus Virg. Aen. III, 644. — 163. *Cruor sorbet vestigia*, ubi ita haec explet, ut non appareant impressa. Proprie autem vestigia cruorem sorbent. — 164. foedam scenam pingit, quales, ut homo, fortasse abhorrebat, at ut poeta, lubens amplecti solet, quia favent libidini omnia luxurianter ornandi acrioribus epici carminis coloribus. *Vngula* hoc est, equi in campo circumvagantes, caesos ita calcant, ut, qui nondum prorsus animam efflavit, nunc demum ex ungulis equorum moriatur. Id audaci formula dixit *seminecum letum peragere*, veluti ad absolutam mortem semineces redigere. Similis audacia est Lucani lib. II, 205. *peraguntque cadavera partem caedis* etc.

167-75. Tyrrhenus tubicen a Peloro interficitur. Haec ad miraculum usque ornat poeta. *Spicula prima* Pelori, quatenus is primum nunc ad bellum venerat, et spicula fundebat. Spicula autem *tingit*, qui caeditur, et vulnus accipit. Sequentia tubicinem declarant: sed ludit poeta in copia verborum, *stimulas*, *accendis*, *renovas*, quae omnia eodem redeunt. Sobrium ornatum in his vid. Virgil. Aen. VI, 165. Quare autem Silius Tyrrheni potissimum nomine utatur, expediet locus lib. V, 11. 12. ubi Lydius Tyrrhenus primus tubae cantum docuisse dicitur. Ad vers. 171. cf.

Flexa pererravit mutis iam cornua labris.
Cryxus Picentem, Laurumque, nec eminus ambo;
Sed gladio Laurum: Picenti raſilis haſta,
Ripis lecta Padi, letum tulit. Avia namque
Dum petit, ac laevo meditatur fallere gyro,
Haſta viri femur et pariter per anhela volantis
Ilia ſedit equi, et geminam dedit horrida mortem.
Idem, ſanguinea Venuli cervice revellens,
Sternit praecipitem tepido te, Farfare, telo:
Et te ſub gelido nutritum, Tulle, Velino,
Egregium Auſoniae decus, ac memorabile nomen,
Si dent fata moras, aut ſervent foedera Poeni.
Tum Remulum, atque olim celeberrima nomina bello
Tibur-

174. *feſſa* vulg. *flexa* ex Colon. 176. *Dat gladio Laurum* coni. Barth. *Sed gladius Lauro*, coni. N. Heinſ. 179. *per anhela* vulg. *per nuda* Colon. Rom. 2. et ita edidit Lefeb.

cf. Virgil. Aen. VII, 533. — 173. Senſus: Dum tubae inflat, telo ita percutitur, ut correptis labris, ſonus intra tubam ſe ſolus propaget et perduret. Rem ex Ennii verſibus adumbratam Drakenborch. notavit: *cumque caput caderet, carmen tuba ſola peregit, Et pereunte viro, raucum ſonus aere cucurrit.* cf. Stat. Theb. XI, 55. qui itidem ex Ennio hauſit, et ſimilem locum Silii VIII, 605. ſeqq. XV, 472.

175-88. Cryxi caedes recenſentur. 178. dum ad latus ſiniſtrum equum contorquet, Cryxum evaſurus. 180. *ſedit* ut ſup. verſ. 142. — 182. *tepido* proprie, quia id telum Cryxus modo ex Venuli cervice extraxerat. Hunc ſcenae nexum cum non recte intelligerent nonnulli, dubitarunt, *trepido*, an *tepido* legendum eſſet. *Farfari* nomen, more Siliano, ex Farfaro fluvio prope Aequiculos, fictum iam Marſus notaverat. — 183. *ſub Velino*, ad Velinum lacum ex flumine Nar confluentem apud Sabinos. 186. Dum poeta *Magios Tiburtes* bello olim celebres inducit, alluſit ad fratres Tiburtes, qui tempore Aeneae in Latium ad bellum venerunt, memoratos Virgilio Aen. VII, 670. ut antea in Tullo ad familiam Tulliam nobilem alluſerat; quo cum iudicio, recte, an moleſte et putide id fecerit, haec alia quaeſtio eſt.

Tiburtes Magios, Hiſpellatemque Metaurum,
Et Clanium, dubia meditatus cuſpide vulnus.
Nec locus eſt Tyriis belli pugnaeve, ſed omnem
Celticus implevit campum furor: irrita nulli
Spicula torquentur, ſtatque omne in corpore ferrum.
Hic inter trepidos immane Quirinius audens,
Cui fugere ignotum, atque invicta mente placebat
Rebus in adverſis exceptum pectore letum,
Cuſpide flammat equum, ac diſpergit gaeſa lacerto:
Si reſerare viam, atque ad regem rumpere ferro
Detur iter; certuſque necis petit omnibus auſis,
Quod

187. *Hiſpellatemque Metaurum* ex Colon. Sed Lefeb. edidit *Hiſpellatesque Metaurumque et Clanium* etc. 188. *meditatum* iam Barthius coniecit, ut ad Clanium referatur. Idem edidit Lefeb. Sed bono ſenſu etiam ad Cryxum referri poteſt. vid. nott.

eſt. — *Metaurum* a flumine huius nominis Vmbriae, ubi et Hiſpellum oppidum, unde Hiſpellates. *Clanium,* a Clanio flumine. Mox *meditatus vulnus dubia cuſpide*, ſcil. Cryxus (nam ad hunc referri neceſſario debet,) mihi notat, collimans, et cuſpidem ſtudioſe dirigens. Nam qui collimat, is meditatur veluti vulnus, et adhuc dubius eſt, feriat ſcopum, nec ne. Drakenborchius quidem *dubiam cuſpidem* explicat, quam manu tenet homo dubitans, et deliberans, quem primum impetat. Sed hic ſenſus in Cryxum non cadit, qui non unum praecipue, ſed omnes trucidaſſe dicitur. Sin legas *meditatum*, idque ad Clanium referas, ſenſus erit ſane planior, Clanium, dum dubitabat timore ferire, ictum Cryxi ipſum recepiſſe. Locum prorſus ſanum agnoſcerem, ſi legeretur *haud dubia meditatus cuſpide vulnus.*

191. Atrociſſimae pugnae indicium, ſi nullum telum aberrat. Haec ſunt *ſpicula non irrita*, quae ſemper feriunt et vulnerant. Eodem redit *omne telum in corpore ſtat.* Eadem exaggeratione Stat. Theb. VIII, 419. *nec locus ad terram telis: in corpora ferrum Omne cadit.*

192. Quirinius fortis per Gallos ad Cryxum trucidandum penetrare conatur. 195. *gaeſa* tela et agmen Gallorum *diſpergit*, et ita penetrat, quod mox *reſerare viam* dicitur. 196. *ad regem* Cryxum, ductorem. 197. *petit decus,* quod

Quod nequeat ſentire, decus. Cadit inguine foſſo
Teutalus, et vaſto quatitur ſub pondere tellus.
Occumbit Sarmens, flavam qui ponere victor
Caeſariem crinemque tibi, Gradive, vovebat
Auro certantem, et rutilum ſub vertice nodum.
Sed Parcae intonſa non exaudita voventem
Ad manes traxere coma: per candida membra
It fumans cruor, et tellus perfuſa rubeſcit.
At, non tardatus iaculo occurrente, Ligaunus
Irruit, adverſumque viro rotat obvius enſem;
Et ferit inſurgens, humero qua brachia lenti
Annectunt nervi, deciſaque vulnere laeva
Laxatis paulum moribunda pependit habenis:
Dumque micans tremulo conatu lora retentat,
Flectentem aſſuetos imitatur neſcia frenos.
Demetit averſi Vogeſus tum colla, iubaque
Suſpenſam portans galeam, atque incluſa peremti
Ora viri, patrio Divos clamore ſalutat.

Dum-

209. *deciſaque v. dextra* MSS. et editt. Rom. Mediol. Vulg. *laeva*, quod probabat Drakenb. quia laeva, non dextra manus frenum regebat. Quid vero, ſi *dextram* pro manu ſimpliciter dictam poeta volebat?

quod n. ſ. ad gloriam ducis interfecti adſpirat, quamvis certus necis erat, et iſtius gloriae fructus percipere non poterat. Iam a verſ. 198. ſequuntur aliquot caedes a Quirinio factae. 202. De *flava caeſarie* Gallorum, nota res. vid. ſupr. ad lib. III, 608. — *victor*, ſi victor diſceſſiſſet. — *non exaud. voventem* iunge, Sarmentem caſſum et irritum votum facientem.

206-15. Tandem Ligaunus et Vogeſus Quirinium conficiunt. Operoſo ornatu ſcena effertur. — *inſurgens*, ad fortiorem impetum ſe extollens, ut Virgil. Aen. V, 443. *oſtendit dextram inſurgens*, *et alte extulit*. — *vulnere* pro vulgari, ictu, ut ſaepe. *moribunda* improprie de manu viribus vitalibus deſtituta. Sed ita *ſemianimes digitos* Virgil. dixit Aen. X, 396. in ſimili loco, quem ſuo modo luxuriantius expreſſit nunc Silius. cf. Ovid. Met. V, 117. ſeqq. Similes luſus poetarum notavit Cerda et alii ad Virgil. Hi ſcilicet omnes ornare ſtudebant

Dumque ea Gallorum populi dant funera campo,
Accitas propere caſtris in proelia Conſul
Raptabat turmas, primuſque ruebat in hoſtem,
Candenti ſublimis equo. Trahit undique lectum
Divitis Auſoniae iuvenem, Marſoſque, Coramque,
Laurentumque decus, iaculatoremque Sabellum,
Et Gradivicolam celſo de colle Tudertem,
Indutoſque ſimul gentilia lina Faliſcos;
Quoſque ſub Herculeis taciturno flumine muris
Pomifera arva creant Anienicolae Catilli;
Quoſque in praegelidis duratos Hernica rivis
Mittebant ſaxa, et nebuloſi rura Caſini.
Ibant in Martem terrae dominantis alumni,
Damna-

224. *taciturno murmure* Cod. Putean. Oxon. et editt. Rom. Parm. Mediol. — *flumine* Colon. — 225. *Anienicolaeque* cum libris vulg. ed Lef. 228. *Ibant in mortem* coni. P. Burman.

debant ſimplicitatem Homeri Iliad. ε, 81. 82.

216. ſeqq. Iam Scipio conſul copias ſuas educit. Has, ut poeta, ordine recenſet Silius. 222. *Gradivicolam Tudertem*, ut infr. lib. VIII, 464. *haud parci Martem coluiſſe Tudertes*. Faliſcorum *lina* plures poetae commemorare ſolent. vid. Gratii Cyneg. v 40. et cf. infr lib. VIII, 491. — 225. *Catillos* Tiburis ad Anienem ſiti oppidi incolas vocat, exemplo Virgil. Aen. VII, 670. ſeqq. cf. locum in ea re claſſicum Solini cap. 2. ubi Tiburis origines exponit, laudatum Heynio in Excurſ. VIII. ad Virg. p. 133. Plin. XVI, 44. et infr. lib. VIII, 366. — *Herculeis muris*, ob templum et cultum Herculis, unde *Herculeum Tibur* Propertio Eleg. II, 23. v 43 — Fertilitas Tiburis paſſim celebrata poetis, ut Horat. Od I, 7. IV, 3 Propert El. IV, 7 81. ubi plura attulit Broukh. — *taciturno* leniter fluente. v. infr lib. XII, 539. et Burm. ad Valer Fl V, p. 431. et Ovid. Amor. III, 6. 46. — 226. de *Hernicis ſaxis* v. infr. ad lib VIII, 392 — *duratos rivis praegel.* ex vetere Italiae diſciplina dixit, imitatus Virgil Aen. IX, 603 ſeqq. *Caſinum* in Volſcis oppidum trans Lirim. *nebuloſi* propter viciniam Sumbruviorum ſtagnorum, Dausqueius ait. Marſus, quia in alto monte ſitum ſit. — 228. *terram domi-*
nantem

Damnati Superis, nec iam reditura iuventus.
Scipio, qua medius pugnae vorat agmina vertex,
Infert cornipedem, atque, instinctus strage suorum,
Inferias caesis mactat Labarumque Padumque,
Et Caunum, et multo vix fusum vulnere Breucum,
Gorgoneoque Larum torquentem lumina vultu.
Occidis et tristi, pugnax Lepontice, fato.
Nam dum frena ferox obiecto corpore prensat,
Atque aequat celsus residentis Consulis ora
Ipse pedes, frontem in mediam gravis incidit ensis,
Et divisum humeris iacuit caput. At Batus, amens
Qui luctatur equo, parmaque incursibus obstat,
Ictu quadrupedis fulva porrectus arena
Elisa incussis amisit calcibus ora.

Per-

230. *notat agmina.* Cod. Putean. cum editt. Rom. Parm. Mediol. unde N. Heins. *rotat* legendum esse coniecit. 235. *pugnans* vulg. ut et *prensas*, *aequas*. Nostras lectiones MSS. et veteres editt. exhibent. 238. *occidit* Cod. Putean. cum ed. Rom. et Parm. unde N. Heins. *accidis* coniecit. 239. pro *at Batus*, ut legitur in Cod. Colon. variabant alii libri, *Abbatus*, *Achbatus*, *Acbutus*, *Acatus*, *Arcatus*. 240. *ut luctatur* coni. N. Heins.

nantem Italiam dixit, noto sensu, ut non opus sit statuere cum Drakenborchio, Silium ad sua potissimum tempora respexisse. — *damnati Superis*, quatenus copiae illae ab Hannibale victae sunt.

230-47. Scipio suis opem laturus irrumpens in mediam aciem Gallorum stragem edit. *qua medius — vertex.* Audaci metaphora, a navibus, quas fluctuum vertex vorat, h. e. absorbet, mediam aciem pugnantum describit. Colorem orationis accepit a Virgil. I, 117. — 232. *inferias caes. mactat*, milites suos ulturus. cf. infr. v. 261. Imitatus est noster Virgilii locum Aen. X, 513. ubi Aeneas Pallantis caedem ulturus, similes ei inferias destinat. — 239. *divisum — caput.* Absolvit imaginem Virgil. Aen. IX, 754. *Illi partibus aequis Huc caput atque illuc humero ex utroque pependit.* — 242. *elisa amisit ora*, calcibus equi Scipionis conculcatus adeo est, ut confusis lineamentis nosci non potuerit, quis foret. Ita Drakenb. Et certe id veri est similius, quam totum caput cogitare equi pulsu excussum. In loco simili lib. IX, 398.

Perfurit Aufonius turbata per aequora ductor,
Ceu Geticus Boreas, totum cum fuftulit imo
Icarium fundo victor mare; navita vafto
Iactatur fparfus, lacerata claffe, profundo:
Cunctaque canenti perfunditur aequore Cyclas.
Cryxus, ut in tenui fpes, exiguumque falutis
(Iam videt effe fuae, mortemque adftare propinquam,)
Armat contemtu mentem necis: horrida barba
Sanguinea rutilat fpuma, rictufque furentis
Albet, et affufo fqualent a pulvere crines.
Invadit Tarium, vicino Confule pugnas
Mifcentem, faevifque virum circumtonat armis.
Volvitur ille folo: nam pronum effundit in armos
Fata extrema ferens abies, rapiturque pavore
Tractus equi, vinctis connexa ad cingula membris.
Longa cruor fparfo linquit veftigia campo,
Et tremulos cufpis ductus in pulvere fignat.
Laudabat leti iuvenem, egregiofque parabat

 Vlcifci

244. *ceu gelidus* vulg. et fic Lefeb. *Geticus* in Oxon. et Putean. Codd. extabat. 245. pro *Icarium* cod. Oxon. cum editt. Rom. Parm. et Mediol. *irarum*, forte *iratum*, ut N. Heinf. cenfebat. 249. Ignorant hunc verfum libri fcripti, cum editt. Rom. Mediol. et omnibus aliis ante Iuntinam, poft quam in vulg. libris receptus eft. Delevit etiam Lefeb. Caeterum Burmannus coni. *Iam videt effe fuper*, et N. Heinf. *inftare*. 252. *effufo* vulg.

398. *ablatus viro vultus.* — 244. Notae poetarum comparationes cum ventis furentibus in ea re. cf. Virgil II, 416. feqq. et X, 356. ibique nott. Heyn. Quae de nautis et naufragio fequuntur, perficiendae imagini ferviunt, a Virgilio melius omiffa. Boreas f. Africus in mari Icario furens paffim dictus poetis, ut Horat. Od. I, 1. *Luctantem Icariis fluctibus Africum.* Ibi et Cyclades.

248. usque ad verf. 501. longa ambage narratur Cryxus a Scipione interfectus. 250. Ecce foedam imaginem hominis cum defperatione furentis, quae vix in bellua placeat. 256. *abies*, hafta abiegna. *fata ferens ext.* lethali ictu impreffa, ut alibi *fatifera tela.* 259. *cufpis* haftae corpori ab equo pendenti infixae fulcos in pulvere facit. 260. *laudabat leti*, formula graeciffans, omiffo ἕνεκα, χάριν,

Vlciſci Conſul manes, cum dira per auras
Vox venit, et Cryxum ferri clamoribus audit,
Haud notum vultu. Surgit violentior ira
Comminus, atque oculos optato in corpore figit.
Tum, ſtimulans grato plauſae cervicis honore,
Cornipedem alloquitur: Vulgum Martemque minorem
(Hactenus, et leto dedimus ſine nomine gentem.)
Mox, Gargane, vocant Superi ad maiora. Videſne
Quantus eat Cryxus? Iam nunc tibi praemia pono
Illum, Sidonio fulgentem ardore, tapeta,
Barbaricum decus; et fulvis donabere frenis.
  Sic fatus, magno Cryxum clamore ciebat
In pugnam, ac vacuo poſcebat proelia campo.
Nec detrectantem par ira accenderat hoſtem.
Vt iuſſae ceſſere retro, ſpatiumque dederunt
Hinc atque hinc alae, et medio ſtetit aequore pugna:
Quantus Phlegraeis telluris alumnus in arvis,

Movit

261. *per auris* Cod. Oxon. *aures* Putean. 266. *vulgum, Martique minore Hactenus*, etc. edidit Lefeb. Verſus 267. abeſt etiam ab Cod. Oxon. et Putean. ed. Rom. Mediol. et aliae ante Iuntinam. Sed ſi eum deleas, ſenſus plane non conſtat. Quicquid ſit, omnis locus ſive mendoſus eſt, ſive moleſte verbis ex preſſus. Quis ferat haec tria, *vulgum, Martem minorem, ſine nomine gentem*, unam rem notantia?

ριν, ut μακαρίζειν τȣ̃ θανάτȣ, uſurpata illa Virgilio in voc. *mirari* Aen. XI, 126. *iuſtitiaeque prius mirer, belline laborum.*

265. *grato — bonore ſtim.* cervicem equi blanda manu plaudens, quaſi ad fortitudinem excitans. Res ſaepe dicta et variata poetis poſt Virgil. Georg. III, 185. et XII, 85. vid. ibi Cerda — In ſequenti allocutione equi, praeiverat Homer. Il. ϑ, 184. ubi Hector equos alloquitur, et Mezentius apud Virg. Aen. X, 860. ubi vid. Heyn iis reſpondens, quibus illa ratio abſurda videatur. — 270. *Sidonio ardore*, Tyria purpura, cui paſſim ardor tribuitur e colore vivido. Virgil. Aen. IV, 262. *Tyrioque ardebat murice laena.* 271. *fulvis* aureis, ſ. auratis.

277. *Phlegraea arva* dicuntur partim de Pallene, Peninſula Maced. ad mare Aegeum, ubi

Movit ſigna Mimas, et coelum exterruit armis;
Tantus ſemifero Cryxus ſub pectore murmur
Torquet, et horriſonis ululatibus erigit iras.
Nemone incenſae captaeque ſuperfuit urbi,
Vt tibi, quas Brenni populus ferremus in arma,
Narraret, dextras? Diſce, en, nunc, inquit: et una
Contorquet nodis et obuſto robore diram
Vel portas quaſſare trabem. Sonat illa tremendum,
Ac nimio iactu ſervaſſe improvida campi
Diſtantis ſpatium, propiorem tranſvolat hoſtem.
Cui Conſul: Ferre haec umbris proavoque memento,
Quam procul occumbas Tarpeia ſede: tibique
Haud licitum ſacri Capitolia cernere montis.
Tum nodo curſuque levi ſimul adiuvat haſtam,

278. *Mimas* vulg. quod exhibet Cod. Colon. et ed. Baſil. In Cod. Putean. et Oxon. et ed. Parm. Mediol. aliisque legitur *minax*. 280. *exigit* ed. Rom. *egerit* coni. N. Heinſ.

ubi Gigantes bellum moverunt: partim intelligi poſſunt Phlegraei campi in Italia, ubi altera gigantum pugna fuit. cf. Diodor. Sic. IV, 21. et V, 71. Polyb. III, 92. Apollodor. I, 6. de gigantibus: *ἐγένοντο δὲ, ὡς μέν τινες λέγουσιν, ἐν Φλέγραις· ὡς δὲ ἄλλοι, ἐν Παλλήνῃ.* cf. Valer. Fl. II, 18. ſeqq. Priorem Phlegram in ea re appellat Virgil. Cul. 27. — *Mimas* inter gigantes nominatim recenſetur Heſiod. Schol. ad Theog. p. 248. et cf. Horat. Od. III, 4. 53. — *telluris al.* *γηγενής.* v. Ovid. Met. I, 157. ſeqq. — 280. *erigit*, accendit, concipit, ut *arrectae irae* Virgil. Aen. XII, 452. Sequitur ſuperba commemoratio Romae a Gallis captae Brenno duce, quem proavum iactabat Cryxus. — 284. *diram quaſſare* iunge, graeco ritu, ita validam, ut ea vel portas effringere poſſes. 286. Durius expreſſit hanc ſententiam: haſta nimio impetu emiſſa trans Scipionem, qui propius adſtabat, volavit. *Improvidam* haſtam dixit, cum proprie Cryxus eſſet improvidus, ſpatii modum non obſervans.

288. *Ferre*, narrare. Noti tales ſarcaſmi ex Homero et Virgilio. 290. *nodo curſuque levi*, amento haſtam vibravit, ſimulque inter iaculandum procurrit, ad augendum impetum, quo *adiuvit* haſtam. v. in.

Dignum mole viri nisus. Fugit illa per oras
Multiplicis lini, subtextaque tegmina nervis,
Atque altum tota metitur cuspide pectus,
Procumbit lata porrectus in arva ruina,
Et percussa gemit tellus ingentibus armis.
Haud aliter, structo Tyrrhena ad litora saxo,
Pugnatura fretis subter caecisque procellis,
Pila, immane sonans, impingitur ardua ponto.
Immugit Nereus, divisaque caerula pulsu
Illisum accipiunt irata sub aequora montem.
  Ductore amisso pedibus se credere Celtae;
Una spes anima tantusque pependerat ardor.

Ac

292. *dignam* — *nixus* — *per ora*, vulg. Modius locum sanavit ex Colon. 293. *subrectaque* vulg. quod tuetur Dausq. *subtextaque* Colon. Pro *nervis* N. Heins. coni. *tergis* vel *tauris*.

v. infra lib. V, 325. — 292. *dignum m. v. nisus*, dura formula, pro vulg. tantum annisus, quantum moles viri, quem petebat, postulabat. Ergo *dignum* adverbialiter dictum. 293. *multiplex linum*, thorax ex variis linis invicem impositis compactus. Similes formulas pete e Virg. Aen. X, 588. XII, 924. Mox *nervis* pelle taurina *metitur* exquisite pro transfigit, perforat. 295. *lata ruina*, ut de magna mole corporis Cryxi. In sequentibus imitatus est Silius Virgil. Aen. IX, 708 seqq. ubi vid. Heyn. Locum, in quo pilae ruina fiebat, Silius immutavit, pro Euboico litore, Tyrrhenum ponens. In versf. 300. 301. nil cogitas nisi mare ex saxi ruina fluctuans et grave sonans. Ornatus poeticus est, passim obvius.

302 - 12. Celtae amisso ductore fugientes comparantur feris e monte, ignibus accensis, fugientibus. Locum similem Homeri Il. π, 659. seqq. ubi caeso Sarpedone Lycii fugiunt, Dausqueius notavit. — Si condonemus poetae luxuriosum ornatum, nimiumque colorum apparatum, ubi sola *fugae* notio adumbranda erat, quidni fateamur, rem ipsam a poeta idonea cum arte et plane ex natura expressam? Versus 303. sententiam variarunt multi. cf. Lucan. V, 685. Valer. Flacc. V, 20. Virgil. X, 529. et Sil. VII, 743. *Picanum* montem Apuliae Marsus interpretatur, et Avien. Descr. Orb. v. 498. *nemorosi culmina Picani*, quae

tamen

Ac veluti ſummo venator denſa Picano
Cum luſtra exagitat, ſpiſſiſque cubilibus atram
Immittit paſſim dumoſa per invia peſtem:
Dum tacitas vires et flammam colligit ignis,
Nigranti piceus ſenſim caligine vertex
Volvitur, et pingui contorquet nubila fumo;
Mox ſubita in tanto lucent incendia monte.
Fit ſonitus: fugere ferae, fugere volucres;
Atque ima longe trepidant in valle iuvencae.
At Mago, ut vertiſſe globos, primumque laborem,
Qui ſolus genti eſt, caſſum videt, arma ſuorum
Ac patrium in pugnas equitem vocat. Vndique nudi
Aſſiliunt frenis, infrenatique manipli.
Nunc Itali in tergum verſis referuntur habenis;
Nunc rurſus Tyrias retro pavor avehit alas:
Aut illi dextros lunatis flexibus orbes;
Aut illi laevos ſinuant in cornua gyros:

310. *in toto* vulg. quod ſervavit Lefeb. *tanto* Col. 312. *ima* Modius ex Colon. poſuit pro vulg. *una*. 315. *ac primum* vulg. 318. *advehit* vulg.

tamen Drakenborch. in media Picentinorum regione ponit. *atram peſtem*, torrem ardentem dumis immiſſam ad feras excitandas, ut paſſim *peſtis* et de incendio Virgil. Aen. V, 683. IX, 540. Verſuum ſeqq. ornatus aliquoties iam vidimus ſupr. lib. II, 630. 31. et 659.

313. ſeqq. Mago fugientibus Celtis opem laturus copias ſuas admovet. *Primum laborem*, primum impetum, quo maxime celebris erat Gallorum gens. vid. infr. lib. VIII, 16. et Liv. X, 28. ubi *Galli primo impetu feroces* dicuntur. *arma ſuorum ac patrium eq.* Tyrios et Numidas. Hi *nudi frenis*. v. lib. I, 215. illi *infrenati*, frenis utentes. — 317. ſeqq. perturbationis ex fuga promiſcua ortae in Italis et Tyriis, dum imaginem ex natura ipſa veluti expreſſam ſiſtere poeta ſtudet, in luſus, ut fit, verborum incidit, vix tolerabiles iis, qui Maronianae gravitatis ſenſu imbuti ſunt. Habuit quidem ante oculos Virgil. Aen. XI, 618-28. At quanto ibi omnia ornatius et gravius elata! — *Lunati flexus*, ſunt in orbem euntes, mox *gyri*.

Texunt alterno glomerata volumina cursu,
Atque eadem refuga cedentes arte resolvunt.
Hac pontum vice, ubi exercet discordia ventos,
Fert Boreas, Eurusque refert: molemque profundi,
Nunc huc alterno, nunc illuc, flamine gestant.
Advolat aurato praefulgens murice ductor
Sidonius, circaque Metus, Terrorque, Furorque.
Isque ubi Callaïci radiantem tegminis orbem
Extulit, et magno percussit lumine campos,
Spes virtusque cadunt, trepidaque a mente recedit
Vertere terga pudor: nec leti cura decori,
Sed fugere infixum est, terraeque optantur hiatus.
Sic, ubi Caucasiis tigris se protulit antris,

Lin-

322. *Ac eaedem refugam* vulg. Modius ex Colon. locum emendavit. Codd. Oxon. et Putean. habent *atque sedem refugam*.

321. 22. Concurrunt per orbem ab utraque parte, et sic quoque recurrunt. Nempe *texit volumina cursu*, qui currendo orbem facit: *haec volumina resolvit*, qui ex cursu revertitur, refugit: hinc *refugam artem*, durissima formula, dicit. 323. Comparationis varia exempla habuit apud Virgilium, ut Aen. IV, 442. X, 356 Latiori ornatu in simili comparatione usus est Virgilius, l. c. qui contra in perturbatione copiarum describenda a verborum lusu se abstinuit

326 seqq. Hannibal accedit. *aurato murice*, purpura auro intexta. Mox cum Marte comparatur, quem in praelium sequuntur, *metus*, *terror*, et *furor*, Homerico phantasmate Il. δ, 440. et ε, 333. Sic et Virgil. A. XII, 335. Valer. Fl. II, 204. seqq. III, 89. Stat. Theb. III, 424. — ad vers. 328. vid. supr. lib. II, 395. — 330. seqq. Viso Hannibale copiae Romanorum desperatae fugam capessunt. *infixum*, fixum, propositum est. — *terrae opt. hiatus*, desperationis cum metu coniunctae documentum, cuius exempla Drakenborchius iam attulerat e Virgil. X, 675. XII, 883. Adde Aen. IV, 24. et loca ab Heynio prolata ex Homer Il. δ, 182. ζ, 464. — 333. Apta comparatio, facta ad exemplum Virgil. A. IX, 59. seqq. Inprimis sententiam verss. 336. 37. praeter Virgilium multi alii ornarunt. Valer. Fl. III, 589. Stat. II. Theb 133. Sidon Apol Paneg. Aviti 367. Silius omnes, si haec

Linquuntur campi, et tutas petit omne latebras
Turbatum insano vultu pecus: illa pererrat
Desertas victrix valles: iamque ora reducto
Paulatim nudat rictu, ut praesentia mandens
Corpora, et immani stragem meditatur hiatu.
Non illum Metabus, non illum celsior Vfens
Evasere tamen; quamvis hic alite planta,
Hic ope cornipedis totis ferretur habenis.
Nam Metabum ad manes demisit cuspide fulgens
Fraxinus, Vfentem collapsum poplite caeso
Ensis obit, laudemque pedum cum sanguine ademit.
Iamque dedit leto Sthenium, Laurumque, domoque
Collinum gelida, vitreo quem Fucinus antro
Nutrierat, dederatque lacum tramittere nando.
Fit socius leti coniecta Massicus hasta,
Vitiferi sacro generatus vertice montis,
Et Liris nutritus aquis, qui fonte quieto
Dissimulat cursum, ac, nullo mutabilis imbri,
Perstringit tacitas gemmanti gurgite ripas.

336. *disiectas* vulg. pro quo Modius ex Colon. posuit *desertas*. 337. *mandat* vulg. *atque absentia mandit* coni. N. Heins. *mandens* Colon. Mod. 343. *caeso* ex Colon. Mod. restituit pro *flexo* vulg. 346. *viridi antro* libri scripti et ed. Rom. quod edidit Lefeb. *vitreo* vulg. 349. *vitigeri* legitur in edit. Basil. Henrici Petri, ut Cortius notaverat ad marginem libri sui. 352. *praestringit* coni. viri docti a Cortio adscripta, haud dubie Livineii.

si haec laus est, naturae imitatione superavit.

339. seqq. Caedes singulares ab Hannibale factae narrantur usque ad vers. 356. Scilicet in talibus lubenter immoratur Silius, ut epicos ornatus expromat ex Homeri et Virgilii scenis passim collectos, et ingenio indulgeat. — 346. *Fucinus* lacus in Marsis, cuius et Virgilio A. VII, 759. dicta *vitrea unda*, h. pellucida. v. interpp. ad Ovid. Met. V, 48. — 348. *Massicus*, a monte Massico prope Sinuessam in Campania, cuius vinum passim celebratum veteribus. Horat. Od. I, 1. *veteris pocula Massici*. Virg. Georg. III, 526. *Massica munera Bacchi*. Mox *Liris* inter Volscos

Exoritur rabies caedum, ac vix tela furori
Sufficiunt, teritur iunctis umbonibus umbo,
Pesque pedem premit, et nutantes casside cristae
Hostilem tremulo pulsant conamine frontem.
Tergemini primam ante aciem fera proelia fratres
Miscebant, quos Ledaeo Sidonia Barce
Xanthippo felix uteri inter bella crearat.
Res Graiae, ductorque parens, ac nobile Amyclae
Nomen, et iniectus Spartanis colla catenis
Regulus inflabant veteri praecordia fama:
Marte probare genus, factisque Lacona parentem
Ardebant, gelidosque dehinc invisere montes

Tay-

361. *insertus colla* coni. P. Burman. 362. *inflabat* Colon. cum nonnullis editt. et Cellar.

et Campanos fluentis tacitum cursum saepe poetae commemorant. Horat. Od. I, 31. et infr. lib. VIII, 401. 402. — 353. pugnam confertissimam describit, notis in ea re formulis. Praeiverat Homerus Il. ν, 130. et Virgil. X, 361. Alias variationes cf. infr. lib. V, 218. IX, 322. et Ovid. Met. IX, 44. Valer. Fl. VI, 183. et Lucan. IV, 777. seqq.

357. Sequitur tergeminorum ab utraque parte fratrum pugna, ad exemplum quidem Horatiorum et Curiatiorum fratrum inserta ex Liv. I, 26. ut iam Marsus notavit. Eiusmodi scenae, cum varios ornatus admitterent, et misericordiae admirationisque sensu animos movere possent, nullus fere poetarum quidem latinorum extitit, quin similibus carmen distingueret. Geminos saltem fratres multi produxerunt, ut Virgil. A. X, 390. seqq. Lucan. III, 603. Stat. Th. VI, 340. IX, 292. seqq. Ovid. Met. V, 107. et Sil. supr. lib. II, 636. seqq. — *Xanthippi Ledaei* Spartani, quo duce Attil. Regulus victus est bello Punico primo, filios fingit. v. supr. lib. II, 434. et de Regulo lib. II, 343. et VI, 504. — *felix uteri* εὔτεκνος.

360-66. E Bello gloriam reportaturi tergemini illi Spartam redire post res fortiter gestas in animo habebant. — *Res Graiae*, fama virtutis bellicae, qua inprimis Sparta tum florebat. — De *Amyclis* vid. ad lib. VIII, 530. — 364. Vna sententia *Spartam redire* tribus modis variatur, *invisere Taygeta*, *innare Eurotam*,

Taygeta, et tandem bellis innare subactis
Eurotan patrium, ritusque videre Lycurgi.
Sed Spartam penetrare Deus, fratresque negarunt
Ausonii, totidem numero; quos miserat altis
Egeriae genitos immitis Aricia lucis,
Aetatis mentisque pares: at non dabat ultra
Clotho dura lacus aramque videre Dianae.
Namque ut in adversos, impacti turbine pugnae,
Eumachus et Critias et laetus nomine patris
Xanthippus iunxere gradus; ceu bella leones
Inter se furibunda movent, et murmure anhelo
Squalentes campos et longa mapalia complent:
Omnis in occultas rupes atque avia pernix
Maurus saxa fugit, coniuxque Libyssa profuso,
Vagitum cohibens, suspendit ab ubere natos;
Illi dira fremunt, perfractaque in ore cruento
Ossa sonant, pugnantque feris sub dentibus artus.
Haud secus Egeriae pubes, hinc Virbius acer,
Hinc Capys, assiliunt, paribusque Albanus in armis.
Subsidens paulum perfossa proruit alvo

Alba-

367. *remeare* coni. N. Heins. 365. pro *innare* Putean. cod. cum priscis editt. *iuvat ire*, et ita Lefeb. 378. *profundo* ed. Rom. 381. *feri* MS. et editt. Rom. Mediol. Ita et Lef.

tam, *ritus videre Lycurgi.* Nam *Taygeta* iuga, et *Eurotas* fluvius Laconiae. Mox idem *Spartam penetrare* dicit. Ita nempe Silius et aequales poetae doctrinam suam vendunt.

368. Fratres tergeminos Italos ex *Aricia* petit, oppido Latii prope nemus Aricium, vel lucum Dianae Aricinae, in quo fons erat Egeriae Nymphae. (Liv. I, 21.) Ad haec omnia adludit poeta, in caeteris secutus Virgilium lib. VII, Aen. 762. *Virbius, insignem quem mater Aricia misit, Educatum Egeriae lucis.* Quare *immitis* dicatur, vid. ad lib. VIII, 364. — 372. *impacti turbine*, cum impetu irruentes. Comparationis sequentis varii colores menti poetae obversari poterant ex Homero et Virgilio. Locum Homeri Il. π, 756. seqq. iam Dausqueius notavit.

384 *subsidens* poplite, ὑφιζάνων. Virgil. XII, 492. et alibi.

Albanum Critias; (aſt illi cuncta repente
Implerunt clypeum miſerando viſcera lapſu)
Eumachus inde Capyn: ſed tota mole tenebat
Ceu fixum membris tegimen; tamen improbus enſis
Annexam parmae decidit vulnere laevam,
Inque ſuo preſſa eſt non reddens tegmina niſu
Infelix manus, atque haeſit labentibus armis.
Vltima reſtabat fuſis iam palma duobus
Virbius. Huic trepidos ſimulanti ducere greſſus
Xanthippus gladio, rigida cadit Eumachus haſta,
Et tandem aequatae geminato funere pugnae.
Inde alterna viris tranſegit pectora mucro,
Inque vicem erepta poſuerunt proelia vita.
Felices leti, pietas quos addidit umbris!
Optabunt ſimiles venientia ſecula fratres,
Aeternumque decus memori celebrabitur aevo:

Si

392. *adducere* coni. N. Heinſ. 398. *allicit* Cod. Putean. editt. Rom. Parm. Mediol. *adiicit* coni. N. Heinſ. 400. *extremumque* vulg.

alibi. — 390. *preſſa eſt ſuo niſu,* firmiter haeſit manus abſciſſa in manubio parmae, quam tenebat. At obſerva luxuriem poetae, *preſſa eſt, non reddit tegmina, haeſit.* — 392. *ultima palma, Virbius,* de quo adhuc palma ſeu victoria reportanda reſtabat. — 393-95. Virbius fugam ſimulans (ut Horatius apud Livium l. c.) Eumachum et Xanthippum interficit, itaque ab utraque parte gemini ceciderunt. 396. 97 Superſtites ab utraque parte Virbius et Critias ſe invicem ipſi trucidant. — Sic facile expedias, quo ſenſu dixerit *alterna pectora,* et *in vicem ereptam vitam.* Locus ſequens v. 398-402. adumbratus eſt e Virgil. A. IX, 446. *Si quid mea carmina poſſunt, Nulla dies unquam memori vos eximet aevo.* Sed graviores in Virgiliano loco ſenſus efficit illud epiphonema, cum praeceſſerit dulciſſima de Niſo et Euryalo narratio. Cum his tergemini illi fratres nihil fere commune habent, quod miſerationis ſenſum movere poſſit. Ne ſatis quidem planum eſt, quo *pietas* illa (verſ. 398.) pertineat, niſi fingamus unum pro altero fratre pugnaſſe, vel cecidiſſe cunctos pro patria,

Si modo ferre diem, ſeroſque videre nepotes
Carmina noſtra valent, nec famam invidit Apollo.
At Conſul toto palantes aequore turmas
Voce tenet, dum voce viget: Quo ſigna refertis?
Quis vos, heu! vobis pavor abſtulit? Horrida primi
Si ſors viſa loci, pugnaeque laceſſere frontem;
Poſt me ſtate, viri, et pulſa formidine tantum
Aſpicite. Has dextras capti genuere parentes.
Quo fugitis? Quae ſpes victis? Alpeſne petemus?
Ipſam turrigero portantem vertice muros
Credite ſummiſſas Romam nunc tendere palmas.
Natorum paſſim raptus, caedemque parentum,
Veſtaleſque focos exſtingui ſanguine cerno.
Hoc arcete nefas! Poſtquam inter talia crebro
Clamore obtuſae craſſoque a pulvere fauces,
Hinc laeva frenos, hinc dextra corripit arma,
Et latum obiectat pectus, ſtrictumque minatur
Nunc ſibi, nunc trepidis, ni reſtent, comminus enſem.
Quas

401. *miſerosque* vulg. et membr. Oxon. *in ſerosque venire nepotes* coni. Barth. *veſtrosque* ed. Parm. 404. *quam voce viget* Lefeb. pro quantum. 409. *qua fugitis?* in ſcriptis et ed. Rom. Sic et Lefeb. 412. *natarum* coni. Burm. ut raptus virginum intelligatur. 418. *ni reſtent comminus*, iunxit Lefeb.

tria. Hoc utique rectius de Horatiis et Curiatiis dixeris. Reſtat ergo hoc, Silio imitationem male ceſſiſſe.

403. Scipio ſuos e fuga revocans, graviter ad virtutem adhortatur. — *tenet* retinet a fuga. — 405. Quis pavor vobis veſtram illam fortitudinem abſtulit? Sententia bene verbis expreſſa. 406. Si timetis in prima acie pugnare. *laceſſere front. pugnae*, exquiſite, pugnare in primo loco. De formula cf. Virg. A. V, 429. — *tantum adſpicite* cf. ſimilem locum lib. II, 230 — 408. *has dextras*, ſcil. hoſtium noſtrorum. *capti* victi ſuperiori bello. Bene Marſus: „detrahit hoſtibus ut magis impellat ſuos.“ — 410. *turrigero — muros* Romam in collibus ſitam deſignat, ut cum *alta moenia Romae* dicit Virgil. A. I, 7. Sed mihi iſte ornatus nunc friget. — *Veſtales focos*, ignem Veſtae aeternum *extingui*, et quidem *ſanguine*, valde portentoſum erat.

Quas acies alto genitor dum ſpectat Olympo,
Conſulis egregii movere pericula mentem.
Gradivum vocat, et patrio ſic ore profatur:
Magnanimi me, nate, viri, ni bella capeſſis,
Haud dubie extremus terret labor: eripe pugnae
Ardentem; oblitumque ſui dulcedine caedum
Siſte ducem Libyae. Nam plus petit improbus uno
Conſulis exitio, tota quam ſtrage cadentum.
Praeterea (cernis) tenerae qui proelia dextrae
Iam credit puer, atque annos tranſcendere factis
Molitur, longumque putat pubeſcere bello:
Te duce primitias pugnae, te magna magiſtro
Audeat, et primum hoc vincat, ſervaſſe parentem.
Haec rerum ſator. At Mavors in proelia currus
Odryſia tellure vocat: tum fulminis atri

Spar-

424. *caedum. Siſte* etc. Lefeb. Sic et Marſus in commentario explicat locum, Scipionem ſui oblitum fuiſſe.

erat. cf. interpp. ad Ovid. Met. XV, 778.

419 ſeqq. Poeta cum ſemel inſtituiſſet omnes illos ornatus, quibus Homerus et Virgilius carminibus ſuis epicam quandam gravitatem conciliarunt, ad hoc quoque carmen transferre, nunc in re ſatis deſperata Iovis machinatione utitur. Is Gradivum admonet, ut Scipioni filio patrem ſervaturo opem ferat. — *patrio ore*, ut pater Martis. 424. *oblitum ſui*, amentem, pugna inſanientem et ſine modo furentem, ſi ad Hannibalem referas. Sed vid. var. Lectt. — 425. *plus petit* etc. plus momenti eſt in morte unius Scipionis, quem petit Hannibal, quam ſi totum exercitum trucidaſſet. — 428. *annos transſcendere factis* exquiſite, pro vulg. virtute aetatem ſuperare. Fortitudinis iuvenilis, et praecocis encomium eſt. 430. 31. Digniſſima Iove oratio, in qua ego Virgilianam gravitatem non deſidero. Neſcio alia graviora verba in toto carmine. Ergo felici imitatione uſus eſt Virgilii Aen. VIII, 515. ſeqq. ubi vid. Heyn. et Cerda.

432. ſeqq. Martis in pugnam adventum collectis undique ex Homero et Virgilio coloribus effert. *Odryſia tellus*, Thracia, ſedes Marti iam ab Homero tributa. Odyſſ.

Spargentem flammas clipeum, galeamque Deorum
Haud ulli facilem, multoque labore Cyclopum
Sudatum thoraca capit, quassatque per auras
Titanum bello satiatam sanguinis hastam,
Atque implet cursu campos. Exercitus una
Irarum, Eumenidesque simul, letique cruenti
Innumerae facies, frenisque operata regendis
Quadriiugos atro stimulat Bellona flagello.
Fertur ab immenso tempestas horrida coelo,
Nigrantesque globos et turbida nubila torquens
Involvit terras: quatitur Saturnia sedes
Ingressu tremefacta Dei, ripasque relinquit,
Audito curru, fontique relabitur amnis.
Ductorem Ausonium telis Garamantica pubes
Cinxerat, et Tyrio regi nova dona parabat,
Armorum spolium, et rorantia Consulis ora.
Stabat Fortunae non cedere certus, et acri
Mole retorquebat, crudescens caedibus, hastas.
Iamque suo, iamque hostili perfusa cruore
Membra madent: cecidere iubae; gyroque per orbem
Arta-

438. *curru* vulg. et Lefeb. *cursu* ex ed. Parm. N. Heins. emendavit. 442. *incenso* Burman. coni.

Odyss. ϑ, 361. Vnde Virgilio: *Mavortia terra* Aen. III, 13. et 35. Mars ipse *Geticis arvis praesidet.* Sed omnino cf. Virgil. A. XII, 331, seqq. et loca supra laudata ad vers. 327. — Armaturam Martis absolvit Silius, cuius singula arma passim nominant Homer. et Virgil. ut Il. ε, 594. πελώριον ἔγχος ἐνώμα, *quassabat per auras hastam.* cf. Valer. Fl. VI, 6. seqq. — ad vers. 439. vid. supr. 327. et Virgil. Aen. VIII, 700. XII, 335. — *Bellonam* Martis comitem passim Homerus induxit, Il. ε, 333. 592. — 444. *Saturnia sedes* Italia. Amnes, ut h. l. Ticinum, territos passim dixere poetae. vid. not. ad lib. III, 463.

447. seqq. De re cf. Liv. XXI, 46. ubi et de vulnere Scipionis, cuius mentionem mox poeta iniicit. — *Garamant. pubes*, Numidae. — 449. *rorantia* sanguine, haud dubie. — 450. *acri mole* valido impetu, ut *crudescens*, h. exar-

Artato, Garamas iaculis propioribus inſtat,
Et librat ſaeva coniectum cuſpide ferrum.
Hic puer ut patrio defixum corpore telum
Conſpexit, maduere genae, ſubitoque trementem
Corripuit pallor, gemitumque ad ſidera rupit.
Bis conatus erat praecurrere fata parentis,
Converſa in ſemet dextra: bis tranſtulit iras
In Poenos Mavors. Fertur per tela, per hoſtes
Intrepidus puer, et Gradivum paſſibus aequat.
Continuo ceſſere globi, latuſque repente
Apparet campo limes. Metit agmina tectus
Coeleſti clipeo, et ſternit ſuper arma iacentum
Corporaque auctorem teli, multaſque paternos
Ante oculos animas, optata piacula, mactat.
Tunc, rapta propere duris ex oſſibus haſta,
Innixum cervice ferens humeroque parentem,
Emicat. Attonitae tanta ad ſpectacula turmae
Tela

455. *traiectum* Colon. et ſic edidit Lefeb. 465. Locum ex MSS. emendavit N. Heinſ. conſentientibus editt. Mediol. et Parm. *corpora et auctorem* primus Martinus Herbipol. dedit, quem reliqui omnes deinceps ſecuti ſunt. Livineius coniecit *fertur ſupra ipſa iacentum corpora.*

exardeſcens magis pugna. Sic Virgil. A. VII, 788. *magis effuſo crudeſcunt ſanguine pugnae*, et XI, 833. *Camilla crudeſcit pugna.* — 459. 60. Color loci ductus ex Virgil. A. X, 680. ſeqq. 462. *Gradivum p. aequat* pugnae ſe immittit; variatae ſententiae priores, *fertur per tela*, per *hoſtes.* Mox *latus limes* dicitur ſpatium ex hoſtibus caeſis, exemplo Virgilii A. X, 513. vid infr. ad lib. IX, 379. — 465. *coeleſtem clipeum* Martis intellige cum Marſo, ut *coeleſtia arma* Virgilius dixit Aeneae, a Venere matre accepta, lib. XII, 167. — *auctorem teli*, qui patrem vulneraverat. — *piacula* noto ſenſu, in ultionem parentis vulnerati.

469. ſeqq. Manifeſta adumbratio Aeneae Anchiſen portantis apud Virgil. A II, 707. 708. Stuporem etiam hoſtium pietatem pueri admirantium transtuliſſe videtur poeta ex iis, quae de Aenea narrantur, ut apud Auct. de Orig. gent. Rom. cap. 9. et in

Tela tenent: ceditque loco Libys asper, et omnis
Late cedit Hiber: pietasque insignis et aetas
Belligeris fecit miranda silentia campis.
Tum celso e curru Mavors, Carthaginis arces
Exscindes, inquit, Tyriosque ad foedera coges:
Nulla tamen longo tanta exorietur in aevo
Lux tibi, care puer. Macte, o macte indole sacra,
Vera Iovis proles: et adhuc maiora supersunt:
Sed nequeunt meliora dari. Tum nubila Mavors
Aetheraque, emenso terras iam sole, capessit;
Et fessas acies castris clausere tenebrae.
Condebat noctem devexo Cynthia curru,
Fraternis afflata rotis, et ab aequore Eoo
Surgebant roseae media inter caerula flammae.
At Consul tristis, campos Poenisque secundam
Planitiem metuens, Trebiam collesque petebat.
Iam-

482. *devexo cornu* ed. Parm.

in Anthol. gr. lib. I, cap. 87. Ep. 2. cf. Claud. Idyll. VII, 31. seqq.

475 cf. Liv. l. c. ubi simile de Scipione puero praesagium. 477 *lux tanta* tam gloriosa dies diu post non illucescet. — *Macte indole sacra*, o insignem divino animo et ortu iuvenem. Imitatus est poeta locum Virgil. A. IX, 641. ubi vid. Heyn. in voc. *mactus* altius inquirentem. cf. Burm. ad Valer. Fl. VI, 547. — *Iovis proles* a multis traditus Scipio. v. Plin. H. N. XXVI, 43. Liv. XXVI, 19. et plura infr. lib. XIII, 615. seqq. — 478 *maiora*, quae virtutem tuam declarent, et exerceant; *meliora nequeunt dari*, pietatis tuae documentum nunquam in posterum amabilius dabis; ut fere in vers. 477.

483. *fraternis* Phoebi vel Solis *adflata rotis* Luna dicitur, quasi tacta orientis Solis curru, cui illa cedit. Commodius apud Virgil. A V, 739. *Oriens anhelis equis adflat*. cf Georg. I, 396. et infr. lib. VIII, 175. Similes colores solis orientis vid. lib. VI. init. ubi plura.

485. seqq. *Planitiem metuens*. Poeta vestigia Livii sui sequitur, qui lib. XXI, 47. „facile apparuit, inquit, et meliorem equitatu Poenum esse, et ob id campos paten-tes,

Iamque dies rapti curſu navoque labore,
Et medio abruptus fluitabat in amne ſolutis
Pons vinclis, qui Dardanium tranſvexerat agmen;
Eridani rapidas aderat cum Poenus ad undas.
Dumque vada et molles aditus, per devia flexo
Circuitu, petit, et ſtagni languentia quaerit,
Interdum rapta vicinis ſaltibus alno
Flumineam texit, qua tranſvehat agmina, claſſem:
Ecce aderat, Trebiaeque ſimul vicina tenebat,
Trinacrio accitus per caerula longa Peloro,
Gracchorum proles, Conſul. Gens inclita magno
Atque animoſa viro, multuſque in imagine claris
Praefulgebat avus titulis bellique domique.
Nec Poeni, poſitis trans amnem in gramine caſtris,
Deerant: namque animos ſtimulabant proſpera rerum,
Increpitanſque ſuper ductor: Quis tertius Vrbi

Iam-

487. *vanoque lab.* legebatur in Cod. Colon. Putean. et editt. Parm. Mediol. unde N. Heinſ. *navoque* emendavit. *varioque* vulgata lectio eſt.

tes, quales ſunt inter Padum Alpesque, bello gerendo Romanis aptos non eſſe" — *Trebiam collesque*, ut Livius cap. 48. „Scipio tacito agmine profectus ad Trebiam fluvium, in loca altiora collesque impeditiores equiti caſtra movet." cf. Polyb. III, 67. f. — 488 de ponte vid. Liv. l. c. 47. ſub init. —

491. ſeqq. Hannibal Padum traiicit. Expreſſit poeta haec Livii verba cap. 47. „Potiores apud me auctores ſunt, qui biduo vix locum rate iungendo flumini inventum tradunt" *molles aditus* loca vadoſa, quae facilem tranſitum praeberent. Eadem *languentia ſtagni* dicit. *per devia flexo circuitu*, ex his Livianis expreſſa: „multorum dierum circuitu Padi vada petenda fuerant."

495. ſeqq. Sempronius Gracchus conſul ex Sicilia redux copias ſuas cum Scipione iungit. vid. Liv. cap. 51. Polyb. III, 68. — Quae ante eius adventum geſta erant, a Livio narrata cap. 50. pro more Silius omittit, potiores pugnas tantum elaturus. — 502. *Quis tertius* etc. Talia Gracchus loquitur apud Liv. cap. 53. et Romani cap. 57. quae

Iam ſupereſt Conſul? Quaenam altera reſtat in armis
Sicania? En omnes Latiae, Daunique nepotum
Convenere manus. Feriant nunc foedera mecum
Ductores Italûm, ac leges et pacta repoſcant.
At tu, donata tela inter Martia luce,
Infelix animae, ſic, ſic vivaſque, tuoque
Des iterum hanc laudem nato: nec fine ſub aevi
Oppetere in bello detur, cum fata vocabunt.
Pugnantem cecidiſſe meum eſt. Haec perſonat ardens.
Inde levi iaculo, Maſſylûmque impiger alis
Caſtra ſub ipſa datis irritat, et elicit hoſtem.
Nec Latius vallo miles debere ſalutem
Fas putat, aut clauſas pulſari cuſpide portas.
Erumpunt, cunctiſque prior volat aggere aperto
Degener haud Gracchis Conſul. Quatit aura comantes
Caſſidis Auruncae criſtas, humeroque refulget
Sanguinei patrium ſaguli decus. Agmina magno
Reſpectans clamore vocat; quaque obvia denſos
Artat turba globos, rumpens iter aequore fertur.
Vt torrens celſi praeceps e vertice Pindi

516. *cuneisque prior* coni. N. Heinſ. 518. *auricomas* vulg. Sed N. Heinſ. ex Cod. Colon. et Putean. *Auruncae* reſtituit.

quae nunc Hannibali poeta tribuit. — 507. Scipionem alloquitur, vitam a filio ſervatam acerba ironia ignaviae illius adſignans. Hinc *infelix animae*, quatenus aliena virtute adiutus vivit. Et illa *ſic*, *ſic* etc. cum acerbiſſimae invidiae affectu enuncianda erunt.

512. ſeqq. Ab utraque parte ad pugnam ſe accingunt. vid ad verſ. 134. — *caſtra ſub ipſa datis*, ad caſtra Romana miſſis. Ita Liv. cap. 54. „Annibal Numidas equites obequitare iubet hoſtium portis iaculandoque in ſtationes elicere ad pugnam hoſtem.“ 514. *Latius miles*, Sempronio inprimis, cunctationem collegae reprehendente, et contendente milites in certamen educendos. Liv. cap. 53. — *Caſſidem Auruncam* ſimplic. pro Romana, ut *enſem Auſoniam* et *Tyrrhenam haſtam* alibi paſſim. — 522. Comparationem, quamvis ita aptam naturae rei, ut ſua ſponte

Cum ſonitu ruit in campos, magnoque fragore
Avulſum montis volvit latus: obvia paſſim
Armenta, immaneſque ferae, ſilvaeque trahuntur.
Spumea ſaxoſis clamat convallibus unda.
  Non, mihi Maeoniae redeat ſi gloria linguae,
Centenaſque pater det Phoebus fundere voces,
Tot caedes proferre queam, quot dextera magni
Conſulis, aut contra Tyriae furor edidit irae.
Murranum ductor Libyae, ductorque Phalantum
Auſonius, gnaros belli, matereſque laborum,
Alter in alterius fuderunt comminus ore.
Monte procelloſo Murranum miſerat Anxur,
Tritonis niveo te ſacra, Phalante, profundo.
  Vt primum inſigni fulſit velamine Conſul,
Quanquam orbus partem viſus, unoque Cupencus
Lumine ſufficiens bellis, citat improbus haſtam,

Et

524. *monti* coni. N. Heinſ. 528. *rumpere* vulg. quod expreſſit Lefeb. ex Cod. Tell. Rom. 1. Beneſ. Ald. *fundere* ex libr. ſcriptis. 535. pro *niveo* N. Heinſ. coni. *Libyco* probante Drakenb. Mox pro *ſacra*, Lefeb. *Sarra* e Rom. 1. 534. *Axur* Lefeb.

ſponte offerri poetae poſſet, tamen mutuaſſe videtur a Virgil. A. XII, 684. ubi Turnum ita per agmina ruentem exhibuit. Quot alii poetae eandem uſurpaverint, Heynius ibi docet. cf. Homer. Il. ν, 137. ſeqq. et dicta ad lib. III, 468.

527. ſeqq. Color ductus ex Homer. Il. β, 488. et Virgil. A. VI, 625. Similia paſſim aliis poetis dicta, quos longa ſerie enumerat Drakenb. Sed in his ſufficit, fontes monſtraſſe. Adde tamen Ovid. Met. VIII, 532. ſeqq. Claud. in Prob. et Ol. Conſ. v. 55.

531. Sequitur usque ad verſ. 572. caedum ſingularium et a ducibus utriusque agminis, et promiſcue factarum recenſio. — *veteres laborum*, diu exercitati laboribus bellicis. Formula Silii fere propria. infr. lib. VI, 616. *bellandi vetus*. — *Anxur* ſ. Tarracina, ad Vfentem flumen in Latio.

535. *Phalantum* ex tractu illo Libyae, ubi eſt Tritonidis lacus, profectum fingit. v. ſupr. ad lib. III, 322. — 536. *inſigni velam.* ſagulo, de quo in verſ. 519.

Et ſummae figit tremebundam margine parmae.
Cui Conſul, namque ira coquit: Pone, improbe, quidquid
Reſtat in ore fero, et truncata fronte relucet.
Sic ait, intorquens directo turbine robur,
Et dirum tota tramittit cuſpide lumen.
  Nec levior dextra generatus Hamilcare ſaevit.
Huic cadit infelix niveis Varenus in armis.
Mevanas Varenus, arat cui divitis uber
Campi Fulginia, et patulis Clitumnus in arvis
Candentes gelido perfundit flumine tauros.
Sed triſtes Superi, atque ingrata maxima cura
Victima Tarpeio fruſtra nutrita Tonanti.
Inſtat Hiber levis, et levior diſcurrere Maurus.
Hinc pila, hinc Libycae certant ſubtexere cornus
Denſa nube polum: quantumque interiacet aequi
Ad ripas campi, tantum vibrantia condunt

539. pro *figit* in Putean. Cod. eſt *agit*. Vnde N. Heinſ. coni. *affigit*. 541. *feri* legendum eſſe, cenſebat Cortius ad marginem libri ſui. — Pro *relucet* Oxon. *reducet*. ed. Parm. *reluce*. Rom. *relucta*. Vnde N. Heinſ. coni. *relictum eſt*. 542. *derecto* Colon. et ſic edidit Lefeb.

539. *tremebundam*, ut tremulo motu pendentem in ſuperficie parmae. 541. *quicquid reſtat*, oculum ſuperſtitem, unde mox *truncatam frontem* dicit; v. ſupr. lib. III, 42. ſeqq. Omnino in hoc loco luſit verbis Silius, dum Cupencum oculo uno captum deſignaturus, quatuor modis unam ſententiam variat. — 542. *directus turbo* impetum exprimit, quo quis haſtam vibrat et dirigit. Ita Virgil. A. IX, 744. *Intorquet ſummis adnixus viribus haſtam.*

545. ſeqq. *nivea arma* vix aliter intelligas, ac de clipeo et lorica albis taurorum pellibus contextis. *Mevanas*, ex Mevania oppido ad Clitumnum fluvium ſito, quem et *Fulginia* urbs attingit. *Candentes*, ſ. albos taurorum greges Virgilius etiam in arvis Clitumni poſuit Georg. II, 146. et retractavit Silius lib. VIII, 453. in utroque loco Virgilium ſecutus. *Triſtes ſuperi*, irati, non propitii. — *Ingrata cura* eſt, qua nihil efficitur.

552. ſeqq. Atrociſſimae pugnae

Tela: nec artatis locus eſt in morte cadendi.
Allius, Argyripa Daunique profectus ab arvis
Venator, rudibus iaculis et Iapyge campum
Perſultabat equo, medioſque invectus in hoſtes
Appula non vana torquebat ſpicula dextra.
Huic horret thorax Samnitis pellibus urſae,
Et galea annoſi vallatur dentibus apri.
Verum ubi turbantem, ſolo ceu luſtra pererret
In nemore, aut agitet Gargano terga ferarum,
Hinc Mago, hinc ſaevus pariter videre Maharbal,
Vt ſubigente fame diverſis rupibus urſi
Invadunt trepidum gemina inter proelia taurum,
Nec partem praedae patitur furor. Haud ſecus acer
Hinc atque hinc iaculo devolvitur Allius acto.
It ſtridens per utrumque latus Mauruſia taxus:
Obvia tum medio ſonuerunt ſpicula corde,
Incertumque fuit, letum cui cederet haſtae.

Et

571. *crederet* coni. N. Heinſ.

gnae imago, cuius colores multi poetae ſuppeditare pot erant. In ſententia verſus 355 varianda inprimis multi poſt Virgilium luxuriati ſunt. v. Lucan II, 201 ſeqq. — *Argyripa*, urbs Appuliae, quam corrupto nomine ex ἀργὸς ἵππιον in Peloponeſo, Diomedes condidiſſe traditur. v. Strabo lib VI p. 434. et Lycophron V, 592. Ante oculos habuit Silius ſimilia loca Virgil. A. XI, 246. et 678. ubi itidem Ornytus quidam, *equo venator Iapyge* fertur. Nam Dauniae et Iapygiae vicinae regiones ſunt, et mox *Garganus* etiam mons in vicinia Appuliae. — 560. *horret*, Φρίσσει, pro eſt. Nempe horrere dicuntur poetis, quaecunque ſunt aſpera, hirta, inaequalia, denſa, dura. Caeterum habitus venatoris deſcribitur, exemplo Virgil. A. V, 37. ubi Aceſtes *horridus in iaculis et pelle Libyſtidis urſae.* — 563. *terga*, corpora, ut Virgil. A VII, 20. — 569 - 71. Ab utraque parte, hinc a Magone, illinc a Maharbale ſimul haſtae in Allium immittuntur. Similem ſcenam texuit maiore etiam verborum luxurie Lucanus III, 585. ſeqq 571 incertum erat, utra haſta vulnus lethale fecerit.

Et iam, dispersis Romana per agmina signis,
Palantes agit, ad ripas (miserabile) Poenus
Impellens trepidos, fluvioque immergere certat.
Tum Trebia infausto nova proelia gurgite fessis
Inchoat, et precibus Iunonis suscitat undas.
Haurit subsidens fugientum corpora tellus,
Infidaque soli frustrata voragine sorbet:
Nec niti, lentoque datur convellere limo
Mersa pedum penitus vestigia: labe tenaci
Haerent devincti gressus, resolutaque ripa
Implicat, aut caeca prosternit fraude paludis.
Iamque alius super atque alius per lubrica surgens,
Dum sibi quisque viam per inextricabile litus
Praeripit, et putri luctatur cespite, lapsi
Occumbunt, seseque sua pressere ruina.
Ille, celer nandi, iam iamque apprendere tuta
Dum parat, et celso connisus corpore prensat
Gramina summa manu, liquidisque emergit ab undis,
Contorta ripae pendens affigitur hasta.
Hic hostem, orbatus telo, complectitur ulnis,
Luctantemque vado permixta morte coercet.

 Mille

572. *En iam* ed. Lef. 584. *inexplicabile* vulg. quod ex scriptis emendavit N. Heins. , 592. *undantemque* vulg. Nostram lect. Modius restituit ex membranis.

cerit. *cederet* nunc pro compos. succederet.

572. seqq v. Liv. XXI, 56. f. quem locum, ut poeta expressit, missis maxime iis, quae historicum produnt. Itaque calamitatem militum in Trebia mersorum exaggerat, congestis undique coloribus iis, qui scenae atrocitatem augeant. — In Trebiae fluvii precibus Iunonis undas suscitantis prosopopoeia Homerus et Virgilius praeiverant, Homerus praesertim Iliad. Φ, 580. — *labe tenaci*, antea *lentum limum* dixerat. Sed *labes* dicta poetis, fere ut pestis, de quacunque re perniciosa, atroci, mala.

581. *resoluta ripa*, tellus mollior et lutosa, quam mox *putrem cespitem* vocat. v. supr. ad lib. III, 641. — 592. *luctantem*, obluctantem, et evadere conantem, *coercet*, retinet.

Mille ſimul leti facies. Ligus occidit arvis;
Sed proiecta viri lymphis fluvialibus ora
Sanguineum hauſerunt longis ſingultibus amnem.
Enabat tandem medio vix gurgite pulcher
Irpinus, ſociûmque manus clamore vocabat:
Cum rapidis illatus aquis, et vulnere multo
Impulit aſper equus, feſſumque ſub aequora merſit.
Accumulat clades ſubito conſpecta per undas
Vis elephantorum turrito concita dorſo.
Namque vadis praeceps rapitur, ceu proruta cautes
Avulſi montis, Trebiamque inſueta timentem
Prae ſe pectore agit, ſpumantique incubat alveo.
  Explorant adverſa viros, perque aſpera duro
Nititur ad laudem virtus interrita clivo.
Namque inhonoratam Fibrenus perdere mortem,
Et famae nudam impatiens, Spectabimur, inquit,
Nec, Fortuna, meum condes ſub gurgite letum.
Experiar, ſitne in terris, domitare quod enſis
Non queat Auſonius, Tyrrhenave permeet haſta.
Tum iacit aſſurgens, dextroque in lumine ſiſtit
Spi-

598. pro *cum* Burmann. coni. *quem*. 602. *Iamque* ed. Lefeb. 603. *trementem* Lef. 607. *cernere mortem* vulg. primus Nicander in Iuntina ediderat. Sed Modius et N. Heinſ. ex vetuſtis libris *perdere* reſtituerunt, quod et ſervant editt. Mediol. Marſi, et Martini Herbipol. 608. *famae mundam* vulg. vitioſe. 611. *pernecet* vulg. Modius repoſuit *permeet*.

tinet. *Permixtam mortem*, audacter dixit, quam moriuntur duo inter ſe veluti mixti, et manibus viciſſim implicati, ergo promiſcuam, communem.

600. ſeqq. De elephantis quae Livius l. c. narrat, pro arbitrio poeta immutavit, partim rei atrocitatem exaggerans, partim nomina militum pugnantium definiens. — De *turrito dorſo* cf. infr. lib. IX, 239. ſeqq. — 603. *inſueta*, elephantos ante nondum viſos — 605. 606. Locus communis: in periculis viri cernuntur, et virtus ad laudem aſpera via contendit. cf. lib XV, 101 — 607 Bene Drakenborch. *perdit mortem*, ait, qui inultus moritur, et morte ſua nec ſociis utilitatem, nec hoſtibus damnum adfert.

Spicula ſaeva ferae, telumque in vulnere linquit.
Stridore horriſono penetrantem cuſpidis ictum
Belua proſequitur, laceramque cruore profuſo
Attollit frontem, ac lapſo dat terga magiſtro.
Tum vero invadunt iaculis crebraque ſagitta,
Auſi iam ſperare necem, immenſoſque per armos
Et laterum extentus venit atra cuſpide vulnus.
Stat multa in tergo et nigranti lancea dorſo,
Ac ſilvam ingentem, concuſſo corpore, vibrat:
Donec, conſumtis longo certamine telis,
Concidit, et clauſit magna vada preſſa ruina.
Ecce per adverſum, quanquam tardata morantur
Vulnere membra virum, ſubit implacabilis amnem
Scipio, et innumeris infeſtat caedibus hoſtem.
Corporibus, clypeiſque ſimul, galeiſque cadentum
Contegitur Trebia, et vix cernere linquitur undas.

619. *extenſus* vulg. quod ſervarunt reliquae editt. praeter Parm. quae exhibet *extentus* cum libris ſcriptis. 623. *magna vada preſſa* Modius ex Colon. emendavit, pro vulg. *magna depreſſa*.

adfert. — 612. *aſſurgens*, impetum cogita, quo haſtam vibravit. Pleniore formula Virgil. *aſſurgere dextra* Aen. X, 797. Haec paſſim variantur.

614 *Proſequitur ictum ſtridore.* Haec iunge Percuſſa horrendum clamorem edidit. *Stridorem* de clamore elephanti dixit quoque Flor. I, 18. 12. In ſeqq. poeta in mente habuit loca Virgil. A. X, 892. XI, 638. ſeqq. cf. infr. lib. IX, 595. — 619. *laterum extentus*, latera vaſta, extenſa, ut *obtentum frondis* pro frondibus obtentis Virgil. A. XI, 66. — 621. *ſilvam*, nota metaphora, in telorum inhaerentium corpori multitudine. Plenius dixit Virgil. A. X, 887. *ſilvam ingentem telorum*, quem locum Silio ad manus fuiſſe, antecedentia etiam evincunt, ex illo expreſſa. cf Aen. III, 46. et Stat. Theb. V, 532. — 623. *clauſit vada*, apte ad ingentem belluae molem, qua veluti expletus et obſtructus fluvii alveus fuerit. v. infr. lib. VI, 707. XI, 138.

624. ſeqq. Scipionem caedes hac pugna edentem, poetam ſua ſponte finxiſſe, iam Draken-

Mazaeus iaculo, Geſtar proſternitur enſe:
Tum Pelopeus avis Cyrenes incola Telgon.
Huic torquet rapido correptum e gurgite pilum,
Et, quantum longo ferri tenuata rigore
Procedit cuſpis, per hiantia tranſigit ora.
Pulſati ligno ſonuere in vulnere dentes.
Nec leto quaeſita quies. Turgentia membra
Eridano Trebia, Eridanus dedit aequoris undis.
Tu quoque, Thapſe, cadis, tumulo poſt fata negato.
Quid domus Heſperidum, aut luci iuvere Dearum,
Fulvos aurifera ſervantes arbore ramos?
Intumuit Trebia, et ſtagnis ſe ſuſtulit imis:
Iam-

635. pro *leto*, quod ex Colon. Modius repoſuit, vulgatum erat *iacto*. 640. *intonuit* Oxon. et Putean.

Drakenborchius adnotavit. Nam ex Livio colligitur, eum ex vulnere decumbentem huic proelio non interfuiſſe. Videtur poeta ſe excuſare eam ob rem voluiſſe verſ. 624. *quanquam* etc. — 630. *Pelopeus avis*, Lacedaemonius, quia Pelops ibi regnavit et peninſulae nomen dedit. De *Cyrene* vid. dicta ad lib. II, 253. — 631. *pilum* cum delectu poſuit, ut telum Romanis proprium, ὑσσος Polyb. VI, 21. v. Serv. ad Virgil. Aen. VII, 664. Vnde *pilata agmina* Romanorum Aen. XII, 121. — 632. *quantum* etc. pili partem ferream deſignat, ſed quam operoſo ornatu in tali re! — 635. *turgentia* naturae convenienter dixit. Nam in aqua cadavera tument.

637. *Thapſi* nomen fictum videtur e Thapſo urbe Libyae, cuius meminerat ſupr. lib III, 261. De hortis Heſperidum, et aureis pomis, ad quae alludit poeta, patriam illius hominis deſignans, nota fabula eſt. Sed cum veteres illos hortos variis in locis, nunc in Mauretania, nunc in Cyrenaica regione collocare ſoleant, dubitari poſſit, Maurum an Cyrenaicum deſcribere Silius voluerit. Maurum voluiſſe, perſuadet locus lib. III, 285. ubi Silius Virgilium ſecutus hortos iſtos in Mauretania poſuit. Caeterum de orationis omnis colore cf. Virg. A. X, 319. et Homeri loca ab Heynio prolata.

640. ſeqq. Cum Livius XXI, 54. narraſſet, aquam Trebiae nocturno imbri pectori-

Iamque ferox totum propellit gurgite fontem,
Atque omnes torquet vires. Furit unda sonoris
Vorticibus; sequiturque novus cum murmure torrens.
Sensit, et accensa ductor violentius ira,
Magnas, o Trebia, et meritas mihi, perfide, poenas
Exsolves, inquit. Lacerum per Gallica rivis
Dispergam rura, atque amnis tibi nomina demam:
Quoque aperis te fonte, premam: nec tangere ripas,
Illabique Pado dabitur. Quaenam ista repente
Sidonium, infelix, rabies te reddidit amnem?
Talia iactantem consurgens agger aquarum
Impulit, atque humeros curvato gurgite pressit.

Arduus

644. *violentior* ed. Basil. et Colinaei, et inde D. Heins. Cellar. et Lefeb. *violentius* Oxon. et Putean. Cod. cum priscis editt.

ctoribus tenus auctam, poterat utique ea narratio poetam adducere, ut sequentibus usque ad versum 700. figmentis carmen distingueret. Praeterea menti obversabatur nobile phantasma Homeri Iliad. Φ, de Scamandro in Achillem insurgente, et Iunone furorem fluminis Vulcani ope compescente. Itaque nunc Trebia adversus Scipionem insurgit, et Venus Romanorum patrona, miserata sortem illius, Vulcani auxilio amnem compescit. — 643. *novus torrens*, quatenus ad fluctus inusitatos excreverat et antea non visos. — 644. Non sine exemplo Scipionem poeta finxit in Trebiam verbis invehentem. Drakenborchius attulit Lucan. IV, 141. seqq. et Cyri minas ap. Senec. de Ira III, 21. — *lacerum* apte ad iram dicentis, pro vulgari, dissectum in rivos et fossas. — *premam*, fontes tuos obstruam, ut non amplius illabi Eridano possis. Marsus argutatur, dum ad veram historiam Silium allusisse docet. — 650. *Sidonium* Carthaginiensibus faventem, quod Romanos merserat, et nunc in Scipionem insurgat. Hinc infra vers. 703. Hannibali *undae sociales* dictae.

651. seqq. Notata gravibus verbis imago fluminis insurgentis. Ornatus exempla passim obvia in Virgilio et aliis poetis congerere putidum foret. — 652. *curvato gurgite*. v. supr. ad lib. I, 472. —

658.

Arduus adverſa mole incurrentibus undis
Stat ductor, clypeoque ruentem ſuſtinet amnem.
Nec non a tergo fluctus ſtridente procella
Spumeus irrorat ſummas aſpergine criſtas.
Ire vadis, ſtabilemque vetat defigere greſſum
Subducta tellure Deus: percuſſaque longe
Raucum ſaxa ſonant; undaeque ad bella parentis
Excitae pugnant, et ripas perdidit amnis.
Tum madidos crines, et glauca fronde revinctum
Attollit cum voce caput. Poenaſne ſuperbas
Inſuper, et nomen Trebiae delere minaris,
O regnis inimice meis? Quot corpora porto
Dextra fuſa tua! Clypeis galeiſque virorum,
Quos mactas, artatus iter curſumque reliqui.
Caede (vides) ſtagna alta rubent, retroque feruntur.
Adde modum dextrae, aut campis incumbe propinquis.
Haec,

653. *irrumpentibus* vulg. Noſtra lect. eſt Cod. Colon. 654. *ſuſtulit* MS. et prima edit. 659. *undaeque — patentes* vulg. *parentis* vero, Cod. Colon. Oxon. et editt. Parm. Rom. vid. nott. 662. *Poenosque ſuperbos* coni. D. Heinſ. Certe *ſuperbus* Nicolaus emendari volebat. vid. nott. 668. *et campis* vulg. quod primus Marſus edidit. *aut* Putean. cum priſcis editt.

658. *Deum* ex religione veterum dicit, qua omnibus fluminibus Deos ſuos attribuebant, Θεὲς ἐγχωρίες. Sic Deus Tiberinus Virgilio Aen. VIII, 30. unde Silius verſuum ſequentium aliquot ornatus petiit. 659. *parentis* Trebiae, ut infr. v. 692. Nam omnes fluvii aquarum, quas volvunt, parentes dicuntur poetis, ut infr. verſ. 692. *Eridanus pater.* lib. XII, 540. *genitor Thybris.* cf. Virg. Georg. IV, 355. et Burm. ad Val. Flacc. II, 621. — 661. Deum Trebiam e mari caput tollentem induxit exemplo fere Neptuni ap. Virgil. A. I, 127. At reliquus Fluvii cultus e Virgilii lib. VIII, 30. ſeqq. mutuatus, ubi *populeas inter ſenior ſe attollere frondes Viſus. Eum tenuis glauco velabat amictu, Carbaſus, et crines umbroſa tegebat hirundo.* v. infr. v. 727. — 664. *regnis — meis.* Nempe ut Deus, et Rex fluvii loquitur, quo modo Thybris, *regnator Heſperidum aquarum* dictus Virgil. A. VIII, 77. — 668. Finem impo-

Haec, Venere adiuncta, tumulo ſpectabat ab alto
Mulciber, obſcurae tectus caligine nubis.
Ingravat ad coelum ſublatis Scipio palmis:
Dî patrii, quorum auſpiciis ſtat Dardana Roma,
Talin' me leto tanta inter proelia nuper
Servaſtis? Fortine animam hanc exſcindere dextra
Indignum eſt viſum? Redde o me, nate, periclis;
Redde hoſti. Liceat bellanti arceſſere mortem,
Quam patriae fratrique probem. Tum percita dictis
Ingemuit Venus, et rapidas direxit in amnem
Coniugis invicti vires. Agit undique flammam
Diſperſus ripis ignis, multoſque per annos
Nutritas fluvio populatur fervidus umbras.
Vritur omne nemus: lucoſque effuſus in altos
Immiſſis crepitat victor Vulcanus habenis.

Iamque

678. *direxit* ex Colon. Cod. N. Heinſ. reſtituit pro vulg. *detruſit*. In Cod. Oxon. et Putean. vitioſe ſcriptum erat *detexit*, quod prope accedit ad lect. Colon. 679. *coniugis inviti* coni. Heinſ. quod Vulcanus Troianis ſemper infenſus fuerit, nec Romanis per ſe opem tuliſſe cenſendus ſit. Sed Burmannus vulgatam lectionem probavit, laudatis verſſ. 695. et 96. ubi Vulcanus ipſe lampadem iacit. 681. *undas* vulg. Sed Modius et Barth. ex Colon. et Oxon. Codd. *umbras* reſtituerunt.

impone caedibus, aut in campis pugna. Bene Marſus.

669. ſeqq. Locus adumbratus, ut ſupra dictum eſt, ad Homeri Il. Φ, 328. ſeqq. Pro Iunone par erat Venerem ponere, ut Romanis propitiam — 671. *ingravat* ingemit, conqueritur, verbum Virgilianum Aen. XI, 220. — 673. *talin' leto* etc. ad tam ingloriam mortem me ex tantis proeliis reſervaſtis? In his et in ſequentibus characterem priſcorum heroum expreſſit poeta, qui optabilem mortem putabant, quam vir fortis (*fortis dextra*) et heros attuliſſet, ad exemplum fere Aeneae apud Virgil. I, 93. ſeqq. quem locum Silius etiam libr. XVII, 261. imitatus eſt. cf. Homer. Od. ε, 308. ſeqq. Plura exempla attulit Drakenb.

679. ſeqq. *coniugis*, Vulcani, *vires*, flammas, ut *amnium vires*, aquas dixit Ovid. Met. I, 278. — *umbras* exquiſite pro arboribus ad ripam conſitis, ut Virgil. A. I, 165. 311. III, 230. Valer. Fl. I, 95. VII, 55. — 683. Ecce

pannos

Iamque ambuſta comas abies, iam pinus, et alni:
Iam, ſolo reſtans trunco, dimiſit in altum
Populus aſſuetas ramis habitare volucres.
Flamma vorax imo penitus de gurgite tractos
Abſorbet latices, ſaevoque urgente vapore
Siccus inareſcit ripis cruor. Horrida late
Scinditur in rimas, et hiatu rupta dehiſcit
Tellus, ac ſtagnis altae ſedere favillae.
  Miratur pater aeternos ceſſare repente
Eridanus curſus: Nympharumque intima maeſtus
Implevit chorus attonitis ululatibus antra.
Ter caput ambuſtum conantem attollere iacta
Lampade Vulcanus merſit fumantibus undis:
Ter correpta Dei crines nudavit arundo.
Tum demum admiſſae voces, et vota precantis,

Oranti-

688. *ſaevumque* coni. N. Heinſ. 698. *amiſſae vires et voce precantis* vulgatum erat, ſine ſenſu. Cod. Colon. et Oxon. exhibebant *admiſſae*. In Cod. Oxon. et Putean. etiam *voces*. Vnde Gronovius ad Liv. 31, 5. locum ſic emendabat: *admiſſae voces et vota precantis*, et ſic edidit Lefeb. laudato ſimili loco Virgil. A. IV, 460. Ergo cum manifeſta emendatio eſſet, relinquere textum Drakenborchii auſus ſum.

pannos integros e Virgilio adſutos. Aen. V, 662. *Furit immiſſis Vulcanus habenis tranſtra per et remos.* Deinde Georg. II, 306. *inde ſecutus per ramos victor, perque alta cacumina regnat.* Nae autem haec in Virgilio multo magis placeant, quam in Silio, qui in hoc loco luxuriem ſuam exercuit. Moleſtum enim eſt perſequi poetam, dum hanc unam ſententiam, *nemus urit*, per omnes partes verſat et lacerat dicendo. Manifeſte imitatus eſt Homerum Il. l. c. v. 350. ſeqq. Sed talia recocta et diluta in recentioribus poetis neſcio quo ſenſu minus admiramur. Quamvis, quos verba, et haec omnis poetici ornatus copia delectant, his et nunc Silius proderit. — 685. 86 Ornata verbis vulgaris ſententia arboribus exuſtis volucres aufugiunt. Sed definitius, poetico more, *populum* dixit.

692. *aeternos curſus*, quatenus hactenus nunquam ceſſaverant. *Nympharum*, Nereidum, quae in imis fluctibus habitabant cf. Virg. A. V, 239. 40. et 823. ſeqq. —

ad

Orantique datum ripas ſervare priores:
Ac tandem a Trebia revocavit Scipio feſſas
Munitum in collem, Graccho comitante, cohortes.
At Poenus, multo fluvium veneratus honore,
Gramineas undis ſtatuit ſocialibus aras;
Neſcius heu! quanto Superi maiora moverent,
Et quos Auſoniae luctus, Thraſymene, parares.
Boiorum nuper populos turbaverat armis
Flaminius, faciliſque viro tum gloria belli,
Corde levem atque aſtus inopem contundere gentem.
Sed labor haud idem Tyrio certaſſe tyranno.
Hunc, laevis Vrbi genitum ad fatalia damna
Ominibus, parat imperio Saturnia feſſo
Ductorem, dignumque virum veniente ruina.
Inde

703. *ſtravit.* vulg.

ad verſ. 697. cf v. 658. et de *lampade* lib. I, 358. — 700. Livius XXI, 56. ſ. f. *tacito agmine*, inquit, *ab Scipione conſule exercitus Placentiam eſt perductus* etc. *Munitum collem* Livius non memorat, ſed tales prope Trebiam fuiſſe, iam ſupra Silius notaverat v. 486. Livio et Polybio conſentientibus. Niſi forte Silius oculos nunc intenderit ad ea, quae Livius cap. 57. tradit, prope Placentiam fuiſſe *Emporium*, *et opere magno munitum*, *et valido firmatum praeſidio*, quod mox *caſtellum* vocat.

702. *multo honore*, votis, gratiis agendis. v lib II, 483. Niſi malis ſacrificia coniungere. v. ad lib. III, 217. — *Aras gramineas*, e ceſpite, ut Virgil. A. XII, 119.

706. ſeqq. Narratio procedit ad ea, quae Flaminio et Servilio Coſſ. ad lacum Thraſymenum geſta ſunt. cf. Liv. l. c. cap. 57. Polyb. III, 77. — Victoriam Flaminii de *Boiis* reportatam priori Conſulatu deſcribit Polyb. II, 32. et tangit Silius lib. V, 107. ſeqq.

710. ſeqq. Flaminius contra auſpicia imperator creatur. Servat poeta epicum carminis cultum, dum *Saturniae* partes dat in Flaminio eligendo. Nam Iunonem hactenus Romanis infeſtam induxerat. Ergo haec nunc animos flectit, ut Flaminius conſul creetur, cuius temeritate exercitus Romanus ad Thraſymenum caeſus eſt. Hanc dixit *venientem rui-*

Inde ubi prima dies iuris, clavumque regendae
Invaſit patriae, ac ſub nutu caſtra fuere,
Vt pelagi rudis, et pontum tractare per artem
Neſcius, accepit miſerae ſi iura carinae,
Ventorum tenet ipſe vicem, cunctiſque procellis
Dat iactare ratem. Fertur vaga gurgite puppis
Ipſius in ſcopulos dextra impellente magiſtri.
Ergo agitur raptis praeceps exercitus armis
Lydorum in populos, ſedemque ab origine priſci
Sacratam Corythi, iunctoſque a ſanguine avorum
Maeonios Italis permixta ſtirpe colonos.
Nec regem Afrorum noſcenda ad coepta moratur
Laude

724. *naſcenda*, h. e. mox futura, Oxon. Putean. et omnes priſcae editt. et ſic edidit Lefeb. *noſcenda* prima dedit editio Baſil., quam expreſſerunt Colin. D. Heinſ. Dausq. et Cellar. — *paſcenda* coni. N. Heinſ.

ruinam. Caeterum de prodigiis et *laevis ominibus* ante illam cladem expoſuit Livius XXII, 1. Flor. II, 6. 14.

713. 14. Conſulis et imperatoris notatio. Nam ille *ius et regimen patriae*, hic *caſtra* ſub imperio habet. — 715-20. Comparatio Flaminii viri temerarii cum gubernatore imperito. Singula ornate elata ſunt. — *Iura carinae*, pro vulg. imperium navis. v. infr. lib VI, 612. Valer. Fl. I, 418. *regna* in ea re dixit, ubi vid. interpr. Ovid. Met. II, 48. *ius et moderamen equorum* — *miſeram carinam* ab eventu, quia imperitus gubernator perniciem navibus adfert. — 717. *ventorum tenet vicem.* Bene Marſus: patitur id fieri quod venti faciunt, qui navem ad ſcopulos iactant. Ipſe poeta eam ſententiam variavit in ſequentibus.

720 - 24. Flaminius cum exercitu in Etruriam proficiſcitur. Eam regionem ita effert poeta, ut graecam originem et colonias inde ductas ſignificet. Vetus enim opinio erat Etruſcos e Lydiis originem traxiſſe, unde et *Maeonios colonos*, h. e. Lydios dicit Sic infr. lib. XII, 17. *Maeonios fluctus.* cf lib. V, 10. Virgil. A. II, 781. *Lydius Thybris* et lib. IX, 10. Aeneas *extremas Corythi penetravit ad urbes*, *Lydorumque manum armat.* De *ſede Corythi*, ſ. Cortona, a Corytho Etruriae principe, quaſi Corythona, v. Cluv. Ital lib II. 3. p. 592. v. de his omnino
Heyn.

Laude ſuper tanta monitor Deus. Omnia ſomni
Condiderant, aegriſque dabant oblivia curis;
Cum Iuno, in ſtagni numen converſa propinqui,
Et madidae frontis crines circumdata fronde
Populea, ſtimulat ſubitis praecordia curis,
Ac rumpit ducis haud ſpernenda voce quietem.
O felix famae, et Latio lacrimabile nomen
Hannibal, Auſonia ſi te Fortuna creaſſet,
Ad magnos venture Deos! Cur fata tenemus?
Pelle moras. Brevis eſt magni Fortuna favoris.
Quantum voviſti, cum Dardana bella parenti
Iurares, fluet Auſonio tibi corpore tantum
Sanguinis, et patrias ſatiabis caedibus umbras.
Nobis perſolves meritos ſecurus honores.

Namque

727. pro *numen*, quod Modius ex Colon. reſtituit, vulgatum erat *iuvenem*, quod tamen Dausq. defendit. 730. Verſum ſpurium opinabatur N. Heinſius, primum quia illa, *haud ſpernenda voce*, valde frigeant, deinde quod haec in ſomnis Hannibali oblata ſint, non vigilanti. At ſi ſpuria ſtatim indicemus in Silio, aliiſque poſt Virgilium poetis, quae frigida ſint, quot, quaeſo, verſuum verborumque lituras faciamus! Et *rumpere quietem* non opus eſt ut dicatur is, qui alterum plane excitat e ſomno, ſed et is dici poteſt, qui ſomnum turbat, inquietum reddit, ut fit in ſomniante. 732. *Auſoniae* coni. N. Heinſ. 733. *cur tanta* Cod. Putean. 738. *merito* vulg. primus Marſus edidit, quem alii ſecuti ſunt. *meritos* eſt in MSS. et priſcis editt.

Heyn. in Excurſ. VI. ad Aen. III, 167. et ad lib. III. Excurſ. III. p. 223. ſeqq. it. Leopold. ad Plutarch. Rom. cap. 2. p. 90.

724. ſeqq. Conſilium Hannibalis Apenninum montem transſcendendi ita Silius poetico ritu ornat, ut Iunonem in θεὸν ἐπιχώριον lacus Thraſymeni converſam, et excitantem ad illud iter Hannibalem inducat. Totus autem locus factus eſt ad exemplum Virgil. A. VIII, 26. ſeqq. ubi Aeneam ſopitum eodem modo Deus Tiberinus admonet. — ad verſ. 725. 26. cf. Virgil. l. c. 26. 27.

732. Senſus: O Hannibal future Deus, ſi nempe Romanus natus fuiſſes. — Quod enim Romani facere ſolebant, ut ſummos heroes in Deorum numerum referrent, id Carthaginienſibus non erat ſolenne. 733. *cur f. tenemus*, quid cunctamur fortunam noſtram

porro

Namque ego sum, celsis quem cinctum montibus ambit
Tmolo missa manus, stagnis Thrasymenus opacis.
His agitur monitis, et laetam numine pubem
Protinus aerii praeceps rapit aggere montis.
Horrebat glacie saxa inter lubrica, summo
Piniferum coelo miscens caput, Apenninus.
Condiderat nix alta trabes, et vertice celso
Canus apex structa surgebat ad astra pruina.
Ire iubet. Prior exstingui labique videtur
Gloria, post Alpes si stetur montibus ullis.
Scandunt praerupti nimbosa cacumina saxi;
Nec superasse iugum finit mulcetque laborem.
Plana natant, putrique gelu liquentibus undis
Invia

746. *stagni opaci* coni. N. Heins. 741. *laetus numine*, Lefeb. edidit, quod mihi potius placet. 747. *ire iuvat*, vel *lubet* coni. N. Heins. 750. Delet hunc versum Colon. Imo vero ex eo quodammodo pendent sequentia, cum quibus cohaeret. Dicit enim, superato iugo iam nondum finitum fuisse laborem, sed quasi novum ex paludibus in plano campo obiectum. Ergo debebat post *saxi* interpungi, neque ille interstitio quodam disiungi a versu 751. ut factum est in editione Gall. Lefeb. *mulcetve* est in Putean. et sic ed. Lefeb.

porro experiri. — ad verss. 735. seqq. cf. lib. I, 70. seqq. — 740. *Tmolo missa manus.* Tmolus mons Lydiae. Ergo Lydii notantur, s. Etrusci. v. ad vers. 720.

741. seqq. *laetam numine pubem*, copias Dei allocutione fretas et audaces. — *aerii montis.* v. ad lib. III, 481. *rapit*, ducit, at impetum et celeritatem simul cogita. — 744. *coelo miscens.* Nota imago altitudini describendae serviens. Haec multis vicibus variare solent poetae. v. supr. lib. I, 202. 204. et Virgil. A. V, 790. — Omnem habitum Apennini montis luculentius et fusius descripsit Liv. XXI, 58. unde nonnulla arripuit, et suo modo extulit poeta. — 747. *prior gloria*, ex Alpibus superatis. *si stetur*, si recusetur, vel metuatur iter per alios montes minus difficiles superatu

750. seqq. Non minoribus incommodis laborabat Hannibal, in planos campos degressus. *superasse iugum* etc. graeco more, pro superatus montis ascensus non finiebat labores et incommoda. *Mulcet laborem*, quicquid eum leviorem reddit, ut *mulcere fluctus*

Invia limoſa reſtagnant arva palude.
Iamque ducis nudus tanta inter inhoſpita vertex
Saevitia quatitur coeli, manante per ora
Perque genas oculo. Facilis ſpreviſſe medentes,
Optatum bene credit emi quocunque periclo
Bellandi tempus. Non frontis parcit honori,
Dum ne perdat iter: non cetera membra moratur
In pretium belli dare, ſi victoria poſcat:
Satque putat lucis, Capitolia cernere victor

752. *invida* primus Marſus vitioſe edidit, pro *invia*, quod Barthius et N. Heinſ. ex ſcriptis et editis reſtituerunt. *Vvida* Dausq. et Heinſ. coniecerunt.

ctus Virgilio dictus Aeolus, dum eos reprimit, coercet, ſedat. A. I, 66. — vid. Var. Lect. — 751. *Plana* trans Apenninum prope Arnum fluvium, qui tum campos inundaverat, ut tradit Liv XXII, 2. — Nihil poteſt luxuriantius fingi his duobus verſibus, in quibus hanc ſolam ſententiam ludit, *planitiem paludoſam* fuiſſe.

753. ſeqq. Liv. XXII, 2. „Hannibal aeger oculis ex verna primum intemperie variante calores frigoraque, vigiliis tandem et nocturno humore paluſtrique coelo gravante caput, et quia medendi nec locus nec tempus erat, altero oculo capitur." Haec Silius poetice extulit. — *ſaevitia coeli*, pernicioſa aeris temperie, *morbum coeli* dixit in ſimili re Virgil. Georg. III, 478. — *vertex quatitur*, laeditur, gravatur caput. Mox *manantem oculum* dixit luridum, et humores eiicientem, unde poſtea omnis viſus iactura enata, quam innuit verſ. 764. Nepos Hann. cap. 4. alios fortaſſe auctores ſecutus, *hoc itinere*, inquit, (nempe in tranſitu per Apenninum, quem modo narraverat) *adeo gravi morbo afficitur oculorum, ut poſtea nunquam dextro aeque bene uſus ſit* Ergo Nepos tribus in rebus differt a caeteris, 1) quod morbum in tranſitu montis collocat, 2) quod non captum, ſed affectum tantum oculo dicit, 3) quod dextrum potiſſimum nominat. v. Drakenb. ad Liv. l. c. et interpp. ad Nepotem.

756. bellandi opportunitatem quovis periculo potiorem iudicabat Nimirum *bene emi* dicitur, quicquid vili pretio emitur, ait h. l. Drakenb. — *frontis honos*, oculi, quo veluti decore carent, qui uno oculo capti ſunt. — 759. *ſi victoria poſcat*, i. ſi haec ſit condi-

Qua queat, atque Italum feriat qua comminus hoſtem.
Talia perpeſſi tandem inter ſaeva locorum
Optatos venere lacus; ubi deinde per arma
Sumeret amiſſi numeroſa piacula viſus.
Ecce autem Patres aderant Carthagine miſſi,
Cauſa viae non parva viris, nec laeta ferebant.
Mos fuit in populis, quos condidit advena Dido,
Poſcere caede Deos veniam, ac flagrantibus aris,
Infandum dictu! parvos imponere natos.
Vrna reducebat miſerandos annua caſus,
Sacra Thoanteae rituſque imitata Dianae.

Cui

conditio victoriae, ut membris ceteris etiam truncetur. *Sat putat lucis*, unum oculum ſibi ad victoriam ſufficere putat. Sic per varias partes extulit ſententiam verſus 756.

765. ſeqq. In ſingulis huius carminis libris animadvertimus Silium, ut a rerum bellicarum cladumque contemplatione animos lectorum avocatos recrearet, intexuiſſe epiſodia quaedam, ſive e levibus hiſtoriae veſtigiis expreſſa, ſive ſuo ſtudio inventa, quae eſſent e genere morali, et animum quodammodo ſenſibus miſericordiae vel admirationis implerent. Eiusmodi erat epiſodium libri tertii verſ. 64. ſeqq. ubi Hannibalis cum coniuge colloquium amoris coniugalis et paterni exemplum exhibebat. Nunc narrat miſſos Carthagine legatos, qui ex Hannibale quaererent, an vellet filium ſuum, quem ſors deſtinaviſſet, diis patriis immolari. Nihil quidem attinet quaerere, cur nunc in hoc potiſſimum argumentum inciderit. Sed erant tamen in recenti memoria poetae, quae ſuperiore libro de Imilce uxore Hannibalis eiusque filio infante dixerat. Iam nihil in mentem venire poetae opportunius poterat, immani illo Poenorum puellos ſacrificandi ritu, ut epiſodium texeret, quod et ornatus varios poeticos admitteret, et perpetuum ſcenarum bellicarum adſpectum interrumperet. — 767. De hoc ritu Punico varii auctores tradiderunt. Verſus Ennii multis laudatus eſt: *Poenei ſunt ſolitei ſos ſacrificare puellos.* Idem narrat Diodor. Sic. XX, 14. ubi Saturnum potiſſimum nominat, eiusmodi ſacrificiis expiari ſolitum, et Iuſtin. XVIII, 6. ſ. f. — 770. *Vrna reducebat* etc. ex urna ſortibus eductis quotannis eligebatur

puer

Cui fato ſortique Deûm de more petebat
Hannibalis prolem diſcors antiquitus Hannon,
Sed propior metus armati ductoris ab ira,
Et magna ante oculos ſtabat genitoris imago.
Aſperat haec foedata genas, lacerataque crines,
Atque urbem complet maeſti clamoris, Imilce.
Edonis ut Pangaea ſuper trieteride mota

775. pro *genitoris*, quod ex Colon. Cod. repoſitum eſt, vulgatum erat *redeuntis*. 776. *Aſpar. ad haec* etc. Sic erat in editis. Aſpar hic, inquit Marſus, erat filius Hannibalis et imago patris. Sed ex Cod. Colon. et Oxon. Modius cum Barthio reſtituerunt *Aſperat haec* etc. *Aſpera ad haec* coniecit Scaliger. Idque Dausqueio probatum, et a Cellario editum. 778. Metri cauſa Cellarius coniecit *Odonis*, Salmaſii exemplo ad Solin. p. 109. ed. poſt. Sed Heinſ. ad Ovid. IV. Triſt. El. I. verſ. 42. docuit, ſecundam in *Edonis* communem eſſe. cf. Lucan. I, 675. et Heyn. in varr. lectt. ad Virg. Aen. XII, 365.

puer immolandus. Videtur in mente habuiſſe poeta locum Virgil. A. VI, 21. 22. — *imitata*, ad modum ſacrorum *Dianae Thoanteae* hoc eſt, Tauricae, a Thoante rege, (ταυροπόλȣ) cui victimae humanae immolabantur. v. Diod. Sic. IV, 45. Eurip. Iphigen. v. 39. et interpp. ad Valer. Fl. VIII, 208. — 772. Hanno, *diſcors antiquitus*, odiis gentilibus Hannibalem infeſtans, ut ſupra dixerat poeta lib. II, 277. adeoque etiam illius prolem exſtirpaturus, filium Hannibalis *petebat ſorti*, h. e. in pueros, quorum ſortes educendae erant, referebat. 774. *propior metus*, metus ab ira Hannibalis plus valebat apud Carthaginienſes, quam Hannonis inimica ſententia.

775. ſeqq. *Aſperat haec*, dura formula, pro vulgari, metum illis augebant, difficiliorem aſſenſum faciebant coniugis lacrymae et dolor. Iam is comparatur cum furore Bacchico, noto et frequenti more poetarum. Forte nunc menti poetae obverſabatur Virgiliana Dido, quae ſimili furore *incenſa per urbem bacchatur*, quamvis alio affectu mota. Aen. IV, 300. ſeqq. cf. interpr. ad Ovid. Met. IX, 640. ſeqq. — *Edonis Pangaea*, Maenas Thracica, a Pangaeo promontorio Thraciae, *mota trieteride*, orgiis vel ſacris Bacchi incitata et furens. Vnde Virgil. l. c. *trieterica orgia*, tertio quoque anno celebrari ſolita. v. Ovid. Met. VI, 587. et IX, l. c. ubi *repetita triennia* dicuntur.

It iuga, et inclusum suspirat pectore Bacchum.
Ergo inter Tyrias, facibus ceu subdita, matres
Clamat, Io coniux, quocunque in cardine mundi
Bella moves, huc signa refer. Violentior hic est,
Hic hostis propior. Tu nunc fortasse sub ipsis
Vrbis Dardaniae muris vibrantia tela
Excipis intrepidus clypeo, saevamque coruscans
Lampada Tarpeiis infers incendia tectis.
Interea tibi prima domus atque unica proles
Heu! gremio in patriae Stygias raptatur ad aras.
I nunc, Ausonios ferro populare penates,
Et vetitas molire vias. I, pacta resigna,
Per cunctos iurata Deos. Sic praemia reddit
Carthago, et tales iam nunc tibi solvit honores.
Quae porro haec pietas, delubra aspergere tabo?

Heu

780. pro *subdita* Burmannus *concita* coni. vel simile quid. Sed vid. nott. 788. *gremio e' patriae* coni. N. Heins. 792. *vovit* vulg. *fovit* alii. *solvit* Colon.

tur. — 779. *suspirat*, spirat. v. Burm. ad Val. Fl. II, 278. — 780. *facibus subdita*, pro vulg. usta facibus subditis, s. admotis. Ex his magnitudo clamoris iudicanda.

783. seqq. *hostis propior*, qui magis et propius ad te, ut patrem, pertinet, quam alii hostes tui: nunc pro filio dimicandum tibi est. — Non sine gravi affectu orationem sequentem coniugis elatam sentimus. Ab omni parte paternum animum petit et excitat, dum herois vicem extenuat. 789 92. Furorem cum acerba ironia mixtum scite poeta nunc expressit, meo sensu. Sed talia melius sentiuntur, quam explicantur. Inprimis illae voces, *sic*, et *tales* apta declamatione adiuvandae erunt. In versu autem 790. *vetitas vias* pro arduas, invias, ut de Alpibus, quomodo supr. lib. I, 495. *saxa vetantia* dixit. Sed vide tamen, an *vetitas* potius dicat, quas aperire nefas et impium sit homini, ex simili loco libr. III, 501. ubi v. annot.

793. seqq. Sententias huius loci pias et plane aureas agnosco. Sed vereor, ne transitum ab affectu indignationis acerbissimae et pene furentis ad sensus tam pios et sedatos contra naturam mentis humanae nimis praecipitaverit poeta.

Heu primae ſcelerum cauſae mortalibus aegris,
Naturam neſcire Deûm! Iuſta ite precati
Ture pio, caedumque feros avertite ritus.
Mite et cognatum eſt homini Deus. Hactenus, oro,
Sit ſatis ante aras caeſos vidiſſe iuvencos:
Aut ſi, velle nefas Superos, fixumque ſedetque,
Me, me, quae genui, veſtris abſumite votis.
Cur ſpoliare iuvat Libycas hac indole terras?
An flendae magis Aegates, et merſa profundo
Punica regna forent, olim ſi ſorte cruenta
Eſſet tanta mei virtus praerepta mariti?
  Haec, dubios vario Divûmque hominumque timore,
Ad cauta illexere Patres; ipſique relictum,
Abnueret ſortem, an Superûm pareret honori.
Tum vero trepidare metu vix compos Imilce,

795. *ite precari* vulg. 798. *fudiſſe* coni. N. Heinſ. 804. *praecepta* Oxon. 805. *hominisque* ſcil. Hannibalis, ex Oxon. Barth. Sic et Cod. Putean. et editt. Rom. Mediol. quod edidit Lefeb. Vulgata eſt in Cod. Colon.

ta. Et iſtud *porro*, quam nunc friget in tali affectu! — 797. *hactenus ſit ſatis.* Si haec iungas, ſenſus eſt: deſinite nunc tandem cruentis ſacrificiis Deos colere. Nimirum Imilce non ſolum victimas humanas, ſed in genere cruenta ſacrificia reprehendere videtur in omni hoc loco. Nam his ſublatis, illae tolluntur. Interpres autem Francogallicus ita locum vertit: contentons-nous à l'avenir de n' immoler que des animaux ſur les autels. Igitur, ut hic ſenſus conſtaret, v. 793. *tabum* etiam de ſanguine humano intellexit. Sed qui hunc ſenſum malunt, neceſſe eſt iungant *hactenus vidiſſe.* 779. *ſi ſedet*, ſi firmiter vobis perſuaſiſtis, Superis tale nefas placere poſſe. 800. *abſumite votis* exquiſite pro vulg. me immolate, mactate. — 801. *indolem* pro, iuvenem ex tam generoſa ſtirpe prognatum, adeoque tam dignum qui conſervetur. — 802. *Aegates.* v. lib. I, 61.

805. *Haec*, haec dicta, hae querelae Imilcis, *ad cauta illexere*, cautius hoc negotium tractare ſuaſerunt Patribus. — *ipſique* Hannibali.

Magnanimi metuens immitia corda mariti.
His avide auditis, ductor sic deinde profatur:
Quid tibi pro tanto non impar munere solvat
Hannibal aequatus Superis? Quae praemia digna
Inveniam, Carthago parens? Noctemque diemque
Arma feram: templisque tuis hinc plurima faxo
Hostia ab Ausonio veniat generosa Quirino.
At puer armorum et belli servabitur heres.
Spes, o nate, meae, Tyriarumque unica rerum,
Hesperia minitante, salus, terraque fretoque
Certare Aeneadis, dum stabit vita, memento.
Perge, patent Alpes; nostroque incumbe labori.
Vos quoque, Dî patrii, quorum delubra piantur
Caedibus, atque coli gaudent formidine matrum,
Huc laetos vultus totasque advertite mentes.
Namque paro sacra, et maiores molior aras.
Tu, Mago, adversi conside in vertice montis.
Tu laevos propior colles accede, Choaspe.

Ad

824. *meliores aras* vulg. Ex Colon. Cod. N. Heins. restituit *maiores*, quod et habet Putean. Idem coniecit quoque *namque operosa sacra* etc. 826. *lectos colles* ed. Rom. et Mediol.

812. *aequatus* a te, Carthago, *Superis*. Nam divinum Hannibali honorem praestabant Carthaginienses, dum arbitrio eius relinquebant rem tantam, quae ad cultum Deorum pertineret. Character Hannibalis etiam in gratiis agendis arrogantiam prae se ferentis, bene in his a poeta expressus, praesertim verss. 814. 15. — 822. *formidinem matrum* felici brevitate dixit de immolatione infantum matribus inprimis ob acerbam suorum iacturam formidabili et luctuosa. — 824. *sacra* sacrificia maiora. Caedem hostium intelligi, in promtu est.

825. seqq. cf. Liv. XXII, 2. ubi eadem ab Hannibale Magoni mandata leguntur. De *Choaspe* duce v. lib. III, 317. de *Sichaeo* ibid. v. 245. — *claustra* et *fauces* facili metaphora dicit angustias montium Cortonensium et saltus non procul a lacu Thrasymeno. v. Liv. XXII, 4. qui locus paene ad verbum expressus

Ad clauſtra et fauces ducat per opaca Sychaeus.
Aſt ego te, Thraſymene, vago cum milite praeceps
Luſtrabo, et Superis quaeram libamina belli.
Namque haud parva Deus promiſſis ſpondet apertis,
Quae ſpectata, viri, patriam referatis in urbem.

ſus eſt. Ibi *fauces ſaltus*, et *clauſa omnia lacu et montibus* narrat. v. infr. lib. V, 42. ſeqq. — 830. *Deus* Iuno ſub perſona Thraſymeni, *ſpondet promiſſis*, promittit *haud parva*, v. ſupr. verſſ. 735 - 39. — *viri*, alloquitur legatos Carthagine miſſos.

C. SILII ITALICI
PVNICORVM
LIBER V.

ARGVMENTVM.

Hannibal postquam in collibus et silvis Thrasymeno vicinis insidias collocaverat, Consul, nil metuens, et temerarius, in ea loca cum copiis procedit, et quamvis vetantibus auspiciis, Corvinoque augure orante, ut tempus pugnandi opportunius expectet, tamen ille auspiciorum formidinem exprobrans cum se ipsum ad pugnam accingit, tum vero etiam agmen obequitans mandata rei gerendae edicit. Classicum canitur: erumpunt e latebris suis copiae Libycae. Primi Picentes impetum in hostes faciunt, fitque ab utraque parte pugna atrox. Lateranus Bagam et Syrticum interficit. Ex alia parte Iertes Nerium, Rullus Voluncem caedit. Appius, occiso Atlante, Isalcem designatum Magonis generum trucidat. Qua caede iratus Mago Appium petens, et ab eo leviter vulneratus, prosternit. Mamercus, qui signiferum hostilem vexillo erepto interfecerat, ab Hispanis occiditur. Interea Hannibal, cognito fratris vulnere, in castra eum seductum Synhalo rei medicae perito curandum tradit. Iam Consul cum accepisset Hannibalem ex acie in castra cessisse, extemplo furens hostium cuneos invadit; Bogum Libonemque crudeli caede interimit. Fit atrox pugna ab utraque parte. Inter Libyes eminet Othrys, giganti quam militi similior. Hunc, eminus iaculo percussum, et ad agmina sua fugientem, Consul a tergo hasta transverberat. Interim in collibus et silvis caedes fiunt. Sichaeus enim, quum, occiso Murrano, caeteras copias hostiles in silvam fugasset, ibique Tauranum iaculo percussum trunco arboris foede affixisset, Sicula cohors, ignavo metu amens, in aesculo et quercu refugium petit. Ergo Sichaeus eruta quercu multis ruinam dedit, et mox accensa aesculus cae-

caeteris miseram mortem attulit. Iam Consul adest, et Sichaeum, coorta pugna, gladio transfodit. Interea Hannibal et Mago e castris reduces denuo et atrocius hostes petunt. Poenus Fontanum et Butam, mox Laevinum, dum is Ithemonem spoliat, occidit, et Viridasium, dum ex Arausico telum, quo eum percusserat, evellit, trucidat. Porro caedit Fadum, Labicum senem, Herminium, insignes milites. Ecce Poeni corpus Sichaei interemti ad castra deportant. Ex illorum moestitia Sichaei caedem divinans Hannibal, tanti militis iactura graviter commotus, laudes eius praedicat, et mox Flaminium, caedis auctorem, iratus ad pugnam provocat. Ab utraque parte agmina coeunt, et quamvis terribili terrae motu ingruente, tamen acerrime pugnatur, donec Romani pulsi ad litora Thrasymeni fugam capessunt. Flaminius fugientes graviter increpans, irruensque in hostes, Gallorum a Ducario excitatorum telis obrutus diem supremum obit. Eo mortuo pugna cessat, et primarii iuvenes sinistra belli fortuna ad desperationem redacti cum armis se ipsos moribundi super consulis funus, veluti tumulum facturi, coniiciunt. Tum Hannibal cum Magone campum lustrans, virtutis Romanae indicia, etiam in mortuis conspicua admiratus, nocte insecuta, e campo secedit.

CEPERAT Etruscos occulto milite colles
Sidonius ductor, perque alta silentia noctis
Silvarum anfractus caecis insiderat armis.
At parte e dextra, restagnans gurgite vasto,
Effi-

1. pro *milite* N. Heinf. coni. *limite*. 4. *parte e laeva* vulg. *parte e dextra* ed. Lefeb. et sic iam Drakenborch. ad lib. V, 94.

1. seqq. Distinctius haec enarrantur Livio XXII, 4. „Baleares, caeteramque levem armaturam post montes circumducit; equites ad ipsas fauces saltus, tumulis apte tegentibus, locat, ut, ubi intrassent Romani, obiecto equitatu, clausa omnia lacu ac montibus essent.“ Ergo poeta *occulto milite*, et *caecis armis*, insidias notavit. De verbis cf. Ovid. Fast. II, 214.

4. seqq. Lacus Thrasymeni

Effigiem in pelagi lacus humectabat inertis,
Et late multo foedabat proxima limo:
Quae vada, Faunigenae regnata antiquitus Auno,
Nunc volvente die Thrasymeni nomina servant.
Lydius huic genitor, Tmoli decus, aequore longo
Maeoniam quondam in Latias advexerat oras
Tyrrhenus pubem, dederatque vocabula terris:
Isque insueta tubae monstravit murmura primus
Gentibus, et bellis ignava silentia rupit.
Nec modicus voti natum ad maiora fovebat.
Verum ardens puero, castumque exuta pudorem,
(Nam forma certare Deis, Thrasymene, valeres)
Litore

V, 94. coniecerat, cuius verba, quae me movebant, ut hoc loco editorem Francogallicum sequerer, ibi integra attuli. 5. *humectabat* ex Colon. Cod. restituit N. Heins. Sic et editt. Parm. Iunt. Ald. Gryphii, Nutii. Sed in Marsi Veneta, et ed. Martini Herbipol. erat *inundabat*, unde Wolfius Basil. et alii nonnulli *exundabat* dederunt. 7. *Arno* Colon. In Oxon. *auro* erat. Merula notis ad Ennii I Annal. pag. 95. *Arno* hoc loco legit, quem Aboriginum regem facit, Fauni prisci filium, Martis Itali patrem, secutus Manethonis supplementa ad Berosum et Annii Viterbiensis in eum commentarios, cuius suppolititios fetus dudum exploserunt viri docti. Sic et edidit Lefeb. Rupertus vero ad Sallust. pag. 144. *Anno* legebat. Haec Drakenborch. et vid. nott. — 12. *tubae* Colon. *primis* Oxon.

ni situs et nomen ex fabulis antiquis explicatur. — 5. *e dextra.* v. varr. Lect. ad vers. 95. — *inertis*, ob aquam stagnantem et paludosam, quae et *tarda*, *lenta*, poetis dicitur. v. infr. lib. VIII, 64. Virg. Georg. IV, 25. 479. Lucan. V, 436. — 7. *Faunigenae Auno.* Eum Silius petiit e Virg. A. XI, 700. qui Apenninicolam dicit, et Ligurem, quorum regio per ipsa Apennini iuga extendebatur. Inf. v. 626. Silius ipsos Faunos Apenninicolas vocat. — 9. De hac Lydiorum colonia, a Tyrrheno in Etruriam ducta, v. supr. ad libr. IV, 720. Similia iam Servius notavit, ad Virgil. A. II, 781. „Tyrrhenus, qui ex suo nomine Tuscos Tyrrhenos vocavit.“ et ad Aen. VIII, 479. „Ex sorte Tyrrhenus cum ingenti multitudine profectus est, et partem Italiae tenuit, et Tyrrheniam nominavit.“

12. *tubae murmura* poetice, cantus; ut *mugire* de tuba Virgil. Aen. VIII, 526. De re cf. Diod. Sic. V, 40. Athenaeus

Litore correptum ſlagnis demiſit Agylle,
Flore capi iuvenum primaevo lubrica mentem
Nympha, nec Idalia lenta incaluiſſe ſagitta.
Solatae viridi penitus ſovere ſub antro
Naïdes amplexus undoſaque regna trementem.
Hinc dotale lacus nomen, lateque, Hymenaeo
Conſcia laſcivo, Thraſymenus dicitur unda.
Et iam curriculo nigram nox roſcida metam
Stringebat, nec ſe thalamis Tithonia coniux
Pro-

17. *demerſit* coni. N. Heinſ. 18. *iuvenem mentem* Colon. 20. *ſollicitae* vulg. *ſolatae* Colon. Oxon. et ed. Parm. 23. *Thraſymenis* coni. N. Heinſ. et ſic ed. Lefeb. 24. *En, iam* etc. ed. Lef.

naeus lib. IV, p. 814. Hinc plerumque tibicines Tyrrheni vel Etruſci adhibentur poetis. v. Virg. Georg. II, 193. — 13. *ignava ſil.* ignavos milites reddentia. Nam tubis alacres ad pugnam animi fiunt. Virgil. A. VI, 165. *Aere ciere viros, Martemque accendere cantu.* v. ſupr. lib. IV, 169. 70.

17. ſeqq. *Agylle*, una ex Naiadibus, quarum raptus formoſorum iuvenum noti. In Drakenborchianis eſt locus Senecae Hippol. 780. *Naides improbae Formoſos ſolitae claudere fontibus.* — 18. *capi — lubrica mentem.* Haec iunge, et intell. pronam ad amorem concipiendum feminam. Duplex graeciſmus. In verſu ſeq. eam ſententiam variat. *Sagittas* amori tribui, et Idalium nemus Veneri ſacrum, nemo ignorat. — 22. *dotale nomen lacus*, pro ſimpl. ex his nuptiis nomen lacus Thraſymeni ortum. Non opus eſt cum Marſo ſtatuere, nomen illud fuiſſe dotem, quam ille ab Agylla acceperit.

24. ſeqq. Livius XXII, 4. ita: „Flaminius poſtero die vixdum ſatis certa luce anguſtiis ſuperatis, agmen hoſtium aſpexit." Primum operoſo ornatu poeta crepuſculum matutinum deſcribit, in quo tamen et alii poetae certatim elaborarunt. cf. Ovid. Met. VII, 704. ſeqq. et crepuſculi veſpertini imaginem Met. IV, 400. ſeqq. *Nox metam ſtringit*, dum prope abeſt a curſu peracto. Ita *mediam coeli metam* finxit Virgil. A. V, 835. Nempe currum Solis ad Noctem etiam traduxere poetae, unde illae metaphorae ortae ſunt. v. de hac re Heyn. Excurſ. ad Aen. II, 8. 9. — 25 - 28. Triplici variatione deſcribitur interſtitium, quod eſt inter noctem cedentem, et ſolem

Protulerat, ſtabatque nitens in limine primo;
Cum minus abnuerit noctem deſiſſe viator,
Quam coepiſſe diem: Conſul carpebat iniquas,
Praegrediens ſigna ipſa, vias, omniſque ruebat
Mixtus eques; nec diſcretis levia arma maniplis,
Inſertique globo pedites, et inutile Marti
Lixarum vulgus, praeſago cuncta tumultu
Implere, ac pugnam fugientum more petebant.
Tum ſuper ipſe lacus, denſam caligine caeca
Exhalans nebulam, late corruperat omnem
Proſpectum miſeris, atque atrae noctis amictu
Squalebat preſſum picea inter nubila coelum.
Nec Poenum liquere doli. Sedet enſe repoſto
Abditus, et nullis properantem occurſibus arcet.
Ire datur; longeque patet, ceu pace quieta,
Incuſtoditum, mox irremeabile, litus.
Namque ſub anguſtas artato limite fauces
In fraudem ducebat iter, geminumque receptis
Exitium, hinc rupes, hinc undae clauſtra premebant.
At

27. pro vulg. *annuerit*, Modius ex Colon. et duobus ſcriptis, et Barthius ex Oxon. 37. pro *preſſum* N. Heinſ. coni. *ſpiſſum*. 40. Hunc verſum, qui vulgo deerat, Modius ex Colon. inſeruit. Eundem exhibet Oxon. Barthii et ed. Parm.

ſolem advenientem. Valde luxuriatur in his poeta, ſcilicet ut diluat illa Liviana, *vixdum certa luce*.

28. ſeqq. Nullo ordine, et mixtis variis generibus militum agmen Flaminii procedit. cf. Liv. XXII, 3. et 4. Polyb. III, 82. — *carpere vias*, formula Virgiliana, ut Aen. VI, 629. *iniquas*, ut anguſtas et ab inſidiis hoſtium metuendas. Mox felici brevitate *praeſagum tumultum* dicit, quatenus ea copiarum perturbatio futuram calamitatem praeſagiebat.

34. *ſuper*, inſuper, praeterea. — De lacus exhalationibus ita Livius cap 4. „Eo magis Romanis ſubita et improviſa res fuit, quod orta ex lacu nebula, campo quam montibus denſior ſederat etc." Haec ornatu operoſo exaggerantur a poeta.

38. ſeqq. Poenorum doloſa quies, et conſilium hoſtes inſidiis claudendi deſcribitur.

45. cu-

At cura umbroſo ſervabat vertice montis
Hoſtilem ingreſſum, refugos habitura ſub ictu.
Haud ſecus ac vitreas ſollers piſcator ad undas,
Ore levem patulo texens de vimine naſſam,
Cautius interiora ligat, mediamque per alvum,
Senſim faſtigans, compreſſa cacumina nectit;
Ac fraude artati remeare foraminis arcet
Introitu facilem, quem traxit ab aequore, piſcem.
  Ocius interea propelli ſigna iubebat
Excuſſus Conſul fatorum turbine mentem:
Donec flammiferum tollentes aequore currum
Solis equi ſparſere diem. Iamque, orbe renato,
Diluerat nebulas Titan, ſenſimque fluebat
Caligo in terras nitido reſoluta ſereno.

Tunc

45. *at contra* vulg. Vetus editio *at caſtra.* Oxon. *at circa.* Pro *at cura* lect. Colon. N. Heinſ. coniiciebat *par cura.* Id maxime mollit duritiem huius loci, ſed auribus meis nondum plane ſatisfacit.

45. *cura ſervabat*, tenuius dictum ſentio pro, conſulto et ſtudioſe expectabant hoſtem progredientem, ut caedere poſſent refugientem. 47. Poenorum fraudem, qua hoſtes in anguſtias eas illicerent, unde redire ſalvi non poterant, comparat cum fraude piſcatoris in naſſae anguſtias piſces coercentis et ſic capientis. Non ſine arte naſſae illius ſtructuram graphice deſcripſit. — *faſtigans*, acuens, inquit Marſus, hoc eſt, ſenſim contrahens interiorem oram, cum exterius os patulum eſſet. Nam faſtigium ſemper in cacumine deſinit, ut in aedibus, latino ſenſu. Eo et pertinent *cacumina compreſſa*, ſ. viminum aculei intrinſecus contractae, ut, ſi piſcis introierit, illi aculei impediant reditum. Hinc oritur *artatum foramen.*

53. *propelli*, evelli, ut Livius XXII, 3. *ocius ſigna convelli iubet.* Signa enim terrae infixa ſtabant, et evellebantur, cum agmen procedebat. v. infr. v. 90. — 54. *Fatorum turb. exc. mentem*, hoc eſt, bene Marſus inquit, fato urgente prudentiam amiſerat.

55-58 Diem poſt crepuſculum illud verſ. 23. ſeqq. deſcriptum iam illuceſcentem ſignificari in promtu eſt. Quamquam Silius in hac calamitatis ad lacum Thraſym. ortae narratione maxime ingenio ſuo et

Tunc ales, priscum populis de more Latinis
Auspicium, cum bella parant, mentesque Deorum
Explorant super eventu, ceu praescia luctus,
Damnavit vesci, planctuque alimenta refugit.
Nec rauco taurus cessavit flebile ad aras
Immugire sono, pressamque ad colla bipennem
Incerta cervice ferens, altaria liquit.
Signa etiam affusa certant dum vellere mole,
Taeter humo lacera nitentum erupit in ora

Ex-

66. *effusa* vulg. et sic ed. Lefeb. e Cod. Tell. *affusa* autem Codd. scripti et vetustae editiones Rom. Parm. Mediol.

et arbitrio indulsit, atque accuratam Livii enarrationem passim turbavit rerum ordine perverso. Nam Livio omnis haec pugna inter perpetuas nebulas, et caliginem facta est; inclinata demum re (v. Liv. cap. 6.) quum incalescente Sole dispulsa nebula aperuisset diem, tum liquida iam luce montes campique perditas res, stragemque ostendere foede Romanam aciem. — Caeterum notum phantasma Solis vel Aurorae ex Oceano surgentis, variis coloribus ornatum passim a poetis. v. Virgil. A XI, 1. XII, 114. et quae dicta sunt infr. ad lib. VI, 1-5. — 56. *orbe renato.* Variabit hanc sententiam infr. lib. X, 542. *sui terris rediere colores.* Seneca Herc. Fur. 127. *lucem renatam* dixit: et Virgilio *Titan radiis retegit orbem* Aen. IV, 119. — 57. *fluebat*, diffluebat, dispersa est *caligo.*

59. seqq. Prodigia narrantur eo tempore observata. *Ales* — *damnavit vesci*, cibum recusavit, mox variata sententia *alimenta refugit.* In hoc prodigio videtur secutus Ciceronem lib. I. Divinat. cap. 35. — 63-65. Hoc omen poeta huc traxit ex eo tempore, cum Flaminius consulatum iniret, ap. Livium XXI, cap. ult. — *pressam* exquisite pro vulg. incussam. — *incerta cervice ferens*, saucius ex bipenni non satis certo ictu depressa. Sed poeta rerum ordinem invertit. Nam proprie non cervix, sed bipennis incerta est, ut in simili loco Virgil. Aen. II, 224. *incertam excussit cervice securim.* Et Seneca Agam. 777. *cervice taurus vulnus incertum ferens.* cf. infr. lib. XVI, 264. — 66-69. Signa non potuisse evelli, Livius narrat l. c. cap. 3. Sed cruorem erumpentem Silius de suo addidit. *effusa mole,*

Exſultans cruor, et caedis documenta futurae
Ipſa parens miſeris gremio dedit atra cruento:
Ac ſuper haec Divûm genitor, terraſque fretumque
Concutiens tonitru, Cyclopum rapta caminis
Fulmina Tyrrhenas Thraſymeni torſit in undas:
Ictuſque aetherea per ſtagna patentia flamma
Fumavit lacus, atque arſerunt fluctibus ignes.
Heu vani monitus, fruſtráque morantia Parcas
Prodigia! heu fatis Superi certaſſe minores!
Atque hic, egregius linguae, nomenque ſuperbum,
Corvinus, Phoebea ſedet cui caſſide fulva
Oſtentans ales proavitae inſignia pugnae,
Plenus

73. *ictusque* ex Colon. et aliis libris ſcriptis Modius et N. Heinſ. vindicarunt. *Litus et aetherea* ex Oxon. probabat Barthius, et defendit Dausq. 76. *certare* Colon. et ſic Lefeb. 78. *furva* coni. D. Heinſius, qui id perperam cum *Phoebea ales* conſtruebat.

mole, coniunctis viribus plurium militum, qui manus adiiciebant. — *humo lacera*, hiante et diſrupta, unde mox *gremium cruentum* dicit. — 70-74. Hoc prodigium iterum finxit poeta. At obſerva luxuriem ornatus. Vnam rem tribus modis variat.

75. Interpoſita poetae lamentatio, ad ſequens epiſodium praeludentis, quo ſpreta a Flaminio prodigia illa narrantur. Haec ergo *fruſtra morantur Parcas*, cum eorum monitus de futura calamitate negliguntur; et *Superi*, qui iſtis prodigiis homines admoneri volunt, nunc ſunt *minores*, impotentiores, quam ut poſſint *certare fatis*, h. e. mutare, vel impedire fata. Itaque infra v. 201. Dii dicuntur, *fato non ſponte locum dediſſe.*

77. ſeqq. *egregius linguae* eloquens, facundus. Sic Drances apud Virgil. A. XI, 338. *melior linguae.* Etiam grammaticae rationis exemplum dabit Virgil. A. XI, 417. *egregius animi.* Mox *Corvini* nomen duxit poeta ex familia M. Valerii Corvi, cuius facinus a Livio VII, 26. narratur. Is enim cum a Gallo provocatus eſſet ad pugnam, precibus factis, ales non ſolum tenuit captam ſedem, ſed quotiescunque certamen initum eſſet, levans ſe alis, os oculosque hoſtis roſtro et unguibus appetiit: donec territum prodigii talis viſu, oculisque ſimul

Plenus et ipſe Deûm, et ſociûm terrente pavore,
Immiſcet precibus monita, atque his vocibus infit:
Iliacas per, te, flammas, Tarpeiaque ſaxa,
Per patrios, Conſul, muros, ſuſpenſaque noſtrae
Eventu pugnae natorum pignora, cedas
Oramus Superis, tempuſque ad proelia dextrum
Opperiare. Dabunt ìdem campoſque diemque
Pugnandi: tantum, ne dedignare ſecundos
Exſpectare Deos. Cum fulſerit hora, cruentam
Quae ſtragem Libyae portet, tum ſigna ſequentur
Nulla vulſa manu, veſcique interritus ales
Gaudebit, nulloſque vomet pia terra cruores.
An te praeſtantem belli fugit, improba quantum
Hoc poſſit Fortuna loco? Sedet obvius hoſtis
Adverſa fronte; at circa nemoroſa minantur
Inſidias iuga, nec laeva ſtagnantibus undis
Effu-

86. *tempusque diemque* vulg. quod correxit Modius ex Colon. 89 *poſcet* vulg. *apportet* coni. N. Heinſ. 92. *belli* ex Colon. pro vulg. *bellis*. 95. *laevam* ed. Lefeb. ſcil. verſus. Cluverius

ſimul et mente turbatum Valerius obtruncat. Vnde ei deinde Corvi cognomen fuit. Eius autem poſteri Corvini dicti ſunt. Quo igitur pertineant *proavitae pugnae inſignia*, et *ales in caſſide ſedens*, illa narratio expediet Notum autem eſſe debet corvum *Phoebo* ſacrum, ob divinationem quandam, quam cantu et volatu prae ſe ferre credebatur. 80. *plenus Deum*, ut augur, et divinandi peritus. 82. *Iliacas flammas*, Sacra Veſtae Troia in Italiam allata. De his v. plura ad lib. I, 542 Similis precatio eſt Aſcanii Virg. A. IX, 258. *per canae penetralia Veſtae*, Stat. lib. I. Silv. I, 36. *Troicum ignem* dixit. — 83. *ſuſpenſa — pignora*, quorum vita et ſalus unice dependet ab exitu pugnae noſtrae. 86. *camposque diemque*, opportuniorem locum, et felicius tempus. Illum enim Hannibalis inſidiae, hoc vero prodigia ſiniſtra ſuſpectum reddebant. cf. v. 93 94. Iam illa ſententia per partes inculcatur.

89. Tempore opportuniore nulla te prodigia impedient. Haec enumerantur in ſeqq. — *ſigna ſequentur*, facile et nulla vi adhibita evellentur. — *nec laeva*, vid. varr.

Effugium patet, et tenui ſtant tramite fauces.
Si certare dolis, et bellum ducere cordi eſt,
Interea rapidis aderit Servilius armis,
Cui par imperium, et vires legionibus aequae.
Bellandum eſt aſtu. Levior laus in duce dextrae.
  Talia Corvinus, primoreſque addere paſſim
Orantum verba, et diviſus quiſque timori
Nunc Superos, ne Flaminio, nunc deinde precari
Flaminium, ne Coelicolis contendere perſtet.
  Acrius hoc accenſa ducis ſurrexerat ira,
Auditoque furens, ſocias non defore vires:
Siccine nos, inquit, Boiorum in bella ruentes
Spectaſtis, cum tanta lues vulguſque tremendum
Ingrueret, rupeſque iterum Tarpeia paveret?

verius propter verſum 4. huius libri hoc loco ſcribendum putabat *dextra*. Sed hanc pugnam Drakenborchius ad h. l. ita diremit: „Supra, inquit, in principio huius libri (verſ. 4.) dixerat Silius, Hannibalem litus Thraſymeni lacus ad laevam habuiſſe, ad alteram vero partem in montibus inſidias poſuiſſe. Non poſſunt itaque Romani, qui Carthaginienſibus obverſi erant, pariter litus et lacum ad laevam habere. Iam idem Silius lib. IV, 826 ita Hannibalem loquentem inducit, *Tu laevos proprior colles accede, Choaſpe*. Ergo Poenis non litus Thraſymeni, ſed colles ad laevam fuerunt. Romanis vero hoc loco Thraſymenus lacus. Quare omnia recte procedent, ſi, ſervata hoc loco recepta ſcriptura, ſupra verſ. 4. legas: *At parte e dextra* etc.“ 100. *vindice dextra* Rapheleng. edidit. *in duce* ex Colon. et Oxon. reſtituerunt Mod. et Barth. Sed *dextra* edidit Lefeb. 102. *diverſus* Lefeb. e Rom. 2. Sed maiorem elegantiam eius lectionis, quam praedicat, non perſpicio. 103. *de Flaminio* vulg. et ſic Lefeb.

varr. Lect. — 97. *ducere* protrahere cunctando. 100. *levior — dextrae*, ducis laus in conſilio et prudentia, non in dextra cernitur. — *orantum verba*, preces.

105. ſeqq. Flaminius Corvino reſpondet. *ſurrexerat* ornate pro eſt. cf. Virg. A. XII, 494. et infr. lib. IV, 280. — 106. Cum audiviſſet commemorari ſocias Servilii copias (v. 98.) ea re iratus et furens deinceps ſuam de Boiis victoriam iactat, quam ſine ſociorum auxilio reportaverit. cf. Livius XXII, 3. „Flaminius, caeteris ſuadentibus, collegam expectandum, ut coniunctis exercitibus communi

Quas ego tunc animas dextra, quae corpora fudi,
Irata tellure ſata, et vix vulnere vitam
Reddentes uno! Iacuere ingentia membra
Per campos, magniſque premunt nunc oſſibus arva.
Scilicet has fera ad laudes Servilius arma
Adiungat, niſi diviſo viciſſe triumpho
Vt nequeam, et decoris contentus parte quieſcam?
Quippe monent Superi. Similes ne fingite vobis,
Claſſica qui tremitis, Divos. Sat magnus in hoſtem
Augur adeſt enſis; pulchrumque et milite dignum
Auſpicium Latio, quod in armis dextera praeſtat.
An, Corvine, ſedet, clauſum ſe Conſul inerti
Vt teneat vallo? Poenos nunc occupet altos
Arretî muros, Corythi nunc diruat arcem?
Hinc Cluſina petat? poſtremo ad moenia Romae
Illaeſus contendat iter? Deforme ſub armis
Vana

112. *uno* ex MStis et priſcis editt. repoſuit N. Heinſ. pro *imo* vulg.

muni animo conſilioque rem gererent, iratus ſe ex conſilio proripuit" etc. — 111. *irata tellure ſata.* Ingentia corpora Boiorum exaggerat, ad Gigantas alludens, quos Tellus ob Titanum poenam irata genuiſſe fingebatur, ut fratrum ſupplicium vindicarent. Ita et Gallos Callimachus Del. 174 ὀψιγόνυς Τιτῆνας dixit. cf. infr. lib. VI, 152. et Senec. Herc Oet 28. Illud quoque Gigantum indicium eſt, quod *non uno vulnere vitam reddere* dicuntur, multis ictibus et vulneribus conficiendi, ut *Geryon* ſupr. lib. I, 278. et Herilus ap. Virg. A. VIII, 565. — 114-16. Cum arroganti ironia elata vox. Quaſi vero ego ſolus vincere nequeam, et victoriae dimidia parte contentus eſſe debeam! — *quieſcam* orn. pro, ſim.

117. ſeqq. Iam prodigia elevat Flaminius. In verſſ. 118. color ductus videtur ex illis Virgil. Aen. X, 773. *Dextra mihi Deus, et telum, quod miſſile libro, Nunc adſint.* cf. orationem Flamin. ap. Liv. l. c. cap. 5. — 121. *an ſedet*, vultisne, ut ego in vallo me contineam etc. Haec expreſſa ſunt e Liv. cap. 3. *Quinimo Arretii ante moenia ſedeamus* etc. De *Corythi arce* v. ſupr. ad lib. IV, 721. — 125.

Vana Superſtitio eſt. Dea ſola in pectore Virtus
Bellantum viget. Vmbrarum me noctibus atris
Agmina circumſtant, Trebiae qui gurgite, quique
Eridani volvuntur aquis, inhumata iuventus.
  Nec mora. iam medio coetu ſigniſque ſub ipſis
Poſtrema aptabat nulli exorabilis arma.
Aere atque aequorei tergo flavente iuvenci
Caſſis erat munita viro: cui vertice ſurgens
Triplex criſta iubas effundit crine Suëvo:
Scylla ſuper, fracti contorquens pondera remi,
Inſtabat, ſaevoſque canum pandebat hiatus:
Nobile Gargeni ſpolium, quod rege ſuperbus
Boiorum caeſo capiti illacerabile victor
Aptarat, pugnaſque decus portabat in omnes.
Loricam induitur; tortos huic nexilis hamos

Fer-

126. *una ſuperſtitio* Colon. quod probat N. Heinſ. Sed vulgatum *vana* defendit Drakenborch. quia maiorem prodigiorum contemtum innuat, ex mente Flaminii. 134. *crine ſevero* Colon. et Putean. In Oxon. *Sueno*, quod proxime accedit ad veram lectionem. 137. *Gargaevi* Colon. et ſic Lefeb. *Gergani* Oxon. *Gargheni* Putean. *Gergeni* editt. Rom. et Parm. *Gargeni* Ald.

125. *deforme ſuperſtitio*, graeco ritu, pro, deformis, turpis, perincioſus eſt ille prodigiorum metus. — Dausquëius ad h. l. confert vocem nobilem Hectoris Homer. Il. μ, 243. εἷς οἰωνὸς ἄριςος ἀμύνασθαι περὶ πάτρης.

130. ſeqq. Flaminium ſe armantem effert poeta, ſecutus exempla Homeri et Virgilii, at utrumque luxuria verborum et copia colorum ſuperans, ut in his ſolet. Turnum ſe armantem quam et magnifice et ſobrie extulit Virgil. Aen. XI, 486. Locos Homeri ſimiles ibi Heyn. laudavit. — *poſtrema arma*, quia in hac pugna cecidit — 132 Similem heroum cultum paſſim Virgil. expreſſit, ut Aen. VII, 688. X, 680. — 134 *criſta iubas*, λόφȣς, *effundit crine Suevo*, pro ſimpl. criſta e capillis Suevis facta. Suevos populum Germ. vicerat Flaminius. De *triplice criſta* cf. Virg. A. VII, 785. — 135. Scite emblema in caſſide fictum, Scylla fractum remum manu tenens, naufragii attributum; ut Turni galeae Chimaera inſidet, Aen. l. c. — 140.

Ferro ſquama rudi, permixtoque aſperat auro.
Tum clypeum capit, aſperſum quem caedibus olim
Celticus ornarat cruor, humentique ſub antro,
Ceu fetum, lupa permulcens puerilia membra,
Ingentem Aſſaraci coelo nutribat alumnum.
Hinc enſem lateri, dextraeque accommodat haſtam.
Stat ſonipes, vexatque ferox humentia frena,
Caucaſiam inſtratus virgato corpore tigrim.
Inde exceptus equo, qua dant anguſta viarum,
Nunc hos, nunc illos adit, atque hortatibus implet.
Veſtrum opus eſt, veſtrumque decus, ſuffixa per Vrbem
Poeni ferre ducis ſpectanda parentibus ora.
Vnum hoc pro cunctis ſat erit caput. Aſpera quiſque
Hortamenta ſibi referat: Meus, heu! meus atris
Ticini frater ripis iacet: at meus alta
Metitur ſtagna Eridani ſine funere natus.
Haec ſibi quiſque; ſed eſt veſtrum cui nulla doloris
Privati

142. *quatit* vulg. et ſic Lefeb. 147. *ſpumantia*, vel *undantia frena* coni. N. Heinſ. 156. *ſine vulnere* coni. N. Heinſ. Illud *at meus* mihi non placet. Puto legendum *et*; *meus* etc. ut duo hortamenta rectius diſtinguantur.

140. Loricam trilicem deſcribit, qualem Hannibali donatam exhibuerat lib. II, 401. ubi v. plura. cf. etiam Virgil. A. IX, 707.

143. ſeqq. In clipeo ficta erat lupa Romulum ſub antro Capitolino nutriens. Hunc *Aſſaraci alumnum* vocat, lato ſenſu. Erat enim is Trois filius, et ex Aeneae maioribus. — 146 47. verſus expreſſi ad imitationem Virgil. A. II, 393. et IV, 134. — *vexat*, vellit ore et mandit, noto equorum more. *humentia*, ſpumantia. 148. *virgato corp.* ob macularum lineas in pelle tigridis ductas. Vnde *virgatae tigrides* Senec. Hipp. 344. et Claudian. laud. Stil. I, 66.

149. ſeqq. Flaminius milites adhortatur, et mandata dictat. Locus longis rerum et verborum ambagibus productus. 151. *ſuffixa ora*, caput Hannibalis palo affixum. Hanc veluti victoriae ſummam proponit. — 157. ſq. Si qui veſtrum domeſtico luctu carent, ii cogitent de maioribus et publicis miſeriis, quibus virtutem acuant. Bona ſen-

Privati rabies, is vero ingentia ſumat
E medio, fodiant quae magnas pectus in iras,
Perfractas Alpes, paſſamque infanda Saguntum,
Quoſque nefas vetiti tranſcendere nomen Hiberi.
Tangere iam Thybrim. Nam dum vos augur, et extis
Quaeſitae fibrae, vanuſque moratur haruſpex,
Solum iam ſupereſt, Tarpeio imponere caſtra.
Turbidus haec, viſoque artis in millibus atras

161. *nomen Hiberi* pro Hibero, duriſſimum eſt meo ſenſu. Nec exempla a Drakenborchio allata molliunt formulam. Suſpecta mihi vox eſt. Quidni *limen Hiberi?*

ſententia, at moleſte expreſſa verbis; ut cum dicit *ingentia ſumere e medio*, pro, maioribus calamitatibus cogitandis, (quae verſſ. 160-62. recenſentur,) ſe admonere. — 161. *quosque nefas.* Ex foedere cum Romanis pacto Hiberus erat terminus imperii, quem transſcendere nefas erat. Supra lib. II, 451. *Hannibal transgreſſus abrupto foedere ripas Hiberi.* cf. Liv. XXI, 2. Polyb. III, 27. — *nomen Hiberi.* v. varr. Lectt.

165. Sequentem usque ad v. 188. locum veteres interpretes non recte iudicarunt. Omnes fere, quos adeo Cellarius ſecutus eſt, Orphitum equum Flaminii fuiſſe contenderunt. Sed illos iam N. Heinſius exploſerat, quamvis, quod miror, a Gallico interprete reprehenſus, qui illam veterem explicationem tuetur. Iam ſaniores, ut Drakenborchius, tacent, quomodo omnis locus intelligendus ſit. Refutant alios, meliora ipſi non adferunt Itaque mea ſententia res huc redit: Flaminius facta ad milites adhortatione pugnam inchoaturus, tribus militibus, ſuis cuique meritis inſignibus, mandata dictat, Orphito, ut ducem Poenorum maxime petat, Murrano, ut anguſtas vias patefaciat, Aequano, ut in copias hoſtiles irruat. Nomina Silius, ut poeta, pro lubitu quidem finxit, ut omne hoc Flaminii inſtitutum. Ergo in his non argutandum, ſed hoc ſolum tenendum eſt. Flaminium mandata dediſſe pugnae inſtituendae. Caetera ad ornatum pertinent, quem in Aequano praecipue adfectavit. Iam ſingula videamus. *Iubas*, λόφυς, criſtas galeae, *atras* ſive ab colore, ſive terribiles, ſaevas, noto vocabuli ſenſu, quia maxime ſerviebant terrori augendo. —

167.

Bellatore iubas aptante, Eſt, Orphite, munus,
Eſt, ait, hoc certare tuum, quis opima volenti
Dona Iovi portet feretro ſuſpenſa cruento.
Nam cur haec alia pariatur gloria dextra?
Hinc praevectus equo, poſtquam inter proelia notam
Accepit vocem, Procul hinc te Martius, inquit,
Murrane, oſtendit clamor; videoque furentem
Iam Tyria te caede: venit laus quanta! ſed, oro,
Haec anguſta loci ferro patefacta relaxa.
Tum Soracte ſatum, praeſtantem corpore et armis,
Aequanum noſcens, (patrio cui ritus in arvo,
Cum pius arcitenens accenſis gaudet acervis,
Exta ter innocuos laetum portare per ignes,)
Sic in Apollinea ſemper veſtigia pruna
Inviolata teras, victorque vaporis ad aras
Dona

166. *tubas* vulg. quod primum editum eſt in Baſil. et inde in Nutii Antwerp. Sed *iubas* Modius et N. Heinſ. ex libris ſcriptis, et editt. priſcis reſtituerunt. pro *eſt*, N. Heinſ. coni. *en*, quod et edidit Lefeb. *Hirtas iubas* coni. N. Heinſ. Sed Lefeb. pro *atras* edidit *Afro* e ſolo Cod. Tell. 178. *late portare* vulg. quod primus Nicander in Iunt. edidit. *latum* MS. duo et ed. Rom. et Parm, aliaeque ante Iuntinam. *laetum* Colon. *laeto* ed. Lefeb. 180. *feras* coni. Heinſii.

167. Tuum eſt, ducem ſpoliare. Ad caedem Hannibalis excitat. De ſpoliis *opimis* v. ſupra ad lib. I, 132. Sed ita etiam dicta fuiſſe, quae duci non a duce ſolum, ſed et a quoquam alio detrahebantur, docuit Perizon. Anim. hiſt cap. 7. a Drakenb. laudatus. — 173. *venit*, te expectat.

175. ſeqq. Dum poeta Aequanum in *Soracte*, monte Etruriae in finibus Faliſcorum ad Tiberim ſito natum fingit, ea occaſione ſacra Apollinis in eo monte ſolennia exponit, imitatus quidem Virgil. A. XI, 785. ſeqq. De ipſo monte v. Strab. lib. V, pag. 346. Plin. VII, 2. et Salmaſ. ad Solin. p. 59. — *cui ritus — portare.* Haec iunge. *Pius arcitenens* e Virgil. A. III, 75. *Innocuos ignes* Plinius explicabit. „Sacrificio annuo, inquit, quod fit ad montem Soractem Apollini ſuper ambuſtam ligni ſtruem (*accenſos acervos* Sil.) ambulantes non aduruntur.“ Hinc et in verſ. 779. *Apollineam prunam*, et *veſti-*

Dona ſerenato referas ſollemnia Phoebo:
Concipe, ait, dignum factis, Aequane, furorem
Vulneribuſque tuis. Socio te caedis et irae
Non ego Marmaridum mediam penetrare phalangem,
Cinyphiaeque globos dubitarim irrumpere turmae.
Nec iam ultra monitus et verba morantia Martem
Ferre valet, longo Aeneadis quod flebitur aevo.
Increpuere ſimul feralia claſſica ſignum,
Ac tuba terrificis fregit ſtridoribus auras.
Heu dolor, heu lacrimae, nec tot poſt ſecula ferae!
Horreſco ut pendente malo, ceu ductor ad arma
Exciret Tyrius: latebroſis collibus Aſtur,
Et Libys, et torta Baliaris ſaevus habena,
Erumpunt, multuſque Maces, Garamaſque, Nomaſque:
Tum, quo non alius venalem in proelia dextram

182. *fatis* coni. N. Heinſ. et ſic ed. Lefeb. 183. *muneribusque* iam Burmannus coniecerat, et edidit Lefeb. 192. *exciret* ex Colon. et Oxon. pro vulg. *excitet*, quod metro contrarium erat, unde in Parm. et Mediol. dederunt *excitet hic Tyrius*.

veſtigia inviolata expedias licet. Deliciae enim ſunt Silianae, variare verbis ſententias. Caeterum in verſſ. 179-81. Aequano ut ſacerdoti Apoll. futuram victoriam gratulatur, quos e familia Hirporum fuiſſe Plinius l. c. tradit. v. omnino Heyn. ad Virgil. l. l. — 183-85. Summa mandati, ut in agmen hoſtile irrumpat. Sed poeta ſingula definite enunciat. Colorem ſimilem orationis notarunt ex Homer. Il. κ, 246.

187. *quod flebitur*. Hoc referri debet ad ſententiam proxime antecedentem. Flebitur hoc omni aevo, quod Flaminius pugnam temere maturaverit. Nam ea ferocia et temeritas cladem attulit Romanis.

190. Lamentatio poetae, et ad eius tempora referenda. Hinc *lacrymas poſt tot ſecula non feras* dicit, quatenus etiamnum lugenda ſit calamitas illa Romanorum, nec tempus eum luctum minuere poſſit. Huc et ſequentia redeunt *horreſco ut p. m.* ita horreſco hanc pugnam referens, ac ſi praeſens, impendensque id malum nunc eſſet Romanis.

193. *habena* pro funda. v. lib.

Ocior attulerit, conductaque bella probarit,
Cantaber, et galeae contemto tegmine Vaſco.
Hinc pariter rupes, lacus hinc, hinc arma, ſimulque
Conſona vox urget, ſignum clamore viciſſim,
Per colles Tyria circumfundente corona.
Avertere Dei vultus, fatoque dederunt
Maiori, non ſponte, locum: timet ipſe tyranni
Fortunam Libyci Mavors, disiectaque crinem
Illacrimat Venus, et Delum pervectus Apollo
Triſtem maerenti ſolatur pectine luctum.
Sola, Apennini reſidens in vertice, diras
Exſpectat caedes immiti pectore Iuno.
Primae Picentum, rupto ceu turbine fuſa
Agmina et Hannibalem ruere ut videre, cohortes
Inva-

199. *ſignum clangorque viciſſim* coni. N. Heinſ. Interpres Francogall ſenſum ita explicavit: Tyria corona circumfundente ſignum impetus, cum clamoribus, per colles. — Sed nec ſic mihi ſanus locus videtur. 202. *ſtupet* Colon. quod ed. Lefeb. 206. *duras caedes* vulg. *diras* Colon. 207. *inimico* vulg. *immiti* Colon.

lib. III, 365. — 195. 96. Cantabri, copiae mercenariae. Hanc ſententiam poetice ornat duplici variatione uſus. — *Vaſco galeae cont. tegm.* ut ſupr. lib. III, 358. *inſuetus galeae.* — 198. ſeqq. In his Livius expreſſus XXII, 4. „Poenus ubi clauſum lacu et montibus et circumfuſum omnibus copiis habuit hoſtem, ſignum omnibus dat ſimul invadendi. Romanus, clamore undique orto priusquam ſatis cerneret, ſe circumventum eſſe, ſenſit etc.“ Caeterum v. varr. Lect.

201. 8. Quotquot poetarum machinatione Deorum uſi ſunt, belli adverſam fortunam ſoliti ſunt Diis vultum avertentibus ſignificare. Quomodo autem Dii *fato non ſponte locum dederint*, explicatum eſt ad verſ. 76. — In Deorum luctu et lacrymis multos poetas habuit, quos ſequeretur. Homeri locos attulit Heyn. ad Virgil. A. X, 464. cf. Valer. Fl. IV, 114. ſeqq. et ſupr. Lib. II, 475. — 206. Sola Iuno, ut Romanis inimica, *caedes* horum *expectat*, optat. cf. Virg. A. XII, 135. ſeqq.

208. ſeqq. *Picentes* hoc loco nominat poeta, definite, ut ſolet. Apud Livium praeter Romanos et Poenos, nulla gens praecipue appellatur.

210.

Invadunt ultro, et poenas pro morte futura,
Turbato victore, petunt accensa iuventus:
Et, velut erepto metuendi libera coelo,
Manibus ipsa suis praesumta piacula mittit.
Funditur unanimo nisu et concordibus ausis
Pilorum in Poenos nimbus, fixosque repulsi
Submittunt clypeos curvato pondere teli.
Acrius hoc rursum Libys, ut praesentia saevi
Exstimulat ducis, hortantes se quisque vicissim
Incumbunt, pressoque impellunt pectore pectus.
Ipsa facem quatiens, ac flavam sanguine multo
Sparsa

211. *ductore* ed. Mediol. sola. 212. Hic et sequens versus in vulgatis post vers. 207. inserti erant, et versus 213. sic scribebatur: *ipsa suis manibus praesumta piacula mittens.* Deinde post hunc legebatur hic versus: *Inferias mactat bellis accensa iuventus*, quem primus Nicander in Iuntina vulgaverat. Denique versus 211. hoc modo: *Turbato victore petunt, Martemque reposcunt.* Ergo ex Codd. Puteano et Oxon. Heinsius et Gronov. Observ. 4, 17. locum omnem hoc ordine, quo Drakenborch. edidit, restituerunt. 216. *fixoque repulsi submittunt clipeos curvatos pondere teli* coni. N. Heins. Sed vid. nott. 217. Lefeb. ita edidit: *Acrius hoc rursum Libyes, (praesentia saevi Exstimulat ducis) hortantes* etc. 220. *flavam* vulg. Eam vocem nunc non satis aptam putans N. Heins. coniecit *fluidamque e sanguine multo.* Burmannus *foedam*, vel *atramque a s. m.* Sed Lefeb. edidit *furvam.*

210. *poenas pro morte futura.* Cincti nimirum ab omni parte hostibus, et de vita desperantes, caedibus, quantum possunt, mortem instantem ulciscuntur. Eam sententiam mox variat, *praesumta piacula mittit* iuventus. Illum autem furorem ex spe vitae erepta conceptum, durius expressit, *erepto coelo*, erepta salutis spe, *libera metuendi iuventus*, timorem mortis exuens. — 215. *Repulsi* Poeni impetu hostili, qui modo describebatur, *submittunt clipeos fixos*, transfixos, *curvato p. teli*, hoc est, pilis retusa cuspide e clypeis pendentibus, eosque gravantibus. Ita locum intelligo, quem alii frustra de mendo suspectum credebant. Ad vers. 217. cf. Virg. A. IX, 73.

220. seqq. Ardor pugnae a Bellona incensus, noto poetarum phantasmate describitur. cf. lib. IV, 432. *Facem* Furiis propriam Bellonae tribuit poeta, ut supra l. c. flagellum, et Tisyphoni Furiae lib. II, 616. Petronius etiam Sat. cap. 124. in Ditis choro Erinnyn,

Sparſa comam, medias acies Bellona pererrat.
Stridit Tartareae nigro ſub pectore Divae
Letiferum murmur, feralique horrida cantu
Buccina lymphatas agit in certamina mentes.
His iras adverſa fovent, crudusque ruente
Fortuna ſtimulus ſpem proieciſſe ſalutis:
Hos dexter Deus, et laeto Victoria vultu
Arridens acuit, Martiſque favore fruuntur.
Abreptus pulchro caedum Lateranus amore,
Dum ſequitur dextram, in medios penetraverat hoſtes.
Quem poſtquam florens aequali Lentulus aevo
Conſpexit, nimium pugnae, nimiumque cruoris,
Infeſtas inter non aequo Marte catervas
Fata irritantem; niſu ſe concitat acri,
Immi-

225. *movent* coni. Burm. 229. *abreptus* ex Colon. pro vulg. *arreptus*. In Cod. Putean. et ed. Rom. et Mediol. legitur *arrectus*.

nyn, Bellonam, et Megaram poſuit. Mox *Tartarea Diva* dicitur, quod in Tartaro ſedem habere credebatur. Ita praeter Petronium l. c. Claudianus lib. II in Eutrop. 143. *tartaream Bellonae tubam* dicit, quam Silius *feralem buccinam* vocat.

225. ſeqq. Iam inde usque ad finem libri ſingulorum militum, quorum nomina Latina et Libyca poſuit facile dignoſcenda, caedes et pugnas vario ornatu exponit. Et quamvis iuſto longior ea narratio eſt, tamen ob varietatem et viciſſitudinem fortunae, caedum, hominum, et inſerta epiſodia, ſatis teneris lectione, ut ſi finieris librum, mireris faſtidium legendi non moleſtius fuiſſe. — 225-28. Alios (Romanos) periculorum praeſentia et deſperatio, alios (Poenos) bonus armorum ſucceſſus ad fortiter pugnandum excitat. Haec poetico ornatu efferuntur, at moleſte variatis ſententiis. *crudus ſtimulus*, acrem perditae vitae ſpei ſenſum, qui ad deſperationem agat, ſignificat. cf. lib. IV, 35. — *ruente* corruente, fugiente.

229. usque ad 257. Lateranus et Lentulus cum Baga et Syrtico pugnant. *Dum ſequitur dextram*, dum ruit, quo eum impetus fert. v. ad lib. II, 86. — 232. *nimium*, nimis avidum, audacem. Mox eundem variata ſententia dicit *fata irritantem*, audacter in hoſtes

Immitemque Bagam, qui iam vicina ferebat
Vulnera pugnantis tergo, velocior hasta
Occupat, et socium duris se casibus addit.
Tunc alacres arma agglomerant, geminaque corusci
Fronte micant, paribus fulgent capita ardua cristis.
Actus in adversos casu (namque obvia ferre
Arma quis auderet? nisi quem Deus ima colentum
Damnasset Stygiae nocti) praefracta gerebat
Syrticus excelso decurrens robora monte,
Et, quatiens acer nodosi pondera rami,
Flagrabat geminae nequidquam caedis amore.
Non hic Aegates infidaque litora nautis,
O iuvenes, motumque novis sine Marte procellis
Fortunam bello pelagus dabit: aequoris olim
Victores, media sit qualis, discite, terra
Bellator Libys, et meliori cedite regno.
Ac simul infesto Lateranum vulnere truncae
Arboris

235. *ferebat* vulg. quod Drakenborch. si libri scripti addicerent, se praeferre ait. 238. *inglomerant* Lefeb. e Rom. 1. *corruscis* Colon. et Oxon. 242. Omnis priscae editt. cum Cod. Putean. *perfracta robara* habent. Basileae primum editum *praefracta*. Marius, qui Venet. 1492. *perfracta* etiam dedit, in notis *praefracta* explicat. Pro *gerebat* cod. Putean. et editt. Parm. ac Mediol. *regebat*. 251. *pondere* Colon. et Putean. cum edit. Mediol. Sic et edidit Lefeb. — Burmannus *verbere* coniecit. Alterutrum elegerim, quamvis et vulgatum *vulnere* explicari potest.

hostes et pericula ruentem, cui contrarium est *futa tenere*, quod explicavimus ad lib. IV, 733 — *non aequo Marte*, ut unus contra multos. — 235. Bagam, qui *vulnera ferebat*, ictum parabat in tergum pugnantis Laterani, *occupat* praeoccupat, hastam emittens prius, quam ille in Lateranum emisisset. Formula simili Lucretius V, 1291. *Miscebat fluctus bello, et vulnera vasta ferebat.*

240. seqq. *Syrticus in adversos* scil. Bagam et Lentulum cominus pugnantes, *casu actus*, sine consilio illorum pugnae se immiscendi Iam sequens parenthesis rationem reddit illius casus.— 246-50. Verba sunt Syrtici: non tam prospera fortuna hic pugnabitis, ut olim apud Aegates. Nunc discite, qualis sit miles Libycus in terra continenti. 250. *meliori regno*, arroganter dictum

Arboris urgebat, iungens convicia pugnae.
Lentulus huic frendens ira: Thraſymenus in altos
Aſcendet citius colles, quam ſanguine roret
Iſte pio ramus: ſubſidenſque ilia niſu
Conantis ſuſpenſa fodit. Tum fervidus atro
Pulmone exundat per hiantia viſcera ſanguis.
  Nec minus accenſis in mutua funera dextris
Parte alia campi ſaevit furor. Altus Iertes
Obtruncat Nerium; Rullo ditiſſimus agri
Occumbis, generoſe Volunx, nec clauſa repoſtis
Pondera theſauris, patrio nec regia quondam
Praefulgens ebore, et poſſeſſa mapalia ſoli
Profuerunt. Quid rapta iuvant? Quid gentibus auri
Nunquam exſtincta ſitis? Modo quem Fortuna fovendo
Congeſtis opibus doniſque referſit opimis,
Nudum Tartarea portabit navita cymba.

Iuxta

260. *arvi* Colon. 264. *profuerint* vulg. 264. *gentibus* diſplicebat N. Heinſio, qui coniiciebat *habentibus*, vel *mentibus*. Deinde etiam *quid parta iuvant*. 267. *portavit* vulg. ſenſu etiam bono. *portabit* Putean. cod.

dictum a Syrtico, pro, nobiliori victoriae Carthaginienſium cedite. Nam Romanorum ad Aegates inſulas victoriam antea ut minus difficilem elevarat. — 251. *vulnere urgebat*, cum arbore irruebat vulnus inflicturus. v. ad lib. II, 92. et omnino Heyn. ad Virg. A. II, 529.

255. *ſanguine pio*, quatenus Romani in omni hoc bello pietate ſe inſignes ferebant, Poenis foedifragis et impiis contrarii. — *Ilia ſuſpenſa niſu conantis*, ex natura expreſſa imago. Finge tibi animo corpus Syrtici prominens, dum conabatur arborem Lentulo incutere.

261. *generoſe Volunx*. Non abſurda eſt Drakenborchii ſententia, poetam adluſiſſe ad Bocchi Maurorum regis filium, qui vocetur Volux a Salluſtio Iug. cap. 105. ſeqq. Certe regias opes poeta mox deſcribit. — *nudum*, opibus illis exutum. *Navitam* Charontem notari, cum omni fabula, notiſſimum. Non diſplicent, meo ſenſu, tales loci communes in his locis, quae varietatem colorum maxime deſiderant. A caedibus ſpectandis feſſi his aliquo modo recreari ſolemus.

Iuxta bellator iuvenilibus Appius ausis
Pandebat campum caede: atque, ubi plurima virtus,
Nullique aspirare vigor, decus inde petebat.
Obvius huic Atlas, Atlas a litore Hibero,
Nequidquam extremae longinquus cultor arenae,
Impetit os hasta, leviterque e corpore summo
Degustat cuspis generosum extrema cruorem.
Intonuere minae, violentaque lumina flammis
Exarsere novis: furit, et diffulminat omnem
Obstantum turbam. At clausum sub casside vulnus
Martia commendat mananti sanguine membra.
Tum vero aspiceres pavitantem, et condere semet
Nitentem in sociis iuvenem: ceu tigride cerva
Hyrcana

270. versus ex Colon. Cod. a Modio emendatus. Editiones Rom. Parm. et Mediol. habebant *Atias a sanguine Hibero.* In vulg. erat *Atlas, a sangvine clarus Hibero.* 277. *turmam* vulg. primus Marsus edidit. *turbam, et clausum* etc. edidit Le'eb. 279. *aspiceres* Modius e Colon. posuit pro vulg. *aspiciens.*

268. seqq. Longam et atrocem scenam aperit Appius, ad cuius familiam nobilissimam apud Romanos poeta passim in hoc loco alludit. Audacissimae virtutis documenta v. 269. 70. declarantur. — *a litore Hibero* ex ultima Hispania ad mare Atlanticum, unde mox *cultorem ultimae arenae* dicit. 273. *e corpore summo,* capite. Nam *clausum sub casside vulnus* mox dicitur. 274. *degustat cruorem,* leviter cutem stringit. Ita Virgil. A. XII, 376. *summum degustat vulnere corpus,* ubi Heynius confert gr. χεύεσθαι. Hom. Iliad. v. 258. — 275. Noti colores ad iram indicandam. cf. Virg A. XII, 100. 1. et varia loca ibi ab Heynio allata. — *diffulminat* graviter pro disrumpit, dissipat fulminis instar. — 278. *commendat membra* Marsus: ornat sanguis e vulnere manans membra, pulcriora facit. — 279. *pavitantem,* sc. Atlantem. Comparatio sequitur apte delecta ad pavorem explicandum. De *tigri Hyrcana* v. quae ab Heynio ad Virg. A. IV, 367. dicta sunt. — *pressa,* quam insequitur et urget tigris. — *pennas colligit,* componit, comprimit, et quieta sedet. Mox aquilam *librantem nisus* exquisite dixit, pro, cum impetu se ex aere demittere conantem. Ducta metaphora a iaculatoribus, qui ad impetum augendum, hastam librant,

Hyrcana cum pressa tremit; vel territa pennas
Colligit accipitrem cernens in nube columba;
Aut dumis subit, albenti si sensit in aethra
Librantem nisus aquilam, lepus ore citato.
Ense ferit tum colla viri, dextramque micantem
Demetit; ac mutat successu saevior hostem.
Stabat fulgentem portans in bella bipennem
Cinyphius, socerique miser Magonis inire
Optabat pugnam ante oculos, spe laudis, Isalces;
Sidonia tumidus sponsa, vanoque superbus
Foedere promissae post Dardana proelia taedae.
Huic immittit atrox violentas Appius iras,
Conantique gravem fronti librare securim,
Altior insurgens, galeam super exigit ictum.
At fragilis valido conamine solvitur ensis
Aere in Cinyphio: nec dispar sortis Isalces

Vmbo-

281. Editiones priscae *prensa*. 283. *dumos* vulg. quod primum in edit. Basil. apparuit. *dumis* MSti, et antiquae editt. 284. *visus* vulg. quod Dausq. tuetur. 284. *orbe citato* Barthius corrigebat, ad aquilam referens. Sed manifeste ad leporem pertinet. vid. nott. 292. *immittit ovans* vulg. *atrox* ex MS. et ed. Parm. N. Heins. reposuit.

librant, et intorquent, ut mox vers. 293. — *Os* autem *citatum* quo ornatu poeta de lepore dixerit, qui trepidans et cursu citato fugit, non satis equidem assequor. Itaque videndum est, an ex sententia Barthii et Drakenborchii rectius dicatur lepus dumis subire *orbe citato*, dum per multos gyros et orbes celeriter aufugit.

286. *mutat s. s. hostem.* Appius alios hostes petit, animosior factus bono successu caedis Atlantis. Formula dicendi crebro usurpata poetis sequioribus. Valer. Fl. VI, 614. inprimis Stat. Theb. V, 722. VII, 71. IX, 716. et alibi. v. Burm. ad Val. Fl. l. c. et infr. Sil VI, 238. — Mox inde a vers. 287 miro consilio poeta Isalcen Magonis futurum generum inducit. Scilicet ea res novum ornatum admittebat. — *taedae* v. supr. ad lib II, 184. *vanum* autem *foedus* erat, quia nunc interficiebatur sponsus. Ad vers. 294. cf. lib. I, 400. — *fragilis solvitur*, frangitur, dissiluit in simili re dixit Virg. A. XII, 741. — 296. *nec dispar sortis*, quia huic ictus

Vmbonem incerto deterſit futilis ictu.
Tum quod humo haud unquam valuiſſet tollere ſaxum,
Ni vires trux ira daret, contorquet anhelans
Appius, et lapſu reſupino in terga cadentem
Mole premit ſcopuli, perfractiſque oſſibus urget.
Vidit coniuncto miſcens certamina campo
Labentem ſocer, et lacrimae ſub caſſide fuſae
Cum gemitu, rapiduſque ruit: data foedera nuper
Accendunt animos exſpectatique nepotes.
Iamque aderat: clypeumque viri, atque immania membra
Luſtrabat viſu, propiorque a fronte coruſcae
Lux galeae ſaevas paulum tardaverat iras.
Haud ſecus, e ſpecula praeceps delatus opaca,
Subſidens campo ſubmiſſos contrahit artus,
Cum vicina trucis conſpexit cornua tauri,
Quamvis longa fames ſtimulet, leo: nunc ferus alta
Surgentes cervice toros, nunc torva ſub hirta

Lumina

298. *tollere* pro *vellere*, et mox *contorquet* pro *torquebat*, et *reſupino* pro *reſupina*, Modius et Heinſ. ex Cod. Colon. et vetuſtis editt. emendarunt. Sola Mediolanenſis et Marſi Veneta ſtant pro vulg. ſcriptura. 310. *ſubſidit campo, et ſubmiſſos*, quod iam N. Heinſ. ex libris ſcriptis protulerat, edidit Lefeb.

ictus eodem modo, quo Appio, male ceſſit. Nam *umbonem deterſit*, perſtrinxit, incerto et invalido ictu, ἐπέγραψε, ἐπέξεσεν Homerus dixit in ſimili re cf. Heyn. in V. L. ad Aen. X, 479. — 298. ſeqq. In his poeta profecit a Virgilio, qui Aen. XII, 896. ſeqq. eandem imaginem ab Homero mutuatam pluribus verbis ornavit. Loca Homeri ibi attulit Heyn. ut Il. ξ, 409. ſqq. η, 264. et v. ad Virg. Cerda. — 299. *ni vires ira daret*. Eam ſententiam ſaepe variavit Silius. v. ad lib. II, 123.

302. *coniuncto — campo* in vicinia illius loci pugnans. — *Data foedera*, promiſſum coniugium filiae. — Ni meus me ſenſus fallit, ridiculas concitati animi Magonis cauſas attulit. Femina generi iacturam ita excuſatius queritur. 306-8. Mago arma et corpus Appii ſtupens continet iram. Sequitur comparatio ſatis apta. Sed dubito, utrum poeta prius cogitaverit, illos verſus, an comparationem. Illa Magonis continentia nullo modo cohaeret cum reliquo eius affectu, quem ante deſcripſerat poeta.

Lumina miratur fronte, ac iam ſigna moventem,
Et ſparſa pugnas meditantem ſpectat arena.
Hic prior intorquens telum ſic Appius infit:
Si qua tibi pietas, ictum ne deſere foedus,
Et generum comitare, ſocer. Per tegmina velox
Tunc aeriſque moras laevo ſtetit haſta lacerto.
At contra, non dicta Libys, ſed fervidus haſtam
Perlibrat, magni donum memorabile fratris:
Caeſo quam victor ſub moenibus ille Sagunti
Abſtulerat Durio, ac ſpectatae nobile pugnae
Germano dederat portare in proelia pignus.
Telum ingens, perque arma viri, perque ora, doloris
Adiutum niſu, letalem pertulit ictum;
Exſangueſque viri conantis vellere ferrum
In vulnus cecidere manus. Iacet aequore nomen
Clarum

319. pro *tunc* in veteri editione N. Heinſius legebat *cunta*. Vnde iam Drakenb. coniiciebat *cuncta*, quod etiam edidit Lefeb. 326. pro *adiutum* in Putean. *admiſſum*, in ed. Mediol. *adiunctum*. Deinde *protulit* vulg.

poeta. Sed ſaepius in Silio et caeteris huius aetatis poetis, ornandi epicis coloribus et imitandi libido, rerum iudicium tollit. In ipſa comparatione praeivit Virgilius Aen. X, 454. quamvis in re et conſilio diſſimili. vid. ibi Heyn. et Cerda. Virgil. *ſpeculam altam*, h. verticem montis, extulit. Silius, dum *opacam* dixit, videtur magis de ſylva in monte cogitaſſe. — 315. *ſparſa arena*. Nota imago ferocientis bovis, in qua iam praeiverat Virgil. A. XII, 106. *ſparſa ad pugnam proludit arena*, ubi v. Heyn. et cf. omnino Plin. H. N. VIII, 44. — 317. cum ſarcaſmo acerbo, ut paſſim heroes Homerici faciunt, elata vox. Mox *tegmina aeriſque moras* exquiſite de clipeo aereo, quatenus ictus morari et retinere ſolet, ad exemplum Virgil. A. X, 485. et XI, 541. *nec miſero clipei mora profuit aerei*. cf. Valer. Fl. VI, 97. et ibi interpp.

322-24. v. ad lib. I, 438. de Durio ab Hannibale interfecto. — 325. *doloris adi. niſu*, ictum fortius impreſſum, dolore et ira vires intendente. v. lib. II, 123. IV, 291. et interpp. ad Valer. Fl. II, 528. — 328. *aequore Maeonio*, campo Etruſco. cf. lib. IV, 720.
Graviter

Clarum Maeonio, atque Italae pars magnae ruinae
Appius: intremuere lacus, corpusque refugit
Contractis Thrasymenus aquis: telum ore cruento
Exspirans premit, atque admorsae immurmurat hastae.
Nec fati melior Mamercus corpore toto
Exsolvit poenas, nulli non saucius hosti.
Namque per adversos, qua Lusitana ciebat
Pugnas dira manus, raptum cum sanguine caesi
Signiferi magna vexillum mole ferebat,
Et trepida infelix revocabat signa suorum.
Sed furiata cohors, ausisque accensa superbis,
Quodcunque ipsa manu gestabat missile, quidquid
Praebebat tellus, sparsis vix pervia telis,
Iniecit pariter, pluresque in corpore nullo
Invenere locum perfossis ossibus hastae.
Advolat interea fraterni vulneris ira

330. pro *corpusque* Lefeb. ed. *tortusque*. 336. pro vulg. *caesi* quod etiam in Cod. Colon. legitur, Putean. Oxon. et priscae editiones *teli*, quod signiferi nomen esse nonnulli statuerunt. 341. Barthius quoniam in prisco codice *pervid* scriptum inveniebat, *pervida* coniecit, pro *pervia*. 343. Hunc versum ex Colon. Modius emendavit, pro quo vulgati *Unius haeserunt Romani militis hastae*, qui versus a caeteris scriptis et vetustis editt. abest. Habuit eum primum edit. Basil. et postea Colin. ac Dausquei. — Drakenborchius etiam probabat lectionem librorum scriptorum *in corpore nullum invenere locum*, ut sensus esset, tot tela in corpore Mamerci stetisse, ut pluribus locus non fuerit.

Graviter etiam Appius dicitur *Italae ruinae pars magna*, ut insignis heros, quo non fortior alius ex Romanis hac pugna cecidit. Ita Virgil. A. X, 427. *Lausus pars ingens belli*, et Orodes vers. 707. — 330. terrorem, qui ad milites propius pertinebat, poetico phantasmate ad lacum Thrasymenum transfert, exemplo Virgilii A. XI, 405. ubi vid. not. Heyn. In versu sequenti funesta imago est cum morte luctantis, et inter tormenta naturae extrema exspirantis. cf. v. 454.

333. seqq. *nec fati melior* scil. quam Appius; *corpore toto*, ut pleno vulnerum, quod intelligitur e verss. 340-43. — *exsolvit poenas*, sc. caesi signiferi, et rapti e manibus eius vexilli, v. 337. — Ad vers. 343. v. V. L.

344. seqq. Hannibal Magonem ab Appio vulneratum in castra seducit, traditque Synhalo

Turbatus Libyae ductor, viſoque cruore,
Num lateri cuſpis, num toto pondere telum
Sediſſet, fratremque amens ſocioſque rogabat.
Vtque metum leti procul, et leviora pavore
Cognovit, proprio tectum geſtamine praeceps
Ex acie rapit, et tutis a turbine pugnae
Conſtituit caſtris. Medicas hinc ocius artes,
Et ſenioris opem Synhali vocat: ungere vulnus
Herbarum hic ſuccis, ferrumque e corpore cantu
Exigere, et ſomnum tacto miſiſſe chelydro,
Anteibat cunctos, nomenque erat inde per urbes
Perque Paraetoniae celebratum litora Syrtis.
Ipſe olim antiquo primum Garamanticus Hammon
Scire pater dederat Synhalo, morſuſque ferarum
Telorumque graves ictus ſedare medendo.
Atque is deinde ſuo moriens coeleſtia dona
Monſtra-

347. *fremuitque amens* vulg. quod Modius et N. Heinſ. ex libris ſcriptis correxerunt. 354. pro *tacto*, quod Modius, Barthius et N. Heinſ. ex MS. Colon. et Oxon. dederunt, vulgatum erat *toto*. Marſus legebat *torto*, hoc eſt, in ſe replicato. Praeterea *immiſiſſe* coni. Heinſ. 358. *patri* coni. Heinſ. non male. v. nott.

Synhalo curandum. Locus variis digreſſionibus poeticis productus — 347. *amens* ira, et ſollicitudine, ut ſupra *turbatus*. 348 ut cognovit vulnus non lethale ſed leve nec metuendum eſſe. Sententiam duris verborum formulis expreſſam agnoſces. — 349. *geſtamine*, φορήματι, clipeo, ut paſſim. cf. Virgil. A. III, 286. — 352 Synhalus arte medica et magica excellens deſcribitur. Ergo *ungere* — *anteibat cunctos*, iungi debent. — *cantu exigere*, extrahere telum incantatione, ἐπαοιδῇ ut ap. Homer. Odyſſ. τ, 456. ſanguis in vulnere ſiſtitur. — De chelydris tactu ſopitis vid. ad lib. I, 411.

357. ſeqq. A maioribus acceptam artem Synhalus ſtudio excoluerat. Secutus eſt poeta in his veſtigia Homeri Il. δ, 218. 19. et λ, 830. Sed relicta huius ſimplicitate, verbis locum ſuum ornavit, ut ſolet. — *Hammon pater*, nomine honoris, ut genitor, et parens ſaepe Iupiter dicitur. Nam verſ. 365 eundem *comitem Hammonis* vocat. *antiquo*, proavo. — 360. *coeleſtia dona*, artem medendi ab Hammone acceptam, *monſtravit*, docuit. Mox

Monſtravit nato, natuſque heredis honori
Tramiſit patrias artes: quem deinde ſecutus
Haud levior fama Synhalus Garamantica ſollers
Monſtrata augebat ſtudio, multaque vetuſtum
Hammonis comitem numerabat imagine patrem.
Tum, proavita ferens leni medicamina dextra,
Ocius, intortos de more adſtrictus amictus,
Mulcebat lympha purgatum ſanguine vulnus.
At Mago, exuvias ſecum caeſique volutans
Hoſtis mente necem, fraternas pectore curas
Pellebat dictis, et caſum laude levabat:
Parce metu, germane. Meis medicamina nulla
Adverſis maiora feres: iacet Appius haſta
Ad manes pulſus noſtra. Si vita relinquat,
Sat nobis actum eſt; ſequar hoſtem laetus ad umbras.
Quae dum turbatos avertunt aequore campi

361. *monſtrarat* vulg. et ſic Lefeb. 363. *haud levior forma* Oxon. Putean. et ed. Rom. eodem modo ed. Mediol. 376. Totus hic locus in edit. Pariſ. 1512. Marſi, neſcio quo vitio, usque ad verſ. 422. translatus eſt in lib. VI, 96 141. et hic vice verſa in hunc librum quintum transpoſitus. Miror hanc translationem a nullo notatam.

Mox *Garamantica monſtrata*, duriori formula, effert, eandem diſciplinam. — *heredis honori tr.* paulo difficiliori brevitate dixit, pro, ad heredem transtulit, qui inde honorem et gloriam conſecuturus eſſet. — 364. *multa imagine numerabat patrem*, inde ab illo proavo vetuſto, multas imagines, hoc eſt, multos avos et maiores numerabat. De imaginibus vid. Plin. H. N. XXXV, 1. et Polyb. VI. ſ. f. — 367. *intortos — amictus*, veſte ad corpus adſtricta indutus more medicorum. Profecit Silius a Virgil. A. XII, 400. de Iapi medico: *ille retorto Paeonium in morem ſenior ſuccinctus amictu* etc.

373. *nulla maiora feres* h. ſumma mihi medicina et ſummum ſolatium eſt in nece hoſtis; ut mox dicit, *iacet Appius* etc.

376. ſeqq. Locus, ut iam Drakenborch. notavit, expreſſus e Virgil. A. XII, 324. ſqq. ubi Turnus, Aenea ſaucio atque ex acie ſecedente, eandem, quam hic Conſul, ſpem victoriae

Ductores, valloque tenent: ex agmine Poenum
Cedentem Consul tumulo speculatus ab alto,
Atque atram belli castris se condere nubem,
Turbidus extemplo trepidantes milite maesto
Invadit cuneos, subitoque pavore relaxat
Iam rarescentes acies: tum voce feroci
Poscit equum, ac mediae ruit in certamina vallis.
Sic ubi torrentem crepitanti grandine nimbum
Illidit terris, molitus Iupiter altas
Fulmine nunc Alpes, nunc mixta Ceraunia coelo,
Intre-

380. *milite lecto* coni. N. Heins. ut sensus sit, Flaminium assumtis militibus electis, de quorum virtute non dubitabat, hostes invasisse. De lectionis vulgatae sensu vid. nott. Drakenborchius putabat forte olim scriptum fuisse *milite molto*, unde facili lapsu fiat *moesto*. 385. P. Burmannus locum ita legendum et interpungendum censebat: *molitus Iupiter alto Fulmina, nunc Alpes, nunc mixta Ceraunia coelo Intonuere: simul tellus, et pontus, et aether*, etc. Ita edidit Lefeb.

riae concipit. — *vallo*, in castris. v. vers. 351. — 379. *atram nubem belli*, νέφος πολεμοῖο, copias hostiles dicit ad castra regressos. cf. Virgil. A. XI, 809. — 380. *trepidantes m. maesto.* Haec iunge, ut intelligatur miles Hannibalis *moestus* h. sollicitus et trepidus ob ducis absentiam, et metu hostium irrumpentium. Qui militem Romanum moestum ob caedem Appii intelligunt, vix eum sensum probaverint. Vero enim similius est, in militibus Romanis alacritatem et audaciam pugnandi nunc maiorem fuisse, cum Hannibalem e pugna decessisse cognovissent. cf. verss. 390. 91. — 383. *poscit equum*, plane ut Turnus ap. Virgilium l. c. — *vallis*, inter colles et Thrasymenum lacum interiacentis.

384. seqq. Comparationem mutuatam e Virg. Georg. I, 328. sqq. iam Burmannus notaverat. — *Moliri fulmine Alpes* nunc est, scindere, evertere. Sic Virgilio Georg. I, 494. agricola *terram molitur aratro.* Sic Livius XL, 29. *cultores agri altius moliuntur terram.* Nempe *moliri* proprie est movere, ut Virgil. A. XII, 327. *manibus molitur habenas.* Silius supr. lib. I, 645. *moliri populos.* Ovid Met. II, 135. *moliri currum per aethera*, de Phaethonte. Infra lib. XIII, 48. Diomedes *molitur* custodes *dextra* h. caedit, interficit. Ergo non necesse erat, ut Burmannus Silianam illam formulam mutandam censeret ad
modum

Intremuere ſimul tellus, et pontus, et aether;
Ipſaque commoto quatiuntur Tartara mundo.
Incidit attonitis inopino turbine Poenis
Haud ſecus improviſa lues, geliduſque ſub oſſa
Pervaſit miſeris conſpecti Conſulis horror.
It medius, ferroque ruens denſiſſima latum
Pandit iter. Clamor vario diſcrimine vocum
Fert belli rabiem ad Superos, et ſidera pulſat.
Ceu pater Oceanus cum ſaeva Tethye Calpen
Herculeam ferit, atque exeſa in viſcera montis
Contortum pelagus latrantibus ingerit undis.
Dant gemitum ſcopuli, fractaſque in rupibus undas
Audit Tarteſſos latis diſtermina terris:
Audit non parvo diviſus gurgite Lixus.
Ante omnes iaculo tacitas fallente per auras

391. *conſpectus* vulg. *conſpectu* coniiciebat Daviſius ad Cic. Tuſc. 3, 22. Sed libri ſcripti et priſcae editiones conſtanter habent *conſpecti*. 395. *cum ſaeva Tethye* N. Heinſ. emendavit ex Colon. Cod. in quo ſcribebatur *cum ſaeva cethye*. In caeteris vitioſe illa ſcripta erant, ut in Putean. *ſaevo ſub aethere*, in Oxon. *ſaevae cetre*. 396. *exeſi* coni. N. Heinſ.

modum Virgilii, apud quem *Ipſe pater corruſca fulmina molitur*, v. V. L. — *Ceraunia mixta coelo*, quae Virgil. *alta* dixit, ἀκροκεραύνια.

392. *ruens denſiſſima*, diruens, proſternens denſiſſimos hoſtium globos, bene Cellarius. — 393. 94. clamor utrinque bellicus oritur. Haec poetice enunciantur; et ſequens comparatio tota ad atrocitatem iſtius clamoris deſignandam facta, obviis poetarum exemplis. — De *Calpe Herculea* v. lib. I, 140. — *contortum ingerit*, cum impetu protrudit, propellit. *Latrantes undae* ſaepe in tali re occurrunt, ut Virg. A. VII, 588. et ſupr. lib. III, 471. — 399. *Audit Tarteſſos* etc. Hoc phantaſma, ubi ſonitus magnitudo deſignanda eſt, paſſim poetae variant. v. interpp. ad Valer. Fl. II, 620. ſqq. De *Tarteſſo* v. ſupr. ad lib. III, 399. *Lixus* urbs Africae ad Oceanum occid. Eam dicit *diviſam*, diſiunctam a Tarteſſo *non parvo gurgite*, toto freto Herculeo, quod Hiſpaniam occid. ab Africa dirimit.

401. ſeqq. Bogus occumbit. De iſto redi ad lib. IV, 131. — *iaculo fallente*, incautum feriente, et ictu inopinato. Color eſt Virgil. A. X, 754. et

Occumbit Bogus, infauſtum qui primus ad amnem
Ticini rapidam in Rutulos contorſerat haſtam.
Ille ſibi longam Clotho turbamque nepotum
Crediderat, vanis deceptus in alite ſignis.
Sed non augurio Parcarum impellere metas
Conceſſum cuiquam. Ruit inter tela cruentis
Suſpiciens oculis coelum, Superoſque repoſcit
Tempora promiſſae media iam morte ſenectae.
Nec Pagaſo exſultare datum, atque impune relictum
Conſulis ante oculos vita ſpoliaſſe Libonem.
Laurigeris decus illud avis navaque iuventa
Florebat: ſed Maſſylus ſucciderat enſis
Pubeſcente caput mala, properoque virentes
Delerat leto bellator barbarus annos.
Flaminium imploraſſe tamen iam morte ſuprema
Haud fruſtra fuit: avulſa eſt nam protinus hoſti
Ore ſimul cervix; iuvit punire feroci
Victorem exemplo, et monſtratum reddere letum.

Quis

406. pro *metas* N. Heinſ. coni. *telas*. 410. *datur, ne impune* vulg. et ſic Lefeb. Colon. *Nec Pagaſo exſultare, daturve impune relictum*. Vnde N. Heinſ. locum emendavit eo modo quo Drakenb. edidit. 412. *vanaque iuventa* vulg. *navaque* ex Colon. 416. pro *morte* N. Heinſ. coni. *voce*. 417. *avulſa eſt iam* Colon.

et IX, 572. — 404. *longam Clotho*, audaci brevitate dicit, vitae terminos prolongantem, filumque longius producentem, novo attributo Parcarum, quarum *metas* mox variata ſententia eodem ſenſu commemorat. Sed *impellere metas* eſt turbare, mutare terminum fato conſtitutum.

410-20. Pagaſus a Flaminio conſule caeſus. *exſultare*, gaudere hoſte interfecto, χαυριᾶν. In nomine *Libonis* alludit ad nobilem Libonum familiam. Ergo *laurigeros avos* tribuit, hoc eſt, bello et triumphis claros. Certe Deus apud Ovidium Met. I, 560. laurum allocutus: *Tu ducibus*, ait, *Latiis aderis, cum laeta triumphum vox canit.* cf. Propert. lib. IV. Eleg. 12. — Sed animadverte, quantopere luxurietur poeta in hominis iuventute notanda, *nava iuventa*, et *pubeſcente mala*, et *virentes annos*. — 419. *feroci exemplo punire*,

Quis Deus, o Musae, paribus tot funera verbis
Evolvat? tantisque umbris in carmine digna
Quis lamenta ferat? certantes laude cadendi
Primaevos iuvenes, mortisque in limine cruda
Facta virûm, et fixis rabiem sub pectore telis?
Sternitur alternus vastis concursibus hostis:
Nec spoliare vacat, praedaeque advertere mentem.
Vrget amor caedum, clausis dum detinet hostem
Fraternum castris vulnus: funditque, ruitque
Nunc iaculis, nunc ense: modo inter millia Consul
Bellantum conspectus equo; modo Marte feroci
Ante aquilas et signa pedes. Fluit impia rivis
Sanguineis vallis: tumulique et concava saxa
Armorum sonitus flatusque imitantur equorum.
Miscebat campum, membrorum in proelia portans

 Celsius

424. *sub pectora* ed. Lefeb. *intima* vel *invia*.

431. pro *impia* N. Heins. coni.

punire, h. crudeli morte, avulsa nimirum cervice. Nisi mavis iungi *victorem feroci exemplo* pro simplici, ferocem, saevum, quasi dicas exemplar victoris ferocis. v. infr. ad lib. VI, 462. Certe is modus loquendi etiam Virgilio usurpatus, ut *stipites robore duro*, pro duris, robustis. Aen. XI, 843. — *monstratum reddere letum*, arguta sententia, pro vulgari, eodem mortis genere conficere, quo ille Libonem confecerat.

420. Color orationis e Virgilii Aen. II, 361. inprimis ductus. v. ibi Cerda. — 422-24. triplici variatione, quae poetae luxuries est, cadentium virorum virtutem notat. *cruda facta*, animosa, fortia, quam mox *rabiem* dicit. v. ad vers. 225. et lib. IV, 35. — 425. *vastis concursibus*, h. turbatis agminibus, et sine ordine pugnantibus. Videtur expressisse haec Liviana: (XXII, 5.) „Nova de integro pugna exorta est, non illa ordinata per principes hastatosque etc. Fors conglobat, et animus suus cuique ante et post pugnandi ordinem dabat, etc.“ — 431. *impia vallis*, forte quia gentilem Romanorum sanguinem bibit. Ita Drakenb. et cf. supr. vers. 250. — 433. *flatus* hinnitus, ut Virgil. A. XI, 911.

434. seqq. Nova scena. Othrys, atrox et gigantis instar, a Flaminio caeditur. Nomen viro haud dubie ex Othry monte

Celſius humano robur, viſaque paventes
Mole gigantei vertebat corporis alas
Othrys Marmarides: lati ſuper agmen utrumque
Ingens tollebant humeri caput; hirtaque torvae
Frontis caeſaries, et crinibus aemula barba
Vmbrabat rictus: ſqualore huic hiſpida diro
Et villoſa feris horrebant pectora ſaetis.
Aſpirare viro, propioremque addere Martem
Haud auſum cuiquam. Laxo ceu belua campo
Inceſſebatur tutis ex agmine telis.
Tandem, veſanos palantum in terga ferenti
Cum fremitu vultus, tacita per nubila penna
Intravit torvum Gortynia lumen arundo,
Avertitque virum. Fugientis ad agmina Conſul
Intorquet tergo iaculum, quod tegmine nudas
Irrupit coſtas, hirtoque a pectore primum
Mucro-

442. locum ex Colon. reſtituit Modius, cum in vulgatis eſſet *propioremque addere mortem Haud viſum cuiquam.* Cum Colon. conſentiebat Oxonius Barthii et tres ſcripti N. Heinſ. 450. *irrumpit* Lefeb. *hirtoque e pectore* coni. N. Heinſ.

monte affictum, quia ut gigas deſcribitur. cf. lib. III, 495. Ita et Mimas gigantis et montis nomine uſurpatur. v. ad lib. IV, 278. — *Miſcebat c.* turbas dabat in campo, ut Mezentium *miſcentem agmina* dixit Virgil. A VII, 721. ubi vid. Heyn. — Sequitur operoſa et luxurians verbis deſcriptio hominis illius ſemiferi, cuius colores paſſim Virgilio ſurreptos ſentient, quicunque ſunt illius lectione imbuti. Ita verſ. 441. *villoſa pectora* manifeſte ex Caci imagine transtulit ap Virgil. A. VIII, 266. — Verſſ. 442-44. variati ex Virg. A. X, 712. 13. ubi de Mezentio cum apro furente comparato ſermo eſt. Hinc Silius *belluam* induxit. — 445-48. Oculo ſagitta percuſſo Othrys fugam capeſſit. Sed expende verborum ambages. *Tacitam pennam* harundinis dicit, quatenus inopinato et eminus emiſſa eſt. cf. verſ. 401. — *avertit*, in fugam vertit. — 448-56. caedis genus et ruinam Othrys poetico ornatu fere ad miraculum exaggerat poeta. — *naſci ferrum cernit,* audacter pro, eminere cuſpidem e pectore. Simile exemplum mucronis e tergo proſpicien-

Mucronem oſtendit. Rapidus convellere tentat,
Qua naſci ferrum fulgenti cuſpide cernit;
Donec, abundanter defuſo ſanguine, late
Procubuit moriens, et telum vulnere preſſit.
Spiritus exundans vicinum pulvere moto
Perflavit campum, et nubem diſperſit in auras.
Nec minor interea tumulis ſilviſque fremebat
Diverſis Mavors, variaque per ardua pugna
Et ſaxa et dumi rorantes caede nitebant.
Exitium trepidis letique et ſtragis acerbae
Cauſa Sychaeus erat: Murranum ille eminus haſta
Perculerat; quo non alius, cum bella ſilerent,
Dulcius Oeagrios pulſabat pectine nervos.
Occubuit ſilva in magna, patrioſque ſub ipſo
Quaeſivit montes leto, ac felicia Baccho
Aequana, et Zephyro Surrentum molle ſalubri.
Addiderat miſero comitem, pugnaeque ferocis
Gaudebat triſti victor novitate Sychaeus.

Palan-

451. *rabidus* coni. id. 454. *telum pondere preſſit* Lefeb. audaciſſima coniectura edidit, quaſi ea lectio ſola vera eſſe poſſit. Neque locus Lucani III, 725. huc ullo modo pertinet. v. not, *in vulnere* coni. N. Heinſ. 458. *Diverſus Mavors* cum vulg. Lefeb. *diverſis* N. Heinſ. ex ſcriptis poſuit. Idem mox pro *nitebant* coni. *tepebant*.

ſpicientis v. ſup. lib. II, 117. ſeqq. — 454. *vulnere preſſit*, poetice pro vulg. corpore vulnerato. v. V. L.

457-59. Non minus acriter in collibus et ſilvis pugnatum eſt. Duplici modo variatam verbis ſententiam effert, et hoc veluti thema quoddam proponit, cuius varias partes, hoc eſt, caedes in illis locis factas, ornatu epico adhibito, enarrat. — 461. De *Sychaeo* v. ſup. lib. III, 245. — 463. *Oeagrios nervos*, lyram, ab Oeagro Orphei patre. v. Apollon. I, 25. — 465. Murranus moriturus *quaeſivit*, deſideravit *patrios montes*, nempe *Aequana* iuga, iuxta Surrentum Campaniae urbem ſita. — 467. *add. comitem*, poſt Murranum interfecerat Tauranum, de quo mox. In illa formula praeiverat iam Virgil Aen. XII, 362. — 468. *gaudebat triſti novitate pugnae*, h. cae-

Palantes nam dum sequitur, pervaserat altam
In silvam, et priscae reclinis ab ictibus ulmi
Terga tuebatur trunco, frustraque relictos
Tauranus comites suprema voce ciebat.
Transegit iuvenem, ac perfossis incita membris
Haesit in opposito cuspis Sidonia ligno.
Quid vobis? Quaenam ira Deûm, vel mente sinistra
Quae sedit formido, viri? qui, Marte relicto,
Ramorum quaesistis opem. Non aequus in artis
Nimirum rebus suasor metus. Arguit asper
Exitus eventu pravi consulta timoris.
Arnosa excelsos tendebat in aethera ramos
Aesculus, umbrosum magnas super ardua silvas
Nubibus insertans altis caput, instar (aperto
Si staret campo) nemoris, lateque tenebat
Fron-

483. *tegebat* coni. N. Heins.

h. caede Taurani hactenus inaudita et nova, quae usque ad vers. 475. describitur. At in hoc caedis genere ne poeta quidem inventionis laudem tueri potest. Nam eodem modo Cadmus serpentem interfecerat ap. Ovid. Met. III, 91. *dum retro quercus eunti obstitit, fixa est pariter cum robore cervix.*

475. seqq. Proludit poeta funestae scenae, quam milites in arboribus refugium quaerentes, et ibi ab hostibus misere perditi aperiunt. In promtu est Silium haec finxisse, ut rerum aliqua varietate lectorem teneret. Livius enim nihil simile annotaverat, nisi hoc: fugisse milites (inprimis caeso Consule) per montes et lacus et saltus. Iam nil potest esse absurdius, quam milites fingere in arboris ramis refugium ab insequentibus hostibus quaerentes. Ergo callide egit poeta, ut quodam veluti prologo hanc scenam, quae tam varios ornatus admittebat, utcunque excusaret. Formidini omnia tribuit. *Metus in artis rebus*, in summo vitae periculo, *non aequus suasor est*, docet homines ea etiam facere, quae cum decore et virtute pugnant. cf. inf. vers. 490. 91. — *asper eventu exitus*, dura formula, pro, tristis eventus.

480-88. Mira luxuries est, qua aesculi, et quercus patulae

Frondoſi nigra tellurem roboris umbra.
Par iuxta quercus, longum molita per aevum
Vertice canenti proferre ſub aſtra cacumen,
Diffuſas patulo laxabat ſtipite frondes,
Vmbrabatque coma ſummi faſtigia montis.
Huc Hennaea cohors, Triquetris quam miſerat oris
Rex, Arethuſa, tuus, defendere neſcia morti
Dedecus, et mentem nimio mutata pavore,
Certatim ſeſe tulit, aſcendenſque viciſſim
Preſſit nutantes incerto pondere ramos.
Moxque alius ſuper atque alius conſiſtere tuto
Dum certant, pars excuſſi: (nam fragmine putri
Ramo-

484. *nigram tellurem* vulg. *nigra* Colon.

tulae altaeque imaginem abſolvit poeta. Neque tamen ipſa varietas colorum arte caret. Forte Ovidius in ſimili re brevitatem adfectavit Met. VIII, 743. *Stabat in his ingens annoſo robore quercus. Vna nemus.* Aeſculi altitudinem quanta gravitate deſcripſit Virgil. Georg. II, 291. v. ibi Serv. Caeterum colores ſimiles altitudinis notandae paſſim obvii ſunt apud poetas, qui in hoc genere maxime luxuriari ſolent. In hoc uno loco ſex variationes obſervo. v. ſup. lib. I, 202-204. — 485 *molita proferre cacumen,* exquiſita formula, de quercu alte excreſcente. — *laxabat* pro vulg. habebat.

489. ſeqq. Siculos milites deſignat poeta tribus modis, dum *cohortem Hennaeam*, ex *oris Triquetris*, h. Siculis, et a rege *Arethuſae* miſſam dicit, De *Henna* urbe Sic. v. ſup. lib. I, 214. De fonte Areth. v. interpp. ad Ovid. V, 409. et Cicer. Verr. IV, 53. — Hieronem regem, ut ſocium pop. Rom. multis copiis in hoc bello Punico Romanos adiuviſſe, notum eſt ex hiſtoria. Sed primum ad Cannas eum miſiſſe ſagittarios et funditores, Livius tradidit lib. XXII, 37. cf. infr. lib. VIII, 615. Ergo in hac ad Thraſymenum pugna Silius, ut poeta, Siculas copias de ſuo addidit, et haud dubie, opinor, hac de cauſa, ut ab iſta ignavia et formidine, quam ipſe in hoc loco damnat, Romanos liberos praeſtaret. — 490. *defendere m. dedecus.* Bene Marſus, repellere infamiam, et potius mori quam turpiter fugere. Contulit locum Virgil. Ecl. VII, 47. *defendere ſolſtitium pecori.* v. inf. lib. IX,

Ramorum et senio male fida fefellerat arbor)
Pars trepidi celso inter tela cacumine pendent.
  Turbatos una properans consumere peste
Corripit aeratam iam dudum in bella bipennem,
Deposito clypeo mutatus tela, Sychaeus.
Incumbunt sociae dextrae, magnoque fragore
Pulsa gemit, crebris succumbens ictibus, arbos.
Fluctuat infelix concusso stipite turba:
Ceu Zephyrus quatit antiquos ubi flamine lucos,
Fronde super tremuli vix tota cacuminis haerens
Iactatur, nido pariter nutante, volucris.
Procubuit tandem multa devicta securi
Suffugium infelix miseris et inhospita quercus,

Elisit-

498. pro *ima peste* vulg. quod Marsus tuetur, explicans, arbore ab imo excisa, Modius ex Colon. reposuit *una*, quod et editt. Parmens. et Mediol. exhibebant. 499. *in colla* vulg. Vnde Gronov. Obs. I, 13. coniiciebat legendum, *elatam iam dudum in colla bipennem*. Rationi poeticae aptior est vulgata lectio. vid. nott. 506. Modius ex Colon. versum emendavit. In vulgatis erat, *luctatur, nido pariter luctante*. In Oxon. *nido nutante*.

IX, 369. et VII, 170. — 495. *fragmine putri ramorum*, ramis ex putredine et vetustate fractis. *Fallere* arbor, ratione poetica dicitur, dum id non praestat, quod volumus, vel expectamus. — 498. *una peste*, veluti uno ictu omnibus coniunctim mortem adferente, excisa et eversa quercu. — 499. *aeratam in bella*, olim in usus belli praeparatam, Dausqueius exposuit. Simplicius est dicere, omnem formulam instar epitheti ornantis elatam, pro bipenni bellica. In Virgilio merum epitheton est *aerata securis* Aen. XI, 656. — 501. *incumbunt* pro vulg. accedunt, iunctis viribus, ut Virgil. A. V, 15. *incumbere remis*. cf. Aen. IX, 73. — *Sociae dextrae* caeterorum militum manus arbori admoventium. — 503. *turba* militum in arboris ramis haerentium. — 504. Imago ad naturam absoluta. Sed nonnulla argute et frigide elata sentio, ut cum volucris dicitur *vix tota haerens*, dum nutat et fluctuat, pedibus ambobus aegre consistens. Deinde quis dubitet, ubi tota arbor nutat, etiam *nidum pariter nutasse?* — Ad verss. 507-509. cf. similes ornatus Virgil. Aen. II, 630. seqq.

Eliſitque virûm ſpatioſa membra ruina.
 Inde aliae cladum facies. Contermina caedis
Collucet, rapidoque involvitur aeſculus igni.
Iamque inter frondes, arenti robore gliſcens
Verticibus ſaevis, torquet Vulcanus anhelos
Cum fervore globos flammarum, et culmina torret.
Nec tela interea ceſſant. Semuſta gementum,
Atque amplexa cadunt ardentes corpora ramos.
Haec inter miſeranda virûm certamina Conſul
Ecce aderat, volvens iram exitiumque Sychaeo.
At iuvenis dubio tantae diſcrimine pugnae
Occupat eventum telo tentare priorem;
Cui medio leviter clypeo ſtetit aeris in ora
Cuſpis, et oppoſitas vetita eſt tramittere crates.
Sed non et Conſul miſſo concredere telo
Fortunam optatae caedis parat, ac latus enſe

Hau-

509. Ex Colon. emendatus verſus, pro vulg. *eliſitque viros ſpatioſa magna ruina*. Oxon. et Putean. *virûm magna*. 510 *contermina caedi* olim virum aliquem doctum conieciſſe Drakenb. narrat. Sic ergo edidit Lefeb. — *taedis* coniiciebat N. Heinſ. Miror neminem *caeſis* ſuſpicatum. 514. *lumina torret* ſcripti duo Heinſ. cum editt. Rom. Parm. et Mediol. *robora* Veneta. 519. *ſubito diſcr.* vulg. primum a Marſo editum. 524. *at latus* Lefeb.

510. ſeqq. Aeſculus ardet, *contermina caedis*, vicina quercui illi, ubi fuit ruina Siculorum. In coloribus poeticis exemplum habuit Virgilii Aen. XII, 672. Georg. I, 473. II, 305. ſeqq.

517-29. Sichaeus tandem a Flaminio Conſ occiditur. — *volvens* ſcil. mente, hoc eſt meditans, parans, ut ſupr. 369. *volutans mente;* ſeu abſolute pro vulg. inferens. — 520. Sichaeus *occupat eventum priorem telo tentare*, h. prior telum Conſuli immittere tentat, Φθάνει πλήξας gr. — 522. *vetita eſt*, non valuit crates aereas penetrare, ſed *leviter ſtetit*, haeſit in ſuperficie clipei. — 523. Conſuli non placet telum Sichaeo immittere, ſed *latus* eius *enſe haurit*, tranſigit. perforat. Formula eſt Virgiliana. cf. Aen. II, 600. X, 314. ubi Heyn. confert gr. ἀφύσσειν ex Il. ξ, 517. Apud Ovid. Met. VIII, 371. aper *roſtro femur hauſit adunco.* v. ad lib.

Haurit; nec crudae tardarunt tegmina parmae.
Labitur infelix, atque appetit ore cruento
Tellurem exſpirans. Tum, diffundente per artus
Frigore ſe Stygio, manantem in viſcera mortem
Accipit, et longo componit lumina ſomno.
Atque ea dum variis permixtus triſtia Mavors
Caſibus alternat, iam caſtris Mago relictis,
Iam Libyae ductor properantia ſigna citato
Raptabant curſu, et ceſſata reponere avebant
Tempora caede virûm, ac multo penſare cruore.
It globus intorquens nigranti turbine nubem
Pulveris, et ſurgit ſublatis campus arenis:
Quaque ferens greſſum flectit veſtigia ductor,
Vndanti circum tempeſtas acta procella
Volvitur, atque altos operit caligine montes.
Occubuere femur Fontanus, Buta canorum
Trans-

526. *oppetit* vulg. et ſic Lefeb. *appetit* ex Colon. et Putean. N. Heinſ. 540. *femur* ex Colon. Modius repoſuit, Barthio et Heinſio ex ſuis Codd. probantibus. Sic et priſcae editt. Vulgatum erat *ſimul*, quod primus Nicander in Iunt. ediderat, et poſt eum alii ſecuti. *Buta* Colon. Alii *Bucca*, *Buca*, *Butta*, *Bura*.

lib. V, 126. nott. Gierig. — 526. *appetit* pro ſimpl. petit. Eſt verſus Virgilii Aen. X, 849. *terram hoſtilem moriens petit ore cruento.* v. ibi Heyn. in V. L. Imago cadentis ſaepe uſurpata inde ab Homero caeteris poetis, e quibus multa exempla congeſſit Drakenb. E Silio cf. lib. IX, 383. XVII, 268. Exſpirantis peculiaris imago additur verſſ. 527-29. coloribus paſſim obviis. cf. Virg. A. X, 745. — *manantem in viſcera mortem* dixit haud dubie exemplo Virgil. Cir. 182. *tabidulamque videt labi per viſcera mortem.*

530. ſeqq. Hannibal et Mago pugnam inſtaurant. *Ceſſata tempora*, tempus quod hactenus vulneris cauſa in caſtris perdiderant, *reponere*, reſtituere, reſarcire *avebant*, quod mox *penſare* dicit. — 538. *nubem pulveris*, νέφος κονίης Homer. Nota imago agminis procedentis, in qua nunc Silius mire luxuriatur cf. Virgil. A. IX, 34. et XII, 444. Tumidius autem dicit *ſurgere campum* de pulvere e terra ſe e.i-

Transfixi guttur, pressoque e vulnere cuspis
Prospexit terga. Hunc tristes luxere Fregellae
Multiplicem proavis, hunc mater Anagnia flevit.
Haud dispar fortuna tibi, Laevine; sed auso
Non eadem: neque enim Tyrio concurrere regi
Tentas, sed lectus par ad certamen Ithemon;
(Autololum moderator erat) quem poplite caeso
Dum spolias, gravis immiti cum turbine costas
Fraxinus irrupit, collapsaque membra sub ictu
Hoste superfuso subita cecidere ruina.
Nec Sidicina cohors desit. Viridasius armat
Mille viros, nulli victus vel ponere castra,
Vel iunxisse ratem, duroque resolvere muros
Ariete, et in turrim subitos immittere pontes.
Quem

542. *luxere* ex Colon. et Oxon. pro vulg. *misere.* 546. *lectu* — *Ithemon Autololum moderator erat*, coniunctim edidit Lefeb. 552. *nulli melius* vulg. quod Modius ex Colon. correxit *nulli victus.*

erigente. — 541. *presso*, altius impresso. — *prospicit terga.* v sup. lib. II, 120. — 542. *hunc luxere.* Passim talia addere solent poetae, quibus patriam mortui significent. cf Virg A VII, 759 Valer Fl. IV. 374. Haec ex multis sufficiant in re notissima.

544-50. *Haud dispar fort.* h. simili morte occumbebas, qua Fontanus et Buta, sed *auso non eadem*, non simili cum periculo, quia cum Hannibale congredi non ausus es. 540. *par Ithemon* aequalis virtute et viribus. — De *Autololis* v. lib. II, 63. et III, 300 — 547. seqq. Laevinus, dum Ithemonem poplite caeso succumbentem spoliat, hasta percussus concidit super hostem. *Superfuso*, dativo casu, tibi, Laevine, super hostem fuso, vel cadenti, membra collapsa cecidere. Non sine lusu verborum haec dicta sunt pro vulgari, percussus super hostem corruis. v. lib VI, 44.

551-64 Hannibal Viridasium interficit. *Sidicina* e Theano Sidicino, urbe Campaniae, inter Suessam et Aquinum sita. 552. *nulli victus*, summus artifex. Sequuntur laudes Viridasii, Mechanicae bellicae peritissimi. — *iunxisse ratem*, ad pontem navalem. Mox *pontes* improprie de scalis turri adpli-

Quem poſtquam Libyae ductor virtute feroci
Exſultare videt, (namque illi vulnere praeceps
Terga dabat levibus diffiſus Arauricus armis)
Acrius hoc pulchro Mavorte accenſus in iram,
Et dignum ſeſe ratus in certamina ſaevo
Comminus ire viro, referenti e corpore telum
Advolat, et fodiens pectus, Laudande laborum,
Quiſquis es, haud alia decuit te occumbere dextra.
Ad manes leti perfer decus. Itala gentis
Ni tibi origo foret, vita donatus abires.
Hinc Fadum petit et veterem bellare Labicum,
Cui Siculis quondam terris congreſſus Hamilcar
Clarum ſpectato dederat certamine nomen.
Immemor annorum, ſeniumque oblitus, in arma
Ille quidem cruda mente et viridiſſimus irae
Ibat;

560. *referens* edidit Lefeb. ut Hannibal dicatur telum e corpore Araurici fuga elapſi extraxiſſe. Sed vid. nott.

adplicatis, quibus ad moenia adſcendatur. v. Lipſ. Poliorc. II, 4. — 556 *namque illi — terga dabat* h. ab illo (Viridaſio) telo percuſſus Arauricus cum vulnere fugam capeſſit, inſequente eum Viridaſio, qui mox dicitur *e corpore* illius *telum retuliſſe*, h. extraxiſſe. Minus recte interpres Francogallicus hanc ſcenam ſibi informavit, dum ita locum coniectura ſua conſtituit, ut Hannibal dicatur *referens e corpore telum.* Quae ratio ſi valeret, neceſſe erat, ut Arauricus fugiens ſe ad Hannibalem conferret. Sed tum hic non dici poterat *advolaſſe*. v. V L. Immo vero dum Viridaſius Arauricum fugientem adſecutus occupatur telo extrahendo, Hannibal *advolat*, et illius *pectus fodit*. — 561. *laudande laborum.* Recte vidit Marſus, haec non cum ironia, ſed cum vera laude dicta. De formula v. ſup. lib. IV, 260. — *Leti decus*, glorioſam mortem, ut a me, Hannibale, tibi allatam. cf. ſimilem locum Virgil. A. X, 829. 30.

565. ſeqq. *Labici* nomen poetam finxiſſe ex urbe Latii, quam nominat Liv. II, 39. iam Marſus notavit. cf. Heyn. Exc. VIII. ad Virg. Aen. VII, ſ. f. — *veterem bellare*, veteranum, ut qui iam priori bello Punico (*prima pugna* dicitur verſ. 574.) cum Hamilcare pugnaverat. 569. *cruda mente*

Ibat; ſed vani frigentem in Marte ſenectam
Prodebant ictus: ſtipula crepitabat inani
Ignis iners, caſſamque dabat ſine robore flammam.
Quem poſtquam accepit patrio monſtrante ſuperbus
Armigero Poenûm ductor, Certamina primae
Hic lue nunc, inquit, pugnae: te notus Hamilcar
Hac trahit ad manes dextra. Tum librat ab aure
Intorquens iaculum, et verſantem in vulnere ſeſe
Transfigit. Extracta foedavit cuſpide ſanguis
Canitiem, ac longos finivit morte labores.
Nec minus Herminium primis obtruncat in armis,
Aſſuetum, Thraſymene, tuos praedantibus hamis
Exhaurire lacus, patriaeque alimenta ſenectae
Ducere ſuſpenſo per ſtagna iacentia lino.

573. pro *accepit*, Burmannus coni. *aſpexit*. Drakenb. *acceſſit*, vel *agnovit*. 583. *ſtagna iacentia* Colon. *latentia* vulg.

te et v. i. v. ſup. lib. I, 405. — 570. *vani* invalidi, in fractis corporis viribus. In ſequenti comparatione debilis ſenectae cum igne ex ſtipulis orto, quae ut eſt tenuis materia, flammam brevem et imbecillam fundit, imitatus eſt Virgilianum locum Georg. III, 99 de equo ſene, ad Venerem et pugnam inepto. cf. praeterea Aen. V, 395 et pulcerrimum locum VIII, 610. ſeqq. — 573 *patrio monſtr. armigero.* Hic nimirum vultu adhuc noſcebat Labicum ex illa cum Hamilcare pugna. 576. *librat ab aure.* Expreſſit geſtum intorquentis, manu ad aurem elevata, ad augendum impetum, exemplo quidem Virgil. A. IX, 417. cf. Ovid. Met. II, 624. — 577. *verſantem in vuln. ſeſe tranſigit.* Haec Silius inerti imitatione Virgilii extulit, apud quem Eunaeus Aen. XI, 669. *moriens ſuo ſe in vulnere verſat*, convenienter profecto naturae. Ergo interpretatione adiuvandus eſt poeta noſter, ut cogitemus Labicum iaculo tranſactum, deinde ſe in vulnere, ſ. ſanguine ſuo verſantem.

580. *primis in armis*, ut iuvenem, cuius haec prima expeditio bellica erat. v. ſup. ad lib. IV, 167. — 581-83. Piſcatorem deſignat, ſolenni verborum luxurie. — *iacentia* tranquilla, quae notio iam *ſtagnis* ineſt. E multis exemplis a Drakenb. congeſtis cf.

Interea exanimem maesti super arma Sychaeum
Portabant Poeni, corpusque in castra ferebant.
Quos ubi conspexit tristi clamore ruentes
Ductor, praesago percussus pectora luctu,
Quinam, inquit, dolor, o socii, quemve ira Deorum,
Eripuit nobis? Num te, dulcedine laudis
Flagrantem et nimio primi Mavortis amore,
Atra, Sychaee, dies properato funere carpsit?
Vtque dato gemitu lacrimae assensere ferentum,
Et dictus pariter caedis maerentibus auctor;
Cerno, ait, adverso pulchrum sub pectore vulnus
Cuspidis Iliacae. Dignus Carthagine, dignus
Hasdrubale ad manes ibis: nec te optima mater
Dissimilem lugebit avis, Stygiave sub umbra
Degenerem cernens noster vitabit Hamilcar.
At mihi Flaminius, tam maesti causa doloris,
Morte

599. *Sic mihi*, et mox *minuat* ed. Lefeb. Hoc etiam exhibebat cod. Colon.

cf. Lucan. I, 260. et V, 434. 442. v. sup. ad v. 5. dicta.

584. seqq Episodii instar Hannibalem Sichaeo occiso parentantem poeta inducit. — *Super arma,* super clipeo, more militari, cuius multa exempla sunt in Virgilio, ut Aen. X, 505. et 841. e quibus locis varios ornatus huc translatos reperies. — 587. *praesago luctu*, sc militum flentium. Hannibal, qui etiamnum Sichaei funus ignorabat, ex tristi clamore portantium militum magnum aliquod malum praesagiebat. Sic Mezentius ap. Virg. l. c. *agnovit longe gemitum praesaga mali mens.* At quantum in hoc loco Maronis ingenium eminet! Quando pater milites funus cum fletu portantes conspiciens, primum omnium in filii occisi cogitationem incidit, hic profecto est ordo naturae et affectus paterni. Sed cum apud Silium nunc Hannibal, nulla praecipua causa motus, statim Sichaei cadaver praesagit, tum hoc est merum arbitrium poetae, verba magis imitantis, quam sectantis rei naturam. Hinc orta est inepta illa Hannibalis interrogatio. v. 589. sqq. *num te, Sichaee* etc. — 593. *dictus* nominatus a militibus *auctor caedis*, Flaminius. — 594. *pulcrum vulnus*, honestum,

Morte sua minuet luctus. Haec pompa sequetur
Exsequias, seroque emtum volet impia Roma,
Non violasse mei corpus mucrone Sychaei.
  Sic memorans torquet fumantem ex ore vaporem,
Iraque anhelatum proturbat pectore murmur:
Vt multo accensis fervore exuberat undis,
Clausus ubi exusto liquor indignatur aheno.
Tum praeceps ruit in medios, solumque fatigat
Flaminium incessens: nec dicto segnius ille
Bella capessebat, propiorque insurgere Mavors
Coeperat, et campo iunctus iam stabat uterque;
Cum subitus per saxa fragor, motique repente,

 Hor-

603. *Haec memorans* ed. Lefeb. 607. *in medios, solumque* Modius et Barthius ex Colon. et Oxon. dederunt pro vulg. *in medium, coelumque.* Deinde vers. seq. *dicto* omnes libri prisci, pro *dictu*, quod primus Wolf. Basileae edidit, quem Colinaeus et Dausq. secuti sunt.

stum, virtutis documentum. Ita Aeneas Pallantem laudat *non pudendis vulneribus pulsum* Aen. XI, 55. cf. Hom. Il. ν, 288-91. — 600. *haec pompa*, Flaminii funus pompam in exequiis tuis efficiet. — 601. *sero emtum volet*, sero optabit. Formula Virgiliana Aen. X, 503. *Turno tempus erit, magno cum optaverit emtum Intactum Pallanta.* v. inf. lib. X, 287.

905. Animi ira aestuantis cum aqua in olla fervente comparatio e Virgilio reficta Aen. VII, 462-66. Placet moderatio Silii, contractiore ornatu nunc utentis, postquam Virgilius eadem imagine quinque versus expleverat. At in hoc admirabilis colorum varietas nos tenet. Praeterea cf. Hom Il Φ, 362. seqq. de Xantho flammis subiectis ebulliente. — *indignari* exquisite dixit ob murmur illud aquae ex aheno ebullientis.

607. *fatigat incessens*, iterum iterumque exposcit, provocat ad certamen. Vim propriam vocis iam docte exposuit Heyn. ad Virg. VIII, 94. ut sit *fatim agere.* Ergo omnino usurpatur de iis, quae crebro iteramus, cum studio agimus. v. inf. lib. VI, 573. Absolute positum pro fatigat se, accepit interp. Francogall. 609 *propior Mavors*, cum cominus pugnatur, et manus conferuntur. v. vers. 442.

611. seqq. Cum acerrime ad

Horrendum! colles, et ſumma cacumina totis
Intremuere iugis; nutant in vertice ſilvae
Pinifero, fractaeque ruunt ſuper agmina rupes.
Immugit penitus convulſis ima cavernis
Diſſiliens tellus, nec parvos rumpit hiatus:
Atque umbras late Stygias immenſa vorago
Faucibus oſtendit patulis; maneſque profundi
Antiquum expavere diem. Lacus ater, in altos
Sublatus montes et ſede excuſſus avita,
Lavit Tyrrhenas ignota aſpergine ſilvas.
Iamque eadem populos magnorumque oppida regum
Tempeſtas et dira lues ſtravitque, tulitque.

Ac

ad Thraſymenum pugnaretur, motum terrae Italiam paſſam fuiſſe, diſerte Livius tradit XXII, 5. ſ. f „Tantus fuit ardor armorum, adeo intentus pugnae animus, ut eum motum terrae, qui multarum urbium Italiae magnas partes proſtravit, avertitque curſu rapido amnes, mare fluminibus invexit, montes lapſu ingenti proruit, nemo pugnantium ſenſerit." Eum locum Silius, ut poeta, tales ſcenas lubenter amplectens, expreſſit, hoc eſt, deſcripſit omnem motum, ac ſi in illo loco fuiſſet, (cf. verſſ. 628. 29.) aſcitis ex Virgilio ſuo variis ornamentis, quae inprimis cognoſcenda ſunt tironibus, ut diſcant narrationem hiſtoricam ab oratione poetica diſtinguere, et utriusque obſervare modos, colores, terminos. Eundem terrae motum notarunt Plin. H. N. II, 84. Cicer. Div. I, 35. Flor. II, 6. 14. — 617. Quotquot poetae talem terrae motum et tremorem extulerunt, inferos eo exterritos, et Tartarum reclusum commemorarunt, alii alio modo et ornatu. Praeivit omnibus Homerus in loco nobiliſſimo Il. υ, 61. ſeqq. quem deinde expreſſit Virgil. A. VIII, 243. ſeq. atque ex eo alii cum Silio profecerunt. cf. Ovid Met. V, 355-58. — 619. *antiquum diem*, lucem quam olim habebant, cum in terris verſabantur. Virgil. *trepidant immiſſo lumine Manes*. Res ſumma varietate expreſſa poetis. v. Cerda ad Virg. l. l. — Mox omnia ad miraculum auget poeta, ut inchoatam imaginem abſolvat. Singula autem concinno et gravi ornatu deſcripta agnoſco *Lacus ater*, haud dubie, quod cruore infectum poeta cogitabat. — 621. *ignota aſper-*

Ac ſuper haec reflui pugnarunt montibus amnes,
Et retro fluctus torſit mare. Monte relicto
Apenninicolae fugere ad litora Fauni.
Pugnabat tamen, heu belli vecordia! miles,
Iactatus titubante ſolo, tremebundaque tela,
Subducta tellure ruens, torquebat in hoſtem;
Donec pulſa vagos curſus ad litora vertit
Mentis inops, ſtagniſque illata eſt Daunia pubes.
Quis Conſul terga increpitans, nam turbine motae
Ablatis terrae inciderat, Quid deinde, quid, oro,
Reſtat, io, profugis? Vos en ad moenia Romae
Ducitis Hannibalem: vos in Tarpeia Tonantis
Tecta faces ferrumque datis. Sta, miles, et acres
Diſce ex me pugnas: vel, ſi pugnare negatum,
Diſce mori. Dabit exemplum non vile futuris
Flaminius; ne terga Libys, ne Cantaber unquam

 Con-

624. *refugi* ed. Lefeb. *pugnarunt montibus* mendoſa videbantur N. Heinſio, quia utraque vox in proxime ſequentibus iteratur. Ergo *fontibus* coniecit. Ita ſane res eleganti imagine expreſſa eſt. Sed vulgata lectio mihi ne ſenſum quidem commodum fundit. 631. *ſtagnisque illata eſt* ex Colon. et Putean. pro vulg. *ſtagnisque latebat*. Oxonius vitioſe *in alta eſt*. 633. ablatus Colon. et ſic Lefeb. qui idem in Cod. Tell. adſcripto tamen etiam *ablatis*, et in Rom. 2. invenerat, et ad Flaminium refert, a pugna cum Hannibale, terrae motu ablatum. Mihi magis placet ſenſus a Drakenborchio declaratus, Flaminium forte obviam veniſſe, occurriſſe, militibus, qui motu terrae exſternati, et mentem excuſſi fugiebant.

aſpergine, active, quam hactenus nondum expertae erant ſilvae, inſolita. — 630. 31. Livius cap. 6. „Pars magna, ait, ubi locus fugae deeſt, per prima vada paludis in aquam progreſſi, quoad capitibus et humeris extare poſſunt, ſeſe immergunt.“ Sed ordinem rerum geſtarum minus religioſe ſervavit poeta. Nam haec fuga apud Livium ſequebatur Flaminio iam trucidato.

632-43. Ornavit poeta illa Liviana ſ. init. cap. 5, „Conſul, perculſis omnibus, ipſe ſatis, ut in trepida re, impavidus, turbatos ordines, vertente ſe quoque ad diſſonos clamores, inſtruit, et quacunque adire audirique poteſt, adhortatur, ac ſtare et pugnare iubet.“ — *terga*,

Conſulis aſpiciat. Solus, ſi tanta libido
Eſt vobis rabieſque fugae, tela omnia ſolus
Pectore conſumo, et moriens, fugiente per auras
Hac anima, veſtras revocabo ad proelia dextras.
Dumque ea commemorat, denſoſque obit obvius hoſtes,
Advolat ora ferus mentemque Ducarius: acri
Nomen erat gentile viro, fuſiſque catervis
Boiorum quondam patriis, antiqua gerebat
Vulnera barbaricae mentis: noſcenſque ſuperbi
Victoris vultus, Tune, inquit, maximus ille
Boiorum terror? Libet hoc cognoſcere telo,
Corporis an tanti manet de vulnere ſanguis.
Nec vos poeniteat, populares, fortibus umbris
Hoc mactare caput. Noſtros hic curribus egit
Inſiſtens victos alta ad Capitolia patres.
Vltrix hora vocat. Pariter tunc undique fuſis
Obruitur telis, nimboque ruente per auras
Contectus, nulli dextra iactare reliquit

Fla-

646. *fuſusque* ſcripti libri, et ed. Lefeb. Ib. *in patriis.* 650. *licet* Colon. 654. *vinctos* Lefeb. 657. Burmannus coniecit legendum *confectus*, ut aliqua mortis Flaminii mentio fiat.

ga, fugam. Sequenti Conſulis adhortatione nihil gravius et fortius fingi poteſt, meo ſenſu. Monſtranda haec carminis lumina ſunt, ſi qui omnino Silium faſtidiant.

644 ſeqq. Dum Ducarium inducit poeta, Livium ſecutus eſt. Nam Polybius III, 85. minus definite, a Gallis quibusdam interemtum conſulem tradit. Sed in eo a Livio diſcrepat, quod v. 655. non manu Ducarii interfectum Flaminium, ſed Gallorum promiſcuis telis in eum emiſſis caeſum extulit, Ducario populares ſuos ſtimulante — 647. *antiqua gerebat vulnera mentis*, dolorem, rabiem illo tempore conceptam, quo Flaminius Boios ceciderat, hactenus ſervatam expromebat. 652. Ex illis Livianis: *iam ego hanc victimam manibus peremtorum foede civium dabo.* De re v. ſup ad lib. IV, 232. — 657. *nulli — reliquit.* Cum telis undique et promiſcue emiſſis obrueretur, nullus ſe caede Flaminii iactare poterat. Marſus contulit

Flaminium cecidiſſe ſua. Nec pugna peremto
Vlterior ductore fuit: namque agmine denſo
Primores iuvenum, laeva ob diſcrimina Martis
Infenſi Superis dextriſque, et cernere Poenum
Victorem plus morte rati, ſuper ocius omnes
Membra ducis ſtratoſque artus certamine magno
Telaque, corporaque, et non fauſto Marte cruentas
Iniecere manus. Sic denſi caedis acervo,
Ceu tumulo, texere virum. Tum, ſtrage per undas,
Per ſilvas ſparſa, perque altam ſanguine vallem,
In medias fratre invectus comitante catervas
Caeſorum iuvenum Poenus, Quae vulnera cernis?
Quas mortes? inquit. Premit omnis dextera ferrum,
Armatuſque iacet ſervans certamina miles.
Hos, en, hos obitus noſtrae ſpectate cohortes.
Fronte minae durant, et ſtant in vultibus irae.

660. *ſaeva ad diſcrimina*, vulg. Sed Modius ex Colon. correxit. 665. *ſic* mihi de mendo ſuſpectum *denſae caedis* coni. N. Heinſ. 671. *armatique* coni. Heinſ. dubium, quo ſenſu locum ceperit. 673. pro *et ſtant*, N. Heinſ. coni. *perſtant*, vel *reſtant*.

lit ſimilem locum Virgil. XII, 322. ubi cum Aeneas ſagitta, auctore incerto, vulneratus eſſet, *preſſa eſt inſignis gloria facti: Nec ſeſe Aeneae iactavit vulnere quiſquam.*

660. ſeqq. Ambigue hanc ſcenam verbis expreſſit poeta, ut dubites, utrum illi proceres iuvenum ſe ipſos interficientes, ſuis corporibus, cadaver Flaminii texerint, an vero aliorum cadaverum acervo operuerint. Inſunt tamen nonnulla, quae priorem ſententiam nobis perſuadeant, ut, cum dicuntur *cernere Victorem plus morte rati*, et *denſi caedis acervo.*

670. ſeqq. Admiratur Hannibal cum Magone virtutis indicia etiam in mortuis conſpicua. — Mihi non dubium eſt, Silium huc traduxiſſe, quae de Romanis a Pyrrho caeſis narrantur Livio Epit. XIII. et inprimis Floro I, 18. 17. *omnium vulnera in pectore, quidam hoſtibus ſuis immortui, omnium in manibus enſes et relictae in vultibus minae, et in ipſa morte ira vivebat.* Quod adeo

Et vereor, ne, quae tanta creat indole tellus
Magnanimos ſecunda viros, huic fata dicarint
Imperium, atque ipſis devincat cladibus orbem.
Sic fatus ceſſit nocti; finemque dedere
Caedibus, infuſae, ſubducto ſole, tenebrae.

674. *ut vereor* coni. eiusdem, non male. *En, vereor* ed. Leſ.
678. *offuſae* coni. N. Heinſ.

adeo Pyrrhus miratus eſt, ut diceret: o quam facile erat orbis imperium occupare, aut mihi Romanis militibus, aut me rege Romanis. cf. inf. lib. XIII, 733. 34. — *ſervans certamina*, eo vultu et geſtu conſpicuus, quem inter pugnandum habebat.



C. SILII ITALICI PVNICORVM LIBER VI.

ARGVMENTVM.

Die sequente campus cadaveribus refertus, et atrocia constantiae Romanae exempla cernebantur. Bruttius super fossa, in qua aquilam, vexilli signum, ut Poenis eriperet, condiderat, viribus exhaustis diem supremum obit. Laevinus, Nasamonem Tyrium, super quem telo percussus conciderat, armis destitutus, dentibus et unguibus dilaceraverat. Caeteri levioribus vulneribus saucii per noctem trepidi fugam capessunt. Inter hos Serranus, Attilii Reguli filius, urbem patriam repetiturus, sine comite, noctu, in Perusina arva delatus, cum forte exiguae casae fores pulsaret devertendi gratia, Marum patris sui armigerum ibi offendit. Is Serranum cognitum commiseratus, levandis vulneribus curat, cibis recreat, et calamitatem Romanam graviter lamentanti animum addit. Qua occasione dum narrat, quo tempore Reguli comes fuerit, et quae dona ab eo acceperit, hastae inprimis ei venerabilis commemoratio pandit sermonem sequentem de serpentis monstro ad Bagradam a Regulo trucidato. Mox Serrano tantae virtutis iacturam graviter conquerente, idem Marus omnem de Regulo a Carthaginiensibus capto et suppliciis affecto historiam enarrat. — Romae interea nuntium cladis ad Thrasymenum factae ingens omnium luctus et trepidatio insequitur. Inter eos, qui ex ea clade domum redeunt, ille etiam Serranus a Maro ad Marciam matrem deducitur, quae filio recuperato impense gaudet. Tum Senatus Rom. de bello ulterius gerendo deliberat. Iupiter Romanos adiuturus apud se constituit Hannibalem a Roma urbe arcere, et illos numine suo excitat, ut Fabium ducem exercitus creent. Hannibal itaque per Picenos in Campaniam tendit, ubi

templi

templi Linterni picturas Romanorum in bello Punico primo patrata facinora exhibentes, rei indignitate graviter commotus, militibus comburendas tradit.

Iam, Tarteſſiaco quos ſolverat aequore, Titan,
In noctem diffuſus, equos iungebat Eois
Litoribus, primique novo Phaethonte retecti
Seres lanigeris repetebant vellera lucis.
Et foeda ante oculos ſtrages, propiuſque patebat
Inſani

2. *urgebat* Oxon. Putean. et editt. vetuſtae. *iungebat* vulg. 4. pro *repetebant* Burm. coni. *relegebant.* Sed Lefeb. ed. *pectebant*, e Virgil. Georg. II, 121 collat. Sil. lib. XIV, 664. 5. pro *et* Lefeb. edid. *en.* Heinſius coni. *at*, vel *ſtat.*

1-5. Diei illuceſcentis variatam imaginem poeta exhibet *Tarteſſiaco aequore* deſignat Oceanum occiduum ultra Hiſpaniam, in cuius extrema parte eſt Tarteſſus urbs, quae iam ſup. lib III, 399. dicta eſt *conſcia ſtabulanti Phoebo*, ubi v notata Iam *Titan equos ſolvit* e curru ſuo, dum curſum diei peregit, et eosdem *iungit Eois lit.* cum ex Oriente Sol procedit ad novum diem v lib XII, 681. Talia paſſim in poetis occurrunt, centies variata. Sed addit poeta novum indicium orientis ſolis, a *Seribus*, populo Scythico petitum, qui e lanugine quadam ex crebris aquarum aſperginibus arboribus innaſcente, quaedam quaſi vellera abſtrahentes, inde ſubtilem texturam conficiebant, quod Sericum veteres dixerunt. Tradidere Plin. H. N. VI, 17. Ammian. Marc. XXIII, 6. et fuſe Salmaſ. de Pallio pag 198 ſeqq. Hinc profecerunt varii poetae. Virgil. Georg. II, 121. *velleraque ut foliis depectant tenuia Seres.* Val. Fl. VI, 699 *Eoae ſtamina ſilvae.* Et Silius inf. lib. XIV, 665. *depexa vellera ramis.* cf. Claud. Prob. et Olybr. I, 179. 80. ubi v. Geſn. *retecti* ergo *novo Ph Seres* ſunt, primo Sole colluſtrati, ut in Oriente ſiti populi.

5. ſeqq Sequitur terribilis et foeda ad ſenſum noſtrum imago campi caeſis hominibus ſtrati. Livius hiſtoriae veritatem et terminos ſervans haec pauca dixerat: *liquida iam luce montes campique perditas res, ſtratamque oſtendere foede Romanam aciem*, lib. XXII, cap. 6. Hanc ſententiam poeta tot

Inſani Mavortis opus: ſimul arma virique
Ac mixtus ſonipes, dextraeque in vulnere, caeſi
Haerentes haſtis: paſſim clypeique, iubaeque,
Atque artus trunci capitum, fractuſque iacebat
Oſſibus in duris enſis: nec cernere deerat
Fruſtra ſeminecum quaerentia lumina coelum.
Tum ſpumans ſanie lacus, et fluitantia ſummo
Aeternum tumulis orbata cadavera ponto.
Nec tamen adverſis fuerat fracta Itala virtus.
Bruttius ingenti miſerandae caedis acervo,
Non aequum oſtentans confoſſo corpore Martem,
Extule-

7. Lefeb. edidit *dextraeque in funere caeſae*, hoc eſt, manus in ipſamet *morte* haerentes haſtis, licet caeſae. Contulit Stat. Th. IX, 540. Burmannus coni. *dextraeque in pulvere caeſae Haerentes haſtis*, ut dicat Silius, orto ſole cerni potuiſſe dextras abſciſſas, quae in pulvere iacentes etiamnum haſtas tenebant. Poſſunt illa verba ſane multiplici modo, et vario ſenſu, collocari, prouti quis ſibi eam imaginem mente delineat. Sufficit ad miraculum, ſi vulgatae lectionis ſenſum teneamus. Quamvis levi mutatione ita aliquando legendum putavi: *dextraeque in vulnere caeſi haerentes hoſtis*, et mihi cogitavi manus abſciſſas etiamnum telum tenentes in corpus hoſtile impreſſum. 8. *tubaeque* vulg. *iubaeque* ex Oxon. poſuit N. Heinſ. 14. *fuerat tota* Colon. pro quo Heinſ. coni. *ruerat tota* et ſic ed. Lefeb. Multo elegantius foret *ruerat fracta*. Nempe fracta, hoc eſt, affecta erat virtus Romana, ſed veluti ſe erigebat, non corruebat. Criſis facilis eſt, ſed quaeritur, quid Silius ſcripſerit.

tot ambagibus deſcriptionum, epiſodiorum, ornamentorumque poeticorum perſequitur, ut paene univerſum hunc librum iſtis rebus expleverit. — 6. *Martis opus*, quod Virgilius, exemplo Homeri (μεγ' ἔργον Ἀρῆος. Il. λ, 733. et al.) de bello in genere dixit, Aen. VIII, 516. nunc Silius addita voce *inſani*, ad ſtragem bellicam deſignandam non male adhibuit. Ad verſ. 7. v quae in Var. Lect. dicta ſunt. — 11. *fruſtra quaerentia l. c.* iunge et intellige oculos extremo in mortis agone veluti hiantes et lucem captantes. Supra lib. II, 222. *oculos parva luce natantes* dixit.

15. ſeqq. Hoc de Bruttii facinore epiſodium, quamvis reapſe memorabile, et lectu fortaſſe multis haud iniucundum, tamen ex poetae nimio pruritu omnia ornandi, et ad miraculum usque exaggerandi, qui in hoc loco praecipue eminet, incommodam et veluti aſperam faciem traxit. Forte

Extulerat vix triste caput, truncosque trahebat
Per stragem, nervis interlabentibus, artus;
Tenuis opum, non patre nitens, linguave; sed asper
Ense: nec e Volsca quisquam vir gente redemit
Plus aevi, nec magnanima puer addere sese
Pubescente gena castris optarat, et acri
Flaminio spectatus erat, cum Celtica victor
Obrueret bello Divis melioribus arma.
Inde honor, ac sacrae custodia Marte sub omni
Alitis:

21. pro vulg. *abdere* N. Heins. ex ed. Parm. dedit *addere*, bono sensu. Sed omnem locum ita legendum coniecit: *nec magnanimis puer addere sese Pubescente gena castris cessarat*, vel *dubitarat*, vel *tardarat*, vel *vitarat*. Sed iam Drakenborch. notavit, voculam *nec* longius abesse *ἀπὸ τῶν pubescente gena*, quo referenda est. Vulgatum *magnanima — gena*, ego vix ferendum puto. Describit potius poeta puerum magnanimum, et bellicosum, qui nondum pubescente gena iam optaverit in castris versari. Ego omnem locum ita corrigendum duxerim: *nam magno animo*, vel *magni animi puer addere sese Pubesc. g. c. o.* ut his ratio reddatur, quare *nullus e Volsca gente plus aevi redemerit*. 22. *acer* vulg. et editt. priscae. Marsus tamen, qui illud edidit, in commentariis *acri* posuit et explicuit.

Forte vel non quaesivit, vel non invenit, quae ex Virgilio et aliunde in usum suum convertere posset. 17. *truncos*, truncatos. *Nervis interlab.* Proprie artus ipsi interlabuntur, nervis succisis, e vers. 31. — 19. Pauperem, humilem natu, et indoctum describit. Sed duram brevitatem sentio, qua dixit *patre linguave nitentem*, pro, genere et doctrina vel eloquentia insignem. — 20. *redemit plus aevi*, inquit Marsus, qui rebus gestis memoriam sui in longum aevum extendit. Ferri id posset, nisi de praecoci Bruttii virtute nunc potissimum ageretur. Itaque, opinor, redimere multum aevi, nunc poeta dixit de adolescentulo tam strenue se gerente, ac si provectus aetate miles esset, adeoque, quod aetati deest, factis et virtute compensante, et veluti redimente. De Scipione sup lib. IV, 428. dixerat *annos transcendere factis*. De vers seq. vid Var. Lect. — 23. Assensum Flaminii tulit in bello Gallico, quo ille victor discedebat. v. sup ad libr. IV, 702. *Diis melioribus*, propitioribus, ob victoriam reportatam, ut Virgil. Aen. XII, 179. *melior Iuno*.

25. *Inde*, scil. ob eius virtutem Flaminio spectatam, *honor* ei contigit, ut aquilifer s. signi-

Alitis: hinc cauſam nutrivit gloria leti.
Namque, necis certus, captae prohibere nequiret
Cum Poenos aquilae, poſtquam ſubſidere fata
Viderat, et magna pugnam inclinare ruina,
Occulere interdum et terrae mandare parabat.
Sed, ſubitis victus telis, labentia membra
Proſtravit ſuper, atque iniecta morte tegebat.
Verum ubi lux nocte e Stygia miſeroque ſopore
Reddita, vicini de ſtrage cadaveris haſta
Erigitur, ſoloque vigens conamine, late
Stagnan-

32. *illecta* vulg. quod Barthius tuebatur ex Cod. Oxon. Sed *iniecta* rectius Colon. *illaeta morte* ut coniecturam viri alicuius docti Dausqueius attulit, forte Lipſii, qui lib. 4. de Milit. Rom. Dial. 5. locum ita laudavit. N. Heinſ. *iniecta mole* coniecit, reprobante Burmanno, qui opinabatur legendum *effiicta morte*, ut ſenſus eſſet, Bruttium, ut aquilam ſervaret, ſe mortuum ſinxiſſe: mox vero, ubi diſceſſiſſe hoſtes ſenſerat, ſe erexiſſe, et aquilam defodiſſe. Omnes hae coniecturae eo redeunt, ut audacior Silii formula emolliatur. Sed ingenium huius poetae non aſſequuntur, qui criſin ideo adhibent, ut audaciam eius coerceant, vel duritiem molliant. vid. nott. 35. *ingens* vulg. pro *vigens* lect. Colon.

ſ. ſignifer perpetuus (*Marte ſub omni*) eſſet. Eam *cuſtodiam ſacri alitis* dicit, aquilae, cuius effigies vexillo impoſita, legiones praecedebat, et inſtar numinis habebatur, unde mox Bruttius eam effigiem *adorat*, verſ. 37. Sequitur vox brevitate ſua obſcura. *cauſam nutr. gloria leti.* Nempe *cauſſam leti* ipſam aquilam poeta dicit, quatenus ea Bruttio mortem attulerat, quia hoſtes maxime ſolent vexilla rapere, et ſigniferos prae caeteris petere. Hanc ergo *nutrivit gloria*, h. e. honor et gloria, qua eum Flaminius dignatus fuerat, excitavit illum, ut aquilam ſuam, quantum poſſet, conſervaret atque ab hoſtibus defenderet. Itaque eam aquilam in terra condidit. ut mox narratur. 27. *prohibere aquilae*, pro vulg. ab aquila, graeca forma κωλύειν τινὸς, εἴργειν τινὰ τινὸς, ut Heinſ. et Drakenb. notarunt. 28. *ſubſidere fata*, fortunam belli cedere. Eam ſententiam mox variat ſic, *magna pugnam inclinare ruina.* 32. *iniecta morte*, quis dubitet audacter, et arguta brevitate dictum pro, corpore ſuo, immoriturus in eo loco, aquilam tegebat. Fruſtra ſollicitarunt haec verba interpretes. v. Var. Lect.

35. *erigitur*, ſe erigit, haſta innixus. 36. *facilem diſcedere*, mollitam

Stagnantem caede et facilem diſcedere terram
Enſe fodit, clauſamque aquilae infelicis adorans
Effigiem, palmis languentibus aequat arenas,
Supremus feſſi tenues tum ceſſit in auras
Halitus, et magnam miſit ſub Tartara mentem.
Iuxta cernere erat meritae ſibi poſcere carmen
Virtutis ſacram rabiem. Laevinus, ab alto
Priverno, vitis Latiae praeſignis honore,
Exanimum Naſamona Tyren ſuper ipſe iacebat
Exanimis: non haſta viro, non enſis: in artis
Abſtu-

37. N. Heinſ. coni. *caſſamque* h. e. quam nequidquam venerabatur, nil proficientem. 41. *merito* vulg. et ſic Lefeb. ut ad Laevinum referatur, pro *meritae*, quod ex Colon. et Oxon. Heinſius poſuit. 43. *perſignis* vulg.

mollitam cruore et humoribus, adeoque effoſſu facilem. 37. *clauſam*, terrae incluſam; nihil amplius. Miror Drakenborchio hunc ſenſum non ſatisfeciſſe. Manifeſto hoc ordine Silius rem narrat: primum foſſam facit Bruttius, deinde aquilae effigiem iniicit, foſſaeque includit, denique *aequat harenas*, ne ſcilicet ex harena inaequali foſſae veſtigium appareat. Sed turbaverat ſenſum Voſſius, qui *clauſam effigiem* ex Dione lib. XL. Hiſtor. p. 128.) expediebat, ubi dicebatur, aquilam Romanis fuiſſe fanum exiguum, in quo aquila aurea iacuiſſet. v. omnino interpp. ad Cicer. Catil. I, 9.

41. ſqq Sequitur aliud triſte exemplum virtutis bellicae. Laevinus (de quo v. ſup. lib. V, 544.) armis deſtitutus, hoſtem ſuum dentibus lacerat. Videtur Silius hanc ſcenam a Livio mutuaſſe, qui lib. XXII, 51. in pugna Cannenſi ſimilem deſcripſit. cf. Valer. Max. III, 2. ext. 2. — *Rabiem* apte dicit, quatenus non armis, ſed dentibus, ferarum more, pugnabatur. — 43. *vitis Latiae p. h.* munere fungens Centurionis, quorum inſigne erat *vitis*, ſ. palmes, κατ᾽ ἐξοχὴν *Latia* dicta. Exempla multa congeſſit Geſnerus in Theſ. cf. Lucan. VI, 146. et inf. lib. XII, 394. 95. — 45. *in artis* h. in pugna conferta et acriori. — Obſerva in hoc loco, quam mira verborum luxurie Bruttium armis deſtitutum notaverit. Per quatuor verſus eam ſententiam quater variatam reperies. Sed foedior eſt luxuries verſuum 49-53. foediſſimam imaginem ornans cum ſumma humanitatis offenſione.

Abſtulerat Fors arma: tamen certamine nudo
Invenit Marti telum dolor. Ore cruento
Pugnatum; ferrique vicem dens praebuit irae.
Iam lacerae nares, foedataque lumina morſu,
Iam truncum raptis caput auribus, ipſaque diris
Frons depaſta modis, et ſanguine abundat hiatus:
Nec ſatias; donec mandentia linqueret ora
Spiritus, et plenos rictus mors atra teneret.
Talia dum praebet triſtis miracula virtus,
Diverſo interea fugientes ſaucia turba
Iactantur caſu, ſilviſque per avia caecis
Ablati furtim multo cum vulnere ſolos
Per noctem metantur agros. Sonus omnis et aura
Exterrent, pennaque levi commota volucris.
Non ſopor, aut menti requies. Agit aſper acerba
Nunc Mago attonitos, nunc arduus Hannibal haſta.
Serranus, clarum nomen, tua, Regule, proles,
Qui,

51. *inundat* coni. N. Heinſ. 52. *nec ſatis eſt* vulg. Modius autem cum in membranis ſuis legeret *ſatia*, inde poſuit *ſatias*, nec aliter Oxon. Sed Cod. Putean. cum editt. Rom. et Mediol. *ſatiat*. Marſus et nonnulli alii *ſaties* ediderunt.

54. Hoc tranſitu ad fugam Romanorum ſauciorum, viam ſibi iam munit poeta ad longam narrationem de Serrano, Regulo, et omni bello Laconico, quae magnam huius libri partem occupat. — *triſtis virtus* eſt crudelis illa et atrox, quam ſupra *ſacram rabiem* dixerat, et *miracula* nunc ſunt facinora omnem fidem et exemplum ſuperantia. 56. *caecis* ignotis, vel tenebricoſis, quatenus noctu fuga fiebat. — 58. 59. Locus adumbratus ad Virgil. A. II, 728. de Aenea ex Troia fugiente: *Et me nunc omnes terrent aurae, ſonus excitat omnis Suſpenſum*. — 61. *arduus*, proprie, ut equo perſequens fugientes. Frequens in Virgilio epitheton, ut Aen. VII, 624. IX, 53.

62. ſeqq. *Serranum* non ſine cauſa memorat. Erat enim illud cognomen Attiliorum, et ille *proles* Attilii *Reguli* eſſe debebat. De cauſa nominis diſputat Plin. H. N. XIX, 6. Quamvis Perizonius Animadv hiſt. I, 33. contendit, Attilios dictos eſſe Sarranos, ab Sarrano antiquo Vmbriae oppido. Ibidem etiam notat Reguli filium licentia poetica Sarranum vocari, cum eudem, qui pate..

Qui, longum ſemper fama gliſcente per aevum,
Infidis ſervaſſe fidem memorabere Poenis,
Flore nitens primo, patriis, heu! Punica bella
Auſpiciis ingreſſus erat; miſeramque parentem,
Et dulces triſti repetebat ſorte penates
Saucius. Haud illi comitum ſuper ullus, et atris
Vulneribus qui ferret opem: per devia, fractae
Innitens haſtae, furtoque ereptus opacae
Noctis, iter tacitum Peruſina ferebat in arva:
Ac feſſus parvi (quaecunque ibi fata darentur)
Limina pulſabat tecti: cum membra cubili
Evolvens non tarda Marus (vetus ille parentis
Miles, et haud ſurda tractarat proelia fama)
Procedit, renovata focis et paupere Veſta
Lumina praetendens: utque ora agnovit, et aegrum
Vulneribus duris, ac (lamentabile viſu)
Lapſantes fultum truncata cuſpide greſſus,
Funeſti rumore mali iam ſaucius aures,
Quod ſcelus, o, nimius vitae, nimiumque ferendis
Adver-

74. *iam tarda* Cellar. edidit ex coni. Barthii Adverſ. I, 13. 78. *vulneribus crudis* coni. N. Heinſ. 81. *nimius vitae* Modius ex Colon. pro vulg. *nimium*.

pater, nomine, adpellatus fuerit. v. quae ſupra ad lib. II, 8. de Poplicola adnotata ſunt. — 63. 64. de inſigni Reguli fide adverſus Poenos cf. Cic. Off. III, 26. Flor. II, 2. 24. et v. infr. verſ. 131. 32. — 65. *patriis auſpiciis*, aeque infeliciter ac pater. Bene Cellarius.

72. *quaecunque ibi — darentur.* Feſſus ſcilicet itinere ſtatuit caſae ianuam pulſare, quamvis dubius, amicus an hoſtis proditurus eſſet. — 75. *haud ſurda fama*, celebratus virtute bellica miles. v. infr. lib. VIII, 248. — *renovata f.* — *lumina* operoſo ornatu dixit pro vulg. accenſis luminibus explorans, quisnam fores pulſaverit. 79. *truncata cuſpide*, fracta haſta, ut ſupr. verſ. 69. — 80. *ſaucius aures*, exquiſite, cui rumor funeſtus et triſtis ad aures pervenit. Nam *ſauciare* et *vulnerare* dicuntur poetis, quaecunque gravius afficiunt ſive ſenſus externos, ſive animum. cf. Virgil. Aen. IV, init. — 81. *o nimius vitae*, qui nimis diu vixi, ut tanta

Adverſis genitus cerno? Te, maxime, vidi,
Ductorum, cum captivo Carthaginis arcem
Terreres vultu, crimen culpamque Tonantis,
Occidere; atque hauſi, quem non Sidonia tecta
Expulerint everſa meo de corde, dolorem.
Eſtis ubi, en, iterum, Superi? Dat pectora ferro
Regulus, ac ſtirpem tantae periura recidit
Surgentem Carthago domus! Inde aegra reponit
Membra toro. Nec ferre rudis medicamina (quippe
Callebat bellis) nunc purgat vulnera lympha,
Nunc mulcet ſuccis. Ligat inde, ac vellera molli
Circumdat tactu, et torpentes mitigat artus.
  Exin cura ſeni, triſtem depellere feſſo
Ore ſitim, et parca vires arceſſere menſa.
Quae poſtquam properata, ſopor ſua munera tandem

T 2 Appli-

88. *periura* Dausq. vindicabat contra nonnullas editiones, in quibus *peritura.*

tanta te calamitate preſſum viderem. Non debebat conferri a Drakenborchio lib. V, 231. ubi *nimius pugnae* dicitur potius, qui nimio fervore et furore pugnat. Ergo non niſi grammatica iſta ſimilitudo eſt. — 82. *te maxime ductorum.* Regulum appellat, a Poenis captum et occiſum, et quidem *crimine et culpa* Iovis, qui hanc iniuriam non amolitus eſt a Romanis. — 85 86. Tantum ex morte Reguli dolorem cepi, quem ne excidium quidem Carthaginis lenire poſſet. — 87. *Vbi* nunc *iterum*, prole Reguli tam male perdita, iuſtitia veſtra eſt, Superi! 88. *ſtirpem ſurgentem.* v. ad lib. I, 112. *recidit*, cum delectu, quia ſtirpem modo dixerat, pro, perdit. —

89. ſqq. *Inde*, his dictis. — *quippe callebat bellis.* Marus noverat (ſunt verba Drakenb.) vulnera obligare, quippe qui plurimis bellis uſum eius rei et experientiam conſecutus erat. Hinc infr v. 99 *vulneris aeſtus* dicitur *expertis medicare modis.* — 92. *ſuccis* herbarum, aquis medicatis, oleo, vino, et ſimilibus. Mox *vellera* pannos laneos dicit. Caeterum ineptiunt interpretes, qui omnem hanc aegri Serrani curationem, ex praeceptis Celſi et aliorum medicorum inſtitutam docuerunt. Inprimis *parcam menſam* magis ad paupertatem Mari referendam eſſe,

Applicat, et mitem fundit per membra quietem.
Necdum exorta dies; Marus inſtat vulneris aeſtus
Expertis medicare modis, gratumque teporem,
Exutus ſenium, trepida pietate miniſtrat.
Hic iuvenis, maeſtos tollens ad ſidera vultus,
Cum gemitu lacrimiſque ſimul: Si culmina nondum
Tarpeia exoſus damnaſti ſceptra Quirini,
Extremas Italûm res Auſoniamque ruentem
Aſpice, ait, genitor: tandemque adverte procellis
Aequos Iliacis oculos. Amiſimus Alpes,
Nec deinde adverſis modus eſt. Ticinus, et ater
Stragibus Eridanus, tuque inſignite tropaeis
Sidoniis Trebia, et tellus lacrimabilis Auni.
Sed quid ego haec? Gravior quanto vis ecce malorum!
Vidi creſcentes Thraſymeni caedibus undas
Proſtrataque virûm mole: inter tela cadentem
Vidi Flaminium. Teſtor, mea numina, manes,
Dignam me poenae tum nobilitate paternae
Strage hoſtis quaeſiſſe necem, ni triſtia letum,
Vt quondam patri, nobis quoque fata negaſſent.
  Cetera acerbantem queſtu lenire laborans,
Effatur ſenior: Patrio, fortiſſime, ritu,

Quid-

106. *aequus* Colon. 109. *Auni* ex Cod. Putean. quicum conſentiunt editt. Rom. et Mediol. Barthius et N. Heinſ. probarunt. *Hanni* vulg. et ſic Marſus edidit. *Arui* Colon. et ſic ed. Lefeb. *Arvi* Cod. Oxon. 117. *acervantem* Cod. Putean. et Oxon. cum ed. Parm. et Mediol.

eſſe, quam ad conſilium medicum, ipſe Drakenborchius cenſuit. 100. *exutus ſenium*, alacritate prope iuvenili, quam mox eleganter *trepidam pietatem* dicit.

109. *tellus — Auni.* v. ſupr. lib. V, 7. — 114. *nobilitatem poenae paternae* dicit conſtantiam, qua pater Regulus ſupplicium tulit.

117. ſqq. *acerbantem queſtu*, acerbe querentem de ſorte ſua, et malum ſuum his querelis augentem. Sic *acerbare crimen formidine* iam Virgilius dixerat

rat

Quidquid adeſt duri, et rerum inclinata feramus.
Talis lege Deûm clivoſo tramite vitae
Per varios praeceps caſus rota volvitur aevi:
Sat tibi, ſat magna, et totum vulgata per orbem
Stant documenta domus: ſacer ille, et numine nullo
Inferior, tuus ille parens, decora alta paravit
Reſtando adverſis: nec virtutem exuit ullam
Ante, reluctantes liquit quam ſpiritus artus.
Vix puerile mihi tempus confecerat aetas,
Cum primo malas ſignabat Regulus aevo.
Acceſſi comes, atque omnes ſociavimus annos;
Donec Dîs Italae viſum eſt exſtinguere lumen
Gentis, in egregio cuius ſibi pectore ſedem
Ceperat alma Fides, mentemque amplexa tenebat.
Ille enſem nobis magnorum hunc inſtar honorum
Virtutiſque ergo dedit, et, ſordentia fumo
Quae cernis nunc, frena; ſed eſt argenteus ollis
Fulgor: nec cuiquam Marus eſt poſt talia dona
Non praelatus eques. Verum ſuperavit honores

119. *quicquid id eſt duri en* edidit Lefeb. repertum in Cod. Teller. quod iam olim N. Heinſ. coniecerat. Vir doctus a Cortio ad marginem libri ſui notatus, qui eſt Livineius, idem probaverat, adducto verſu 581, ubi tamen formula *quicquid id eſt*, alium ſenſum habet.

rat Aen. XI, 407. — 119. *rerum inclinata*, forma graeca elatum pro, res inclinatas, adverſas, calamitatem noſtram, paterno exemplo feramus. 120. 21. Sententia digno verborum ornatu expreſſa: ſors eſt humana, varias vitae aerumnas experiri. In illis autem, *rota aevi volvitur*, ego hoc ſolum tenuerim, vitam humanam procedere inter aerumnas. Quamvis non negem menti poetae obverſari potuiſſe ſimilem Anacreontis formulam a Barthio laudatam ex Od. IV. τρόχος ἅρματος οἷα βίοτος τρέχει κυλισθεὶς, ubi tamen ſolius brevitatis ratio habita. — 122-26. Conſolatur Marus Serranum gloria virtutis domeſticae a parente Regulo parta. Haec *magna documenta domus* et *decora alta* vocat.

137. ſqq. Dum poeta Marum inducit narrantem, cur haſtae ſuae *Lyaei latices libet*, hoc

Omnes hasta meos. Cui me libare Lyaei
Quod cernis latices, dignum est cognoscere causam.
Turbidus arentes lento pede sulcat arenas
Bagrada, non ullo Libycis in finibus amne
Victus limosas extendere latius undas,
Et stagnante vado patulos involvere campos.
Hic studio laticum, quorum est haud prodiga tellus,
Per ripas laeti saevis consedimus arvis.
Lucus iners iuxta, Stygium, pallentibus umbris,
Servabat sine sole nemus, crassusque per auras
Halitus erumpens taetrum exspirabat odorem.
Intus dira domus, curvoque immanis in antro
Sub terras specus, et tristes sine luce tenebrae.

Horror

141. *non ulli amni* coni. N. Heins. 149. *furvoque* coni. Heins. propter vers. 161. ubi *nigrum antrum*. 150. *sub terra* malebat N. Heins. Sed haec saepe permutari solent in veteribus. v. Virgil. Aen. II, 472. et ibi Heyn. in Var. Lect.

hoc veluti praetextu quodam utitur. insertae narrationis longissimae de serpente ad Bagradam interfecto, et omni bello Laconico. In illo autem cultu divino hastae tributo, veterem heroicae aetatis consuetudinem, a poetis passim usurpatam, Silius quoque expressit. Locus est Iustini a Cellario laudatus, lib. XLIII, 3. *ab origine rerum, pro diis immortalibus veteres hastas coluere, ob cuius religionis memoriam adhuc deorum simulacris hastae adduntur.* Sed plura exempla religionis cuiusdam, qua veteres arma, et hastas inprimis, numinum instar, invocabant, testabantur, iurabant, congessit Cerda ad Virgil. Aen. XII, 95. sqq. e quibus sufficit laudasse luculentum locum Valer. Flacc. III, 707. sqq.

140-43. Bagrada fluvius Afric. stagnans et exundans describitur. cf. inf. vers. 676. — 145. *saevis arvis*, sive ob nimiam siccitatem et fontium periculosam penuriam, sive ob serpentis vicinum antrum. Nam saepe ex eventu talia epitheta formari poetis solent. v. lib. VIII, 625.

146. sqq. Cum hac descriptione lucus et speluncae serpentis comparandus est locus Virgil. A. VIII, 193. sqq. unde multa Silius et alii poetae ab Heynio ibi nominati profecerunt. cf. Ovid. Met. III, 29. sqq. et Virgil. A. II, 203. sqq.

Horror mente redit. Monſtrum exitiabile et ira
Telluris genitum, cui par vix viderat aetas
Vlla virûm, ſerpens centum porrectus in ulnas
Letalem ripam et lucos habitabat Avernos.
Ingluviem immenſi ventris gravidamque venenis
Alvum deprenſi ſatiabant fonte leones,
Aut acta ad fluvium torrenti lampade ſolis
Armenta, et tractae foeda gravitate per auras
Ac tabe afflatus volucres. Semeſa iacebant
Oſſa ſolo informi: lateque repletus et aſper
Vaſtatis gregibus nigro ructabat in antro.
Iſque ubi ferventi concepta incendia paſtu
Gurgite mulcebat rapido et ſpumantibus undis,
Nondum etiam toto demerſus corpore in amnem
Iam caput adverſae ponebat margine ripae.
Imprudens tantae peſtis gradiebar, Aquino

152. *viderit* Colon. et Putean. et ſic ed. Lefeb. 155. *veneni* ed. Rom. et Parm. 158. *tactae* ed. Lefeb. ſpecioſa lectio, ſed vulgatae vix anteferenda. vid. nott. 160. ed. Rom. *eandemque repletus*. Mediol. *eademque*. Vnde N. Heinſ. *ſaniemque repletus* coniecit, et verſu ſequenti *eructabat*.

ſqq. — 151. *ira telluris g.* v. ſupr. lib. V, 111. De ſerpente hoc cf. Plin. H. N. VIII, 14. ubi 120. pedum longitudinem habuiſſe tradit. Ergo Silius, ut poeta, mox numerum rotundum extulit. Praeterea cf. Valer. Max. I, 8. 19. Gell. N. A. VI, 3. Liv. Epit. 18. — 155. *ingluviem ventris*, ventrem, ſimpliciter, ut Virgil. Georg. III, 431. de ſerpente cherſydro: *hic piſcibus atram Improbus ingluviem explet.* — *deprenſi fonte*, e fluvio arrepti. — *tractae*, detractae, delapſae, ex foeda exhalatione necatae. Eam *gravitatem* dicit, ὀσμὴν βαρεῖαν, et mox *tabem afflatus*, tabificum afflatum, et ex veneno lethalem. Ad verſ. 160. cf. Virgil. A. III, 630. ſqq. de Cyclope, unde varia huc Silius traduxit.

162. *incendia*, ſitim. *Ferventem paſtum* intelligo de cibis calidioribus, vivisque carnibus, quae antea memorabantur. Argutius mihi videtur, cum Marſo et Cellario de cibo cogitare, qui fervet in ſtomacho, dum conficitur. — 164. 65. menſurae, quam ſerpentis corpus explebat, notatio. cf.

Apenninicola atque Vmbro comitatus Avente:
Scire nemus, pacemque loci explorare libebat.
Iamque propinquantum tacitus penetravit in artus
Horror, et occulto riguerunt frigore membra.
Intramus tamen, et Nymphas numenque precamur
Gurgitis ignoti, trepidosque et multa paventes
Arcano gressus audemus credere luco.
Ecce e vestibulo primisque e faucibus antri
Tartareus turbo atque insano saevior Euro
Spiritus erumpit, vastoque e gutture fusa
Tempestas oritur, mixtam stridore procellam
Cerbereo intorquens. Pavefacti clade vicissim
Aspicimus, resonare solum, tellusque moveri,
Atque antrum ruere, et visi procedere manes.
Quantis armati coelum petiere Gigantes
Anguibus; aut quantus Lernae lassavit in undis
Amphi-

168. Male Burmannus *faciemque loci* legendum putabat. vid. nott. 176. *gutture* Cod. Putean. et Oxon. pro vulg. *gurgite*.

Stat. Theb. V, 516. — 168. Volebamus silvam, et loca tranquilliora petere. Eleganter hoc sensu *pacem loci* dixit, ut mirer nonnullos minus assecutos illam elegantiam. v. V. L.

169. *tacitus horror*, et *occultum frigus* exquisitiori sensu dixit, quem interpretes non ceperunt. Est ille terror, quem animus veluti praesagiens periculum concipit, cuius tamen rationem certam reddere sibi non potest, eine bange schauderhafte Ahndung. 171. *Nymphas precamur*. Solemnis ritus eorum, qui locum antea non visum intrant, lucum praesertim, et fluviis irriguum, cf. Virgil. A. VII, 136. sq. — 175. *tartareus turbo*, aura pestilens, quasi spiret e Tartaro, cui omnis hic locus accommodatur. — 178. *aspicimus*, scilicet ludibrio phantasiae pavore concitatae, ut mox, *visi* nobis sunt *manes procedere*, videbamur nobis in medio Tartaro versari. Locus expressus e Virgil. A. VI, 255. ubi adventante Hecate talia miracula oculis obiiciuntur.

181. sqq. Tria genera atrocissimorum serpentum comparat, ut serpentis Bagradae magnitudinem declaret. — *lassavit* fatigavit, exercuit. *Iunonius anguis*, draco custos horto-

Amphitryoniaden ſerpens; qualiſque comantes
Auro ſervavit ramos Iunonius anguis:
Tantus disiecta tellure ſub aſtra coruſcum
Extulit aſſurgens caput, atque in nubila primam
Diſperſit ſaniem, et coelum foedavit hiatu.
Diffugimus, tenuemque metu conamur anheli
Tollere clamorem fruſtra: nam ſibila totum
Implebant nemus. At ſubita formidine caecus
Et facti damnandus Avens (ſed fata trahebant)
Antiquae quercus ingenti robore ſeſe
Occulit, infandum ſi poſſit fallere monſtrum.
Vix egomet credo: ſpiris ingentibus artae
Arboris abſtraxit molem, penituſque revulſam
Evertit fundo, et radicibus eruit imis.
Tum trepidum ac ſocios extrema voce cientem
Corripit, atque hauſtu ſorbens et faucibus atris
(Vidi reſpiciens) obſcoena condidit alvo.
Infelix fluvio ſeſe et torrentibus undis
Crediderat, celerique fuga iam nabat Aquinus.
Hunc medio invaſit fluctu, ripaeque relatos
(Heu genus infandum leti!) depaſcitur artus.

185. *disiuncta* ed. Lefeb. e cod. Tell. *deſpecta* coni. N. Heinſ. 188. Verſum ex Colon. Modius emendavit. Vulgatum erat *diffugimus tamen, atque metu.* 189. *iam ſibila* coni. N. Heinſ. 194. *arcte* vulg. *ſpiris ſtringentibus arcte* coni. N. Heinſ. vel *cingentibus*. *arctae* Gryphius edidit. *cingentibus arte* ed. Lefeb. 202. *relatus* Vulg. quod Dausq. tuebatur.

hortorum Heſperidum. cf. Ovid. Met. I, 678 — 188. *tenuem metu*, apte ad naturam pavoris, qui vocem reprimit, et clamandi facultatem adimit.

191. *facti damnandus*, temerarius, reprehendendus ob id, quod fecit. De ratione formulae grammatica v. ad lib. IV, 260. — 194. *ſpiris ing. artae.* Haec iunge et finge tibi arborem arcte circumvolutam ſpiris ſ. caudae voluminibus; v. Var. Lect. Sic eam *abſtraxit*, h. inflexit 202 *ripae relatos*, ad ripam deportatos *artus depaſcitur*, ut de anguibus Troi. Virgil. A. II, 214. — Plures milites a ſerpente devoratos fuiſſe, Valer. Max. l. c. tradidit.

Sic dirum nobis et lamentabile monſtrum
Effugiſſe datur. Quantum mens aegra ſinebat,
Appropero greſſum, et ductori ſingula pando.
Ingemuit, caſus iuvenum miſeratus acerbos.
Vtque erat in pugnas, et Martem, et proelia, et hoſtem
Igneus, et magna audendi flagrabat amore,
Ocius arma rapi, et ſpectatum Marte ſub omni
Ire iubet campis equitem. Ruit ipſe, citatum
Quadrupedem planta fodiens, ſcutataque raptim
Conſequitur iuſſo manus, et muralia portat
Balliſtas tormenta graves, ſuetamque movere
Excelſas turres immenſae cuſpidis haſtam.
Iamque ubi feralem ſtrepitu circumtonat aulam
Cornea gramineum perſultans ungula campum;
Percitus hinnitu ſerpens evolvitur antro,
Et Stygios aeſtus fumanti exſibilat ore.
Terribilis gemino de lumine fulgurat ignis:
At

210. *capi* Oxon. Caeteri omnes libri *rapi.* 213. *obſequitur iuſſu* vulg. *Conſequitur iuſſo* MSti cum ed. Rom. et Mediol. *iuſſum* Parm. *rapto conſequitur paſſu manu* coni. Burmann. 218. *hinnitu* Modius et Colon. pro vulg. *immani.*

208. Ecce luxuriem poetae. Quis enim diſtinguat *pugnas, proelia, Martem, hoſtem?* 212. *planta fodiens* pro vulg. calcaria addens equo. cf. lib. VII, 66. — 215. *imm. cuſp. haſtam.* Falaricam intelligi, non temere cenſuit Drakenborch. De illa v. ſup. lib. I, 315. Plinius l. l. ad verſ. 152. ſerpentem expugnatum narrat balliſtis tormentisque; alii ſimilibus machinis. cf. Senec. Epiſt. 82.

216. 17. Cum equites ad antrum ſerpentis perveniſſent. Operoſo ornatu ſententiam effert. *Feralem aulam,* horrendam illam ſpeluncam, ſed meo ſenſu, non ſatis apta imitatione Virgilii, qui *Aeoli aulam* dixerat lib. I, 140. Tamen ſimili modo Virgil. Aen. VIII, 240. *At ſpecus et Caci detecta apparuit ingens Regia.* Et Orph. Argon. 391. αὐλὴν ἠεροειδῆ antrum obſcurum σπήλυγγα verſ. 377. — 218. *evolvitur* apte de ſerpente ſe movente, quod fit ſpirarum voluminibus evolutis et explicatis. cf. v. 227. 28. — 220. cf. Virgil. Georg. III, 433. ubi *flammantia lumina* de ſerpente dixit. cf. ſup. lib. II, 586. Ad verſſ. 221. ſqq. cf. Ovid. Met. III,

At nemus arrectae et procera cacumina saltus
Exsuperant cristae: trifido vibrata per auras
Lingua micat motu, atque assultans aethera lambit.
Vt vero strepuere tubae, conterritus alte
Immensum attollit corpus, tergoque residens
Cetera sinuatis glomerat sub pectore gyris.
Dira dehinc in bella ruit, rapideque resolvens
Contortos orbes, directo corpore totam
Extendit molem, subitoque propinquus in ora
Lato distantum spatio venit: omnis anhelat
Attonitus serpentis equus, frenoque teneri
Impatiens, crebros exspirat naribus ignes.
Arduus ille super tumidis cervicibus altum
Nutat utroque caput: trepidos inde incitus ira
Nunc sublime rapit, nunc vasto pondere gaudet
Elisisse premens. Tunc fractis ossibus atram
Absorbet saniem, et, tabo manante per ora,
Mutat hians hostem, semesaque membra relinquit.
Cedebant iam signa retro, victorque catervas
Longius

230. Locus a Modio primum ex Colon. emendatus, cum quo consentiebat Oxon. et caeteri scripti et priscae editt. Vulgatum *o. anhelans a. serpente et equus* extat in Iunt. Nicandri, quam nonnulli alii secuti sunt. 234. *Motat* vulg. *mutat* omnes fere scripti et editi, praeter Colon. ubi *nutat*. Sed Lefeb. ed. *mittit* e Cod. Tell.

III, 43. sq. et Virg. Georg. l. l. 439. quem felici variatione expressit Silius. Illud autem *aethera lambit*, quod Virgilius A. III, 574. de flammis Aetnae dixit, bene nunc ad serpentem altius se erigentem traduxit.

224. 26. Ad tubae clangorem serpens modo se attollit explicatis voluminibus, modo glomeratis contrahit. Luculentius haec extulit Ovidius Met. III, 77. *Ipse modo immensum spiris facientibus orbem cingitur: interdum longa trabe rectior exit.* Sed in his variandis certarunt passim poetae, ut mox Silius verss. 227. 28. *directo corp.* diducto, extenso.

234. *nutat caput*, pro, capite, hoc est, iactat caput. *utroque*, in utramque partem, ut Virg. Aen. V, 468. — 235. *sublime rapit*, sursum iacit comprehensos. 238. *mutat hostem.* v. supr. ad lib. V, 286. —239. *victor*, serpens, *premebat affl. p.* pestiferos halitus emitte-

Longius avectas afflatus peste premebat;
Cum ductor, propere revocatam in proelia turmam
Vocibus impellens, Serpentine Itala pubes
Terga damus, Libycisque parem non esse fatemur
Anguibus Ausoniam? Si debellavit inertes
Halitus, ac viso mens aegra effluxit hiatu;
Ibo alacer, solusque manus componere monstro
Sufficiam. Clamans haec, atque interritus hastam
Fulmineo volucrem torquet per inane lacerto.
Venit in adversam non vano turbine frontem
Cuspis, et, haud paulum vires adiuta ruentis
Contra ardore ferae, capiti tremebunda resedit.
Clamor ad astra datur: vocesque repente profusae
Aethereas adiere domos. Furit ilicet ira
Terrigena, impatiens dare terga, novusque dolori,
Et chalybem longo tum primum passus in aevo.
Nec frustra rapidi, stimulante dolore, fuisset
Impetus,

251. *feri* ed. Lefeb. 254. *doloris* coni. Burm. quia lib. XI, 26. *vetus doloris* occurrat. cf. vers. 616. 256. *rapido* vulg. ab Nicandro primum in Iunt. *rapidi* N. Heins. ex libris scriptis et ed. restituit. Lefeb. tamen edidit *rabidi* ex Rom. 2.

emittebat in fugientes, apertis veluti faucibus prosequens. — 244. Si vos ignavi et timidi ferre non potestis serpentis halitum, ego solus resistam. Similes ducum voces, quibus milites increpabant, supra vidimus, ut lib. II, 226. IV, 404. V, 640. seqq. — *mens effluit*, cum virtus e mente cedit, pavore occupata. — 249. *non vano turbine*, felici ictu, vulnus optatum faciente. v. supr. lib. V, 548. — 250. *vires adiuta*, h. vis cuspidis aucta est ex ardore ferae contra ruentis.

252. *Clamor*, militum, quo vulneratum et victum serpentem prosequebantur. Exempla talis clamoris passim obvia sunt, praesertim in Virgilio. cf. Aen. XI, 745. — 254. *Terrigena*, γηγενής, ut monstrum, et Gigas in suo genere, et supr. v. 151. *ira telluris natus*. Ita Statius de Nemaeo, Theb. V, 506. *terrigena erigitur serpens*, et apud Apollon. IV, 1398. χθόνιος ὄφις. — *dare terga*, vinci, simpl. — *novus dolori*, nondum antehac eum dolorem expertus, nec hasta unquam percussus. — 256-60. Non frustra fuisset impetus serpentis irruentis, nisi Regulus gyro ad

Impetus, ablato ni Regulus arte regendi
Inſtantem eluſiſſet equo, rurſuſque ſecutum
Cornipedis gyros flexi curvamine tergi,
Detortis laeva celer effugiſſet habenis.
At non ſpectator Marus inter talia ſegni
Torpebat dextra. Mea tanto in corpore monſtri
Haſta ſecunda fuit. Iam iamque extrema triſulca
Lambebat lingua feſſi certamine terga
Quadrupedis: torſi telum, atque urgentia velox
In memet ſaevi ſerpentis proelia verto.
Hinc imitata cohors certatim ſpicula dextris
Congerit, alternaſque ferum diducit in iras:
Donec murali balliſta coercuit ictu.
Tum fractus demum vires: nec iam amplius aegra
Con-

257. *alato equo* vulg. pro quo Cod. Putean. *allato.* Colon. *ablato*, h. e. fugiente, ut Marſus in Veneta edit. exponit, quamvis in contextu exhibeat *alato.* 285. *curſuque ſecutum* vulg. quod expreſſit Lefeb. Noſtra lectio ex ed. Parm. et tribus ſcriptis inducta. 260. *laevam* ex ed. Lefeb. expreſſi pro vulg. *laeva.* Nam ad laevam, non autem laeva manu equus detortus intelligi debet. 262. *torpebam* coni. Burman. Nempe Marus de ſe loquitur. At quanto gravius in tali oratione illud *torpebat.* 265. *urgentia* ex Colon. et Oxon. pro vulg. *ingentia.* 270. Si coniecturae locus eſſet, ego levi mutatione ita legerim: *nec iam amplius*, *aegre* etc. *acrius inſtat*, hoc ſenſu: cum ſpina

ad laevam facto effugiſſet. Naturae ordinem deſcribere affectavit poeta, operoſo verborum ornatu. Scilicet in his ſuperare poterat ſobriam Virgilii rationem. cf. Aen. XI, 695. *rapidi*, rapide irruentis, inſtantis, ut mox.

261. Iucunda orationis varietas, pro vulg. at ego non otioſus ſpectator eram. — 263. *iam iamque* etc. Cogita ſerpentem prope aſſecutum equum Reguli, ut lingua fere attingeret. — 265. *urgentia proelia.* Proprie ipſe ſerpens eſt urgens, dum inſtat, et inſequitur hoſtem Sed illa oratio poetica eſt. — 268. *alternas — deducit in iras.* Obſcura brevitate concepta ſententia, quam ita expedio: cohors militum telis coniunctim iaciendis efficit, ut ſerpens furorem ſuum, quem antea in ſolum Marum converterat, iam cum pluribus veluti partiatur, quia utrinque pugnandum erat. — 270. Seneca epiſt. 82. eodem modo; *moli-*

Conſuetum ad niſus ſpina praeſtante rigorem,
Et ſolitum in nubes tolli caput, acrius inſtat.
Iamque alvo penitus demerſa falarica ſedit,
Et geminum volucres lumen rapuere ſagittae:
Iam patulis vaſto ſub vulnere faucibus aer
Tabificam exſpirat ſaniem: ſpes ultima iamque
Ingentis caudae, et iaculis, et pondere conti
Haeret humi, laſſoque tamen minitatur hiatu:
Donec tormentis ſtridens magnoque fragore
Diſcuſſit trabs acta caput, longoque reſolvens
Aggere ſe ripae, tandem exhalavit in auras
Liventem nebulam fugientis ab ore veneni.
  Erupit triſti fluvio mugitus, et imis
Murmura fuſa vadis; ſubitoque et lucus, et antrum,
Et reſonae ſilvis ulularunt flebile ripae.
Heu quantis luimus mox triſtia proelia damnis!

Quan-

ſpina balliſta percuſſa aegre praeſtaret conſuetum rigorem, non iam amplius acrius inſtat. Abſurde Dausq. haec iungit *tum fractus demum vires acrius inſtat*, caeteris parentheſi incluſis. 271. *vigorem* vulg. Heinſio placebat *ſpira ultima iamque ingentis caudae.* 276. Secutus ſum in hoc loco Villebrunium, cuius lectio nec nova erat, et ſola commodum ſenſum fundebat. *Spes ultima* iam Heinſ. ex editt. nonnullis recentioribus laudaverat, et *ingentis caudae*, exhibebat ed. Mediol. Drakenb. ediderat *ſpecus ultima iamque ingenti cauda*, nullo fere ſenſu, quamvis Barthius ſpecum ultimam de imo ventre explicaverat. 278. *laxoque* vulg. quod primum Marſus edidit. *lapſoque* ed. Lefeb. ex Rom. 2.

molaribus demum fracta vis eſt. De caeteris, quae ſequuntur v. Var. Lect. — 276-78. cauda, ultima ſpes proſtrati ſerpentis, iam quoque iaculis fracta humi iacet. vid. Var. Lect. — 280. *reſolvens ſe*, extenſus. *Aggerem ripae* dixit exemplo Virgil. A. VII, 106. cf. Valer. Fl. VI, 149.

283. ſeqq. Necem ſerpentis, veluti Genii cuiusdam loci, et famuli Naiadum, ſequuntur voces luctuoſae, e fluvio, antro et nemore editae, noto phantaſmate poetarum, cuius multa exempla congeſſit Cerda ad Virgil. A. VII, 759 *Famulum* Naiadum, ut cuſtodem fluvii, qui tueatur et defendat omnem locum. v. Heyn. ad Virgil. A. V, 95. — Ad verſ. 286. cf. Flor. II, 2. ubi ſerpentem hunc

Quantaque ſupplicia et quales exhauſimus iras!
Nec tacuere pii vates, famulumque ſororum
Naïadum, tepida quas Bagrada nutrit in unda,
Nos violaſſe manu ſeris monuere periclis.
Haec tunc haſta, decus nobis pretiumque ſecundi
Vulneris, a veſtro, Serrane, tributa parente,
Princeps quae ſacro bibit e ſerpente cruorem.
  Iamdudum vultus lacrimis atque ora rigabat
Serranus, medioque viri ſermone profatur:
Huic ſi vita duci noſtrum duraſſet in aevum,
Non Trebia infauſtas ſuperaſſet ſanguine ripas;
Nec, Thraſymene, tuus premeret tot nomina gurges.
  Tunc ſenior, Magnas, inquit, de ſanguine poenas
Percepit Tyrio, et praeſumta piacula mortis.
Nam, defecta viris et opes attrita, ſupinas

Africa

289. *trepida* Colon. 300. *praecepit* vulg. quod damnabat N. Heinſ. propter ſequentia *praeſumta piacula*, ne bis idem diceretur. Sed haec in Silio non eſt iuſta cauſa damnandi.

hunc *in vindictam Africae natum* dicit. In his cum iam Florus poetam magis quam hiſtoricum egiſſet, Silius nunc fictionem abſolvit, inducitque Marum ex internecione ſerpentis ſequentem Romanorum ipſiusque Reguli calamitatem augurantem. — 291. Haec ergo cohaerent cum verſ. 138. unde hanc omnem narrationem inchoaverat, ut declararet, quo nomine haſta ſua ſibi eſſet tam cara et veneranda. 293. *princeps bibit cruorem*, prima vulnus ſerpenti inflixit. Formula apud graecos et latinos poetas ſatis frequens. Drakenborch. laudavit Anthol. lib. I, 22. Epigr. 4. *ἓν δὲ βέλος δισσῶν αἷμ' ἔπιεν θανάτων.* Virgil. A. XI, 804. *virgineum alte bibit acta cruorem.*

298. *nomina*, viros, milites caeſos, ut graeci *ὀνόματα.* — *premeret*, tegeret, abſconderet.

299. Regulus mortem ſuam multis Tyriorum caedibus, antecapta quaſi poena, ultus eſt. — His verbis Marus partim conſolatur Serranum de morte parentis lamentantem, partim, poeta quidem ſic moderante, tranſitum parat ad ſequens epiſodium de pugna infelici Romanorum cum Xanthippo, et Reguli ſupplicio. De verbis cf. lib. V, 212. 13.

301. ſeqq. In mediam rem,

pro

Africa tendebat palmas, cum sidere diro
Misit Agenoreis ductorem animosa Therapne.
Nulla viro species, decorisque et frontis egenum
Corpus; in exiguis vigor (admirabile) membris
Vividus, et nisu magnos qui vinceret artus.
Iam Martem regere, atque astus adiungere ferro,
Et durus facilem per inhospita ducere vitam.
Haud isti, quem nunc penes est sollertia belli,
Cederet Hannibali. Vellem hunc, o tristia nobis
Taygeta, hunc unum non durassetis opacis
Eurotae ripis. Vidissem moenia flammis
Phoenissae ruere, aut certe non horrida fata
Flevissem ducis, et nulla quos morte nec igni
Exutos servans portabo in Tartara luctus.
Consertae campis acies, multusque per arva
Fervebat Mavors; nec mens erat ulla sine ira.

Hic

307. *Martem ciere* priscae editt. Sed *regere* Colon. et sic Wolf. edidit in Basil. N. Heins. coni. *tegere*. 314. Locus haud dubie mendosus. Primum legendum est *at* pro *et*. Nam por-

pro more, nos abripit poeta. Carthaginienses a Romanis diu vexati, urbisque expugnationem metuentes, auxilium a Lacedaemoniis petunt, qui Xanthippum cum copiis mittunt. Ergo caussas et nexum rerum ex historia petamus necesse est. v. Polyb. lib. I, 32. Flor. II, 2. — 303. *sidere diro*, pessimo omine. *Therapne* civitas Laconiae bellicosa. Vnde aliis in locis Xanthippum Silius vocat *conductum Laconem*, ut lib. II, 305. et *Ledaeum* IV, 358. — 307. 308. imperator erat peritus, callidus, et laborum patiens.

310. *Taygeta* iuga, more poetico, pro omni Lacedaemonia, Xanthippi patria, appellat. cf. lib. IV, 365. — *vellem non durassetis*. Adludit ad morem Laconum, qui filios suos in aqua fluviali durare et exercere solebant cf. Meurs. Lacon. cap. 9. Sensus autem simplex huc, ni fallor, redit: vellem hunc unum Xanthippum nunquam extitisse apud Lacedaemonios. — 313. *horrida fata*, horrendum supplicium Reguli.

Hic inter medios memorandis Regulus aufis
Laxabat ferro campum, ac per iniqua ruebat,
Nec repetenda dabat letali vulnera dextra.
Sic ubi nigrantem torquens ftridentibus auftris
Portat turbo globum, piceaque e nube ruinam
Pendentem terris pariter pontoque minatur;
Omnis et agricola, et nemorofo vertice paftor,
Et pelago trepidat fubductis navita velis.
At fraudem nectens, focios ubi concava faxa
Claudebant, vertit fubito certamine Graius,

Et

portabo non cohaeret cum vocibus *vidiffem*, et *fleviffem*. Quid autem fibi vult *quos* — *exutos?* Quid, quaefo, eft, quod *mortem* et *ignem*, compofuit? Haec vitiofa funt. Burmannus coniiciebat legendum, *at nullā nunc* etc. Lefeb. edidit *at* — *exutus*, hoc fere fenfu: aliquos luctus, a quibus me nulla mors, nec ignis abftrahet, in tartara portabo. Iam equidem in fenfu non valde haereo. Immo vero verba non probo, quibus in omni Silio nulla alia duriora et magis abfona extant. 318 *Hic iter in medios* Marf. et fic Livineius coni. 319. verfus emendatus a Gronovio in Obfervatt. Vulgatum erat, *laxabat ferro, campoque pericla ruebat*. Oxon. *campum ac pericula*. Putean. *campo ac pericla*. Colon. *campumque pericla*. Pro *per iniqua* N. Heinf. coni. *per tela*, et fic ed. Lefeb. 326-28. Hos tres verfus, vitiofe primum ab Nicandro expreffos, Modius et Barthius et N. Heinf. ex membranis fuis emendarunt, verfu etiam expulfo, qui 327. fequebatur, *vertit equum fimulatque fugam graviore ruina*. Singulas huius loci varietates, minutas illas, et poft iftam emendationem etiam ineptas commemorare, putidum foret. Vnum addo Burmanno placuiffe, *focios ubi concava faxa Condebant*, ut infidias innuat poeta, quas hic fuiffe ex verf. 336. patet.

li. Ad verff. feqq. cf. Var. Lect.

318. *memorandis aufis*, infigni virtute et audacia. *per iniqua*, loca periculofa, per denfam hoftium aciem. v. lib. IV, 462. feqq. — 320. *non repetenda vulnera* funt, ex uno ictu lethalia. Summus impetus in omni hoc loco defcribitur, quo Regulus obvios hoftes interficiebat. Iam terrorem, quem ex illo impetu hoftes acceperint, fequens comparatio declarat. *Turbo* eft procella, tempeftas. *nigrantem globum* dicit nubem denfam, gravidamque imbre et fulminibus. *ruinam pendentem*, praefentem, mox impendentem. cf. ad lib. V, 191.

326. feqq. Xanthippus ficta fuga Romanos in infidias fociorum pertrahit. Haec per

partes

Et dat terga celer ficta formidine ductor.
Haud secus ac, stabulis procurans otia, pastor
In foveam parco tectam velamine frondis
Ducit nocte lupos positae balatibus agnae.
Abripuit, traxitque virum fax mentis honestae
Gloria, et incerti fallax fiducia Martis.
Non socios, comitumve manus, non arma sequentum
Respicere; insano pugnae tendebat amore
Iam solus: nubes subito cum densa Laconum
Saxosis latebris intento ad proelia circum
Funditur, et Poena insurgit vis saeva virorum.
O dirum Latio lucem, fastisque notandam!
Dedecus, o Gradive, tuum! Tibi dextera et urbi
Nata tuae tristi damnatur sorte catenae.
Haud unquam absistam gemitu. Te, Regule, vidit
Sidonius carcer? Tuque huic sat magna triumpho
Visa

329. *e stabulis* Oxon. et Putean. cum editt. Rom. et Parm. 336. *Iam soli*, et mox *intenta ad proelia* Barthius ex Oxon. cod. proposuit. Vulgatum primum a Marso erat *intendens proelia*. Nostram lectionem ex Colon. cod. et ed. Parm. Heinsius receperat. 338. *et poenae* vulg. *poena* Colon. pro Poena, id est, Punica. Ex vitiosa scriptura codicis Oxon. Barthius coniecerat *et Poenûm insurgit vis spreta virorum*. Ex quibus *Poenûm virorum* non displicebat Drakenborchio. Denique *vis caeca* coni. N. Heins. 339. *fastisque notandum Dedecus* iungit cod. Oxon. cum ed. Rom. 342. *ten', Regule* et mox *tune huic* coni. Heins.

partes enunciantur. *vertit* scil. agmen suum. *subito certam*, repentino motu. Diserte Cicero Off. III, 26. et Valer. M. I, 1. 14. tradunt insidiis captum Regulum. v. mox vers. 336. 37. — Sequitur a v. 329. comparatio ad has insidias declarandas apta. Antiquissimum artificium luporum capiendorum commemorarunt Horat. Epist. I, 16. v. 50. Stat. Silv. II, 5. 9. — *positae*, in fossam depositae, ad lupum balatibus provocandum.

337. *intento ad proelia*, Regulo in proelium ruenti. 338. *vis saeva virorum*, ambigue, copiam dixerit *vim*, an impetum ruentium. Simili forma Virgil. Cul. 341. *Ibat in altum Vis Argoa petens patriam*, et cf. Heyn. ad Aen. IV, 132. — Ad v. 340. cf. dicta

Viſa es, Carthago, Superis? Quae poena ſequetur
Digna ſatis tali pollutos Marte Laconas?
At nova Eliſſaei iurato foedera Patres
Conſultant mandare duci, paciſque ſequeſtrem
Mittere poſcentes vinctam inter proelia pubem,
Captivamque manum ductore rependere noſtro.
Nec mora: iam ſtabat primis in litoris undis
Navali propulſa ratis; iam nautica pubes
Aut ſilvis ſtringunt remos, aut abiete ſecta
Tranſtra novant: his intortos aptare rudentes,
His ſtudium erecto componere carbaſa malo.

348. *victam* vulg. et ſic Lefeb. *vinctam* N. Heinſ. ex Colon.

dicta v. 84. — 345 *pollutos Laconas t. m.* quatenus non virtute, ſed fraude et inſidiis captum Regulum dixerat. Eo quoque pertinet, quod ſupra *dedecus Martis* hoc proelium appellat.

346. ſeqq. Senſum verborum expediet locus Ciceronis Off. ſupra laudatus, quem manifeſte poeta ſecutus eſt: *Iuratus miſſus eſt ad ſenatum, ut, niſi redditi eſſent Poenis captivi nobiles quidam, rediret ipſe Carthaginem.* Hoc ille expreſſit *rependere ductore captivam manum*, captivos Carthaginienſes cum Regulo permutare. Hinc et *pacis ſequeſtrem* appellat, arbitrum pacis. v. Heyn. ad Virg. A. XI, 133. et Ovid. Faſt. I, 287.

350. ſeqq. Carthaginienſes nave Romam proficiſcuntur. Iam hic locus luxurioſe inſtruitur coloribus et pannis ex Homero, et Virgilio paſſim compoſitis. Nec ſine arte ſingula digeſta et elata reperimus. Sed iudicium poetae deſideramus, qui, ut ſcirent lectores unam navem armatam et emiſſam eſſe, tantum verborum et ornamentorum apparatum impendit, quantum vix requireremus, ſi de claſſe ad bellum inſtruenda ſermo eſſet. — 352. *ſtringunt remos*, arbores, quae pro remis ſint, incidunt; e Virgil. I, 552. — *abiete ſecta*, trabibus abiegnis, ut in equo Troiano Virgil. A. II, 16. cf. V, 752. — 353. *intortos*, epitheton formam ſignificans. Nam omnes funes nautici ſunt intorti. cf. Virg. A. IV, 575. — 354. Haec centies in Homero occurrunt, *εὖ δ' ἱςὸν τ' ἐτίθεντο καὶ ἱςία νηΐ μελαίνῃ.* Odyſſ. δ, 578. 781. ϑ, 52. et alibi. — 355. ancora in priora collocatur. Luſum poetae obſerva.

Vnca locant prora curvati pondera ferri.
Ante omnes doctus pelagi rectorque carinae
Puppim aptat clavumque Cothon. Micat aereus alta
Fulgor aqua trifidi splendentis in aequore rostri.
Tela simul variamque ferunt contra aspera ponti
Rerum ad tempus opem. Mediae stat margine puppis,
Qui voce alternos nautarum temperet ictus,
Et remis dictet sonitum, pariterque relatis
Ad numerum plaudat resonantia caerula tonsis.
Postquam confectum nautis opus, horaque cursus,
Atque armata ratis, ventoque dedere profundum;
Omnis

360. *rerum ad tempus* mendosum videbatur N. Heinsio, qui *durum ad t.* coniiciebat. Quidni *ferum ad tempus?* 365. *ventique dedere prof.* vulgata lectio, hoc est, postquam venti permittebant navigationem, ventis tum flantibus. Certe multo durior mihi visa est formula, quam ex MS. reposuit N. Heinsius, *ventoque ded. prof.* pro *postquam navem vento commiserunt.* Ventis, vel profundo vela dare, notior locutio est. cf. Virg. Aen. I, 35. XII, 263.

va. — 357. In delectu nominis gubernatoris poetam adlusisse ad Cothonem insulam, vel portum Carthaginis, Marsus adnotavit. v. Strab. XVII, p. 1189. ed. Cas. — 358. *trifidi rostri.* cf. Virgil. A. V, 143. Valer. Flacc. I, 688. *aes tridens* dixit. 359. *variam opem,* apparatum navalem, instrumenta, cibaria, et caetera, quibus iter navale instrui solet. Ergo vers. 365. *armata ratis* h. e. instructa.

361-63. Fuse disputant D. Heinsius et Drakenborch, utrum h. l. κελευστής intelligatur, qui remigibus praecipiebat, ut modo remis incumberent, modo ab opere quiescerent, nunc fortius, nunc remissius remigarent; (de quo locus classicus est Polybii, I, 21.) an vero symphoniacus, qui cantu efficiebat, ut nautae remis aequaliter mare plauderent. Posteriori sententiae favent formulae *voce ictus temperare, dictare sonitum, ad numerum plaudere.* Similia de Orpheo occurrunt apud Apollon. ut lib. I, 540. ὑπ' Ὀρφῆος κιθάρῃ πέπληγον ἐρετμοῖς Πόντου λάβρον ὕδωρ, et Valer. Fl. I, 470. seqq. cf. omnino Scheffer. de re nav. III, 1. et IV, 7. — *relatae ad numerum tonsae,* remi ad numerum certum elati et mari incussi.

365. *ventoque d. p.* v. in Var.

Omnis turba ruit, matres, puerique, ſeneſque.
Per medios coetus trahit atque inimica per ora
Spectandum Fortuna ducem. Fert lumina contra
Pacatus frontem: qualis cum litora primum
Attigit appulſa rector Sidonia claſſe.
Acceſſi comes haud ipſo renuente, ratique
Impoſitus maeſtis ſocium me caſibus addo.
Illuviem, atque inopes menſas, durumque cubile,
Et certare malis urgentibus, hoſte putabat
Devicto maius; nec tam fugiſſe cavendo
Adverſa egregium, quam perdomuiſſe ferendo.
Spes tamen una mihi, (quanquam bene cognita et olim
Atrox illa fides) urbem, muroſque, domumque
Tangere ſi miſeris licuiſſet, corda moveri
Poſſe viro, et veſtro certe miteſcere fletu.
Claudebam ſub corde metus, lacrimaſque putabam
Eſſe viro, et noſtrae ſimilem inter triſtia mentem:
Cum tandem patriae Tiberino allabimur amni.
Servabam vultus ducis ac prodentia ſenſum
Lumina, et obtutu perſtabam intentus eodem.

368. *fortuna.* Aegre ferebam conſtantiam codicum in illo verbo, cuius nec cauſam nec ornatum h. l. intelligebam. Minus offendiſſem, ſi ſcriptum fuiſſet *importuna* ſcil. turba. Neque ſatisfecit Villebrunius, qui in verſione iunxit *inimica fortuna*, un ſort jaloux. Succurrebat autem, etiam Livium in eadem re fortunae mentionem feciſſe, Epit. 18. *Quaerente fortuna, ut magnum utriusque caſus exemplum in Regulo proderetur* etc.
380. *viri* Colon. et Oxon.

Var. Lect. — 368. *fortuna.* Cur haec? v. Var. Lect. — 372. *maeſtis caſibus*, proprie, qui maeſtos reddunt, h. e. triſtibus, funeſtis. — 371. *illuviem*, ſordes et ſqualorem nauticum, ſcil. fortiter tolerare, et haec vitae incommoda ſpernere, *maius*, praeclarius eſſe putabat, quam hoſtem vincere. Haec ſententia mox variatur. — 378. *atrox fides* eſt nunc pertinax conſtantia animi et religio fidei ſervandae, quae ne ſuppliciis quidem cedit. — 380. *veſtro fletu*, tuo, et tuorum; nam ad filium loquitur Marus. cf. verſ. 403.

384. *ſervabam*, obſervabam.

Si qua fides, unum, puer, inter mille labores,
Vnum etiam in patria, ſaevaque in Agenoris urbe,
Atque unum vidi poenae quoque tempore vultum.
Obvia captivo cunctis ſimul urbibus ibat
Auſonia, et, campum turba vincente, propinqui
Implentur colles: ſtrepit altis Albula ripis.
Ipſi Poenorum proceres immitia corda
Ad patrios certant cultus revocare, togaeque
Addebatur honos. Stetit, illacrimante Senatu,
Et matrum turba, iuvenumque dolore profuſo,
Inter tot gemitus immobilis. Aggere Conſul
Tendebat dextram, et patria veſtigia primus
Ponentem terra occurſu celebrabat amico;
Collegit greſſum; monituſque recedere Conſul,
Nec ſummum violare decus: cingente ſuperba

Poe-

389. *iunctis* coni. Heinſ.

bam. — 386. *ſi qua fides*, ſcil. mihi eſt apud te, ſi mihi credere vis. Eſt formula adſeverandi — 388. *poenae tempore*, cum in carcere eſſet, inter ſupplicia.

390. *campum turba vincente* pro vulgari, campo multitudinem hominum non capiente. Exaggerat rem, ut poeta. 391. *Albula* vetus nomen Tiberis. v. Virgil. A. VIII, 332. Livius I, 3.

392-94 Silius vult, inquit N. Heinſius, veſtitum Romanum a Carthaginienſibus ultro oblatum a Regulo fuiſſe reiectum. Nempe credibile eſt, Regulum, cum captivus in carcerem duceretur, Poenis veſtibus indutum fuiſſe. Iam igitur Poeni gratificari id Regulo volebant, ut in patria patrio veſtitu, et toga amictus incederet. Illum autem eam gratiam recuſaſſe, partim e verſu 407. patet, partim eo referenda ſunt illa: *ſtetit immobilis*. Interpres Francogallicus ita locum extulit: Les Sénateurs Carthaginois qui l'amenoient, veulent en vain gagner ſur ſon ame inflexible de reprendre les habits de ſa patrie, même la toge; il demeura inébranlable etc.

395. *aggere*, e litore. *celebrabat occurſu*, pro vulg. honoris cauſa ei obviam ivit, atque amice excepit. — 400. *ſummum decus*, maieſtatem Romani conſulis, qua indignum foret captivum amplecti. —

402.

Poenorum turba, captivoque agmine feptus
Ibat, et invidiam coelo Divifque ferebat.
Ecce trahens geminum natorum Marcia pignus,
Infelix nimia magni virtute mariti,
Squalentem crinem et triftes lacerabat amictus.
Agnofcifne diem? an teneris non haefit in annis?
Atque ea, poftquam habitu iuxta et velamine Poeno
Deformem afpexit, fufis ululatibus aegra
Labitur, et gelidos mortis color occupat artus.
Si qua Deis pietas, tales, Carthago, videre
Dent tibi Sidonias matres! Me voce quieta
Affatus, iubet et veftros et coniugis una
Arcere amplexus, patet impenetrabilis ille
Luctibus, et nunquam fubmiffus colla dolori.
Hic alto iuvenis gemitu lacrimifque coortis,
Magne parens, inquit, quo maius numine nobis
Tarpeia nec in arce fedet, fi iura querelis
Sunt conceffa piis, cur hoc matrique mihique
Solamen, vel cur decus hoc, o dure, negafti,
Tangere facratos vultus, atque ofcula ab ore

 Liba-

413. *arceri* vult N. Heinf.

402. *invidiam ferebat*, adferebat h. efficiebat conftantia fua, ut omnium odium in Deos converteretur, qui tantae fidei et virtutis virum tam indigne tractari paterentur. Ita Marfus bene.

403. feqq. Sequitur locus non fine iucunda varietate rerum, et affectuum apta notatione tractatus a poeta. — *Marcia*, uxor Reguli. 406. Quaerit Marus ex Serrano, num eius diei recordetur, an *non haeferit*, effluxerit e memoria, propter teneram aetatem. 409. *mortis color*, pallor. 413. *patet luctibus*, quatenus cernit et audit lugentes, ut fup. v. 394. *ftetit inter tot gemitus immobilis.* Simili metaphora apud Virgil. Aen. XI, 644. Herminius nudus vertice et humeris *in arma patet.* — *fubmiffus colla*, pro vulg. victus. Antiquiffimo more victi hoftes victori colla pedibus calcanda praebebant. cf. lib. X, 216. XI, 19.

415. feqq. Apte ad naturam pii animi Serranus narrantis fermonem interrumpit, eva-

Libaviſſe tuo? Dextram mihi prendere dextra
Non licitum? Leviora forent haec vulnera quantum,
Si ferre ad manes infixos mente daretur
Amplexus, venerande, tuos. Sed vana recordor
Ni, Mare, (nam primo tunc haerebamus in aevo)
Humana maior ſpecies erat: horrida cano
Vertice deſcendens ingentia colla tegebat
Caeſaries, frontique coma ſqualente ſedebat
Terribilis decor, atque animi venerabile pondus.
Nil poſthac oculis ſimile incidit. Excipit inde
Iam Marus, atque, inhibens convellere vulnera queſtu,
Quid, cum praeteritis inviſa penatibus, inquit,
Hoſpitia et ſedes Poenorum intravit acerbas?
Affixi clipei, curruſque, et ſpicula nota
Aedibus in parvis, magni monumenta triumphi,
Pul-

434. *ſpicula vota* coni. N. Heinſ. ex duobus libris. 435. *Magno* ed. Lefeb.

evanidam parentis memoriam conquerens. 422. 23. Solatium inihi nunc eſſet doloris, ſi poſſem amplexus tui et oſculorum recordari. — Iam quae ſequuntur v. 425. ſcite et ex ordine naturae addita agnoſcimus. Serranus imaginem paternam, cuius obliteratam memoriam queſtus erat, veluti collectis e phantaſia fragmentis ſibi componit. — *vana recordor, ni* etc. pro vulgari, ni fallor. — 428. *fronti ſedebat* exquiſite pro, in fronte et ore conſpicua erat ſumma viri maieſtas, et gravis virtus.

430. *convellere vulnera queſtu*, proprie, quatenus nimio fletu adiuvatur aeſtus ſanguinis, pernicioſus ille vulneribus curandis. — 432. 33. Quid, ſi eum vidiſſes domum ſuam praetereuntem et Poenorum hoſpitium intrantem. Has *ſedes Poenorum acerbas*, et *inviſa hoſp.* dicit. Mox ornamenta domus Reguli, ut viri triumphalis, recenſentur. *aedes parvas* autem tribuit Regulo, viro frugali, ut *parvos penates* veterum Romanorum ſupra laudaverat lib. I, 616, qui omnis locus nunc comparandus eſt. — *pulſabant oculos*, Reguli et noſtros, inquit Marus, quatenus aſpectus illorum ornamentorum acerbum fortunae mutatae ſenſum in animis noſtris excitabat.

Pulſabant oculos, coniuxque in limine primo
Clamabat, Quo fers greſſus? Non Punicus hic eſt,
Regule, quem fugias, carcer. Veſtigia noſtri
Caſta tori, domus et patrium ſine crimine ſervat
Inviolata larem. Semel hic, iterumque (quid, oro,
Pollutum eſt nobis?) prolem, gratante Senatu
Et patria, ſum enixa tibi. Tua, reſpice, ſedes
Haec eſt, unde ingens humeris fulgentibus oſtro
Vidiſti Latios Conſul procedere faſces;
Vnde ire in Martem, quo capta referre ſolebas,
Et victor mecum ſuſpendere poſtibus arma.
Non ego complexus et ſanctae foedera taedae
Coniugiumve peto. Patrios damnare Penates
Abſiſte, ac natis fas duc concedere noctem.
Hos inter fletus iunctus veſtigia Poenis
Limine ſe cluſit Tyrio, queſtuſque reliquit.
Vixdum clara dies ſumma luſtrabat in Oeta
Herculei monumenta rogi, cum Conſul adire
Accirique iubet Libyas. Tum limina templi

444. *procedere* N. Heinſ. ex libris priſcis vindicavit, pro vulg. *praecedere*. 453. *adiri* coni. N. Heinſ.

436. ſeqq. Satis plena affectus coniugalis oratio, qua Marcia deverſorium domus ſuae commendat. Qui animum habent his ſenſibus apertum, fortaſſe coniugis relictae ſortem commiſerabuntur. Vna ſententia verſuum 447 - 49. hos ſenſus turbare valet, contraria σεμνότητι huius loci, et fere abſurda, ne ridiculam dicam. — 441. *gratante*, gratias mihi habente, quod tam generoſam ſtirpem Reguli propagaverim. — 450. *iunctus veſtigia*, poetice pro vulg. ſecutus Poenos. *Limen Tyrium* variata formula dicit deverſorium Punicum. cf. verſ. 433.

452. ſeqq. Poſtero die Conſul Poenos in curiam convocat. In media hac narratione, ſedatiori quidem, neſcio quomodo non ſatis placeat tam magnifica ſolis exorientis imago. *Oetam* montem in ſimili re adhibuerat Virgilius, ut Eclog. VIII, 30. ubi vid. Heyn. et Cir. 349. Nempe in genere ſol oriens montes primum radiis attingit. De caeteris cf. ſup. lib. III, 43. — 454. *limina templi*, curiam, ut

Vidimus intrantem. Quae conſultata Senatus,
Quaſve viri voces extremum Curia maerens
Audierit, placido nobis ipſe edidit ore.
Intulit ut greſſus, certatim voce manuque
Ad ſolitam ſedem et veſtigia nota vocabant.
Abnuit, antiquumque loci aſpernatus honorem eſt.
At circumfuſi non ſecius undique dextram
Prenſare, ac, patriae ductorem nomine tanto
Redderet, orabant: captiva poſſe redemtum
Penſari turba: ac Tyrias tum iuſtius arces
Arſuras dextra, fuerit quae vincta catenis.
Tum palmas ſimul attollens ac lumina coelo:
Iuſtitiae rectique dator, qui cuncta gubernas,
Nec levior mihi Diva Fides, Sarranaque Iuno,
Quos reditus teſtes iurata mente vocavi,
Si mihi fas me digna loqui, Latioſque tueri
Voce focos, ibo ad Tyrios non ſegnior, inquit,
Stante fide reditus, et ſalvo foedere poenae.
Sic nobis rerum exitio deſiſtite honorem
Ten-

455. *Senatu* ed. Lefeb.

ut locum ſacrum. v. ſup. lib. I, 617. et lib. XI, 72.

459. *ſolitam ſedem*, inter conſulares, quem mox *antiquum loci bonorem* dicit. — 462. *ductorem nomine tanto*, ὀνόμαστον, tam inſignem, clarum. Forma loquendi eſt Siliana, de qua v. ſup. lib. V, 418.

468. *nec levior*, non minus mihi veneranda. *Sarrana Iuno*, Tyria, Carthaginienſis. v. lib. I, 26. ſeqq. et Virgil. A. I, 446. — 469. *iurata mente*, iureiurando addito, ſimpliciter. Drakenborchius argutatur, cum vult Regulum ſignificaſſe, ſe non lingua ſolum, ſed mente etiam iuraſſe.

470. Si *fas eſt*, ſi mihi licet ea loqui, quae mea perſona, et viro Romano digna ſint. Arguta formula *Tyrios focos voce tueri* pro vulg. dignum Romano homine loqui. — 472. *foedus poenae* dicit conditionem illam, qua Romam venerat, ut ſi re infecta rediiſſet, ſupplicio afficeretur.

473. *rerum exitio*, cum detrimento reipublicae, inquit Cel-

Tendere. Tot bellis, totque annis fregimus aevum:
Nunc etiam vinclis et longo carcere torpent
Captivo in ſenio vires. Fuit ille, nec unquam,
Dum fuit, a duro ceſſavit munere Martis
Regulus. Exſangui ſpectatis corpore nomen.
At non Carthago, fraudum domus, inſcia quantum
E nobis reſtet, iuvenes parat, aſpera ferro
Pectora, captivos noſtra penſare ſenecta.
Ite dolos contra: genſque aſtu fallere laeta
Diſcat, me capto quantum tibi, Roma, ſuperſit.
Nec vero placeat, niſi quae de more parentum
Pax erit. Expoſcunt Libyes, nobiſque dedere
Haec referenda, pari libeat ſi pendere bellum
Foedere, et ex aequo geminas conſcribere leges.
Sed mihi ſit Stygios ante intraviſſe penates,
Talia quam videam ferientes pacta Latinos.
  Haec fatus Tyriae ſeſe iam reddidit irae,

474. *vendere* coni. N. Heinſ. et probavit in notis Drakenborch. 480. *En, vobis reſtet*, ed. Lefeb.

Cellarius, Marſum ſecutus. Recte. Hoc detrimentum quale ſit, mox Regulus docet verſ. 479. ſeqq. — 474. *fregimus aevum* In proſa eſſet: anni et labor bellicus me fregerunt, ſenem et imbecillum reddiderunt. 476. *fuit ille Regulus.* Non iam ſum is, qui antea fui. Eo pertinet mox *exſangue corpus*, et *nomen*, cui explicando bene convenit locus Livii V, 18. a Drakenborchio laudatus, ubi Licinius, *me iam*, inquit, *non eundem, ſed umbram nomenque P. Licinii relictum videtis.*

479. ſeqq. Regulus captivorum permutationem diſſuadet duabus ex cauſis, damno, et dedecore. *Carthago non inſcia*, quae non ignorat, *quantum e nobis reſtet*, h. e. quam exiguae meae ſint vires, callide captivos ſuos, vegetos ad bellum iuvenes, mecum homine ſene et decrepito, permutari cupit. — De aſtuto Carthag. ingenio v. ſup. lib. III, 233. — 484. Pax ne fiat, niſi *de more parentum*, honeſtis conditionibus. Ergo mox diſſuadet, ne Romani *pari foedere*, paribus pacis conditionibus *bellum pendant*, h. e. diſſolvant, finiant.

Nec monitus ſpernente graves fidoſque Senatu,
Poenorum dimiſſa cohors. Quae maeſta repulſa,
Ac minitans capto, patrias properabat ad oras.
Proſequitur vulgus Patres: ac planctibus ingens
Perſonat et luctu campus. Revocare libebat
Interdum, et iuſto raptum retinere dolore.
At trepida, et ſubito ceu ſtans in funere, coniux
Vt vidit puppi properantem intrare, tremendum
Vociferans, celerem greſſum referebat ad undas:
Tollite me, Libyes, comitem poenaeque neciſque.
Hoc unum, coniux, uteri per pignora noſtri
Vnum oro; liceat tecum quoſcunque ferentem
Terrarum pelagique pati coelique labores.
Non ego Amyclaeum ductorem in proelia miſi,
Nec noſtris tua ſunt circumdata colla catenis.
Cur uſque ad Poenos miſeram fugis? Accipe mecum
Hanc prolem. Forſan duras Carthaginis iras
Flectemus lacrimis: aut, ſi praecluſerit aures
Vrbs inimica ſuas, eadem tunc hora manebit
Teque tuoſque ſimul: vel, ſi ſtat rumpere vitam,
In patria moriamur. Adeſt comes ultima fati.

Has

491. *monitus* ſc. Reguli. Senatus intelligebat vere atque utiliter monuiſſe Regulum. cf. Liv. Epit. 18. — 497. etc. Sequitur locus plenus miſerationis et affectus, cuius veluti per gradus progreſſio et incrementum ut perſonae uxoris a marito relictae plane accommodata eſt, ita non infelix poetae ingenium declarare valet. Nihil omiſſum reperies, quod affectus coniugis et matris ad perſuadendum maritum effingere poſſit. — 504. 5. Non ego ſum, quae Xanthippum tibi victorem immiſerim, vel catenas collo tuo circumdederim. Cur ergo me fugis, tanquam calamitatis tuae auctorem? — 506. *accipe mecum h. p.* patere ut ego cum liberis te ſequar. — 509. *eadem h. m.* coniunctim moriemur. Similis et nunc fortaſſe menti poetae obverſata oratio eſt ad Didonem morituram Annae ſororis, Virgil. Aen. IV, 677. *Comitemne ſororem ſpreviſti moriens? Eadem me ad fata vocaſſes: Idem ambas ferro dolor, atque eadem hora tuliſſet.* — 511. *adeſt*, nunc maiore cum affectu

Has inter voces, vinclis resoluta moveri
Paulatim, et ripa coepit decedere puppis.
Tum vero infelix, mentem furiata dolore,
Exclamat, fessas tendens ad litora palmas:
En, qui se iactat Libyae populisque nefandis
Atque hosti servare fidem! Data foedera nobis,
Ac promissa fides thalamis ubi, perfide, nunc est?
Vltima vox duras haec tunc penetravit ad aures:
Cetera percussi vetuerunt noscere remi.
Tum fluvio raptim ad pelagi devolvimur oras,
Ac legimus pontum, pinuque immane cavata
Aequor, et immensas curva trabe findimus undas.
Ludibrium necis, horrescens, vis aspera ponti
Obrueret, scopulisque ratem furor improbus Euri
Frangeret, optabam: letum id commune fuisset.
Sed nos ad poenam moderato flamine lenes
Vexerunt Zephyri, Tyrioque dedere furori.
Infelix vidi, patriamque remissus in urbem
Narrator poenae dura mercede reverti.

Nec

515. *ad sidera* vulg. 522. *immane* Modius ex Colon. pro vulg. *invante*, quod ed. Lefeb. Dausq. *innante*. N. Heins. coni. *pinuque in transtra cavata*. 526. Verba *letum — ad poenam* in Marsi editione omissa, Modius, Barth. et Heins. ex MStis restituerunt. Extabant etiam in ed. Mediol.

affectu dictum, quam, adsum ego mortis tibi socia.

514. sqq. Animadverte adfectum uxoris ad desperationem usque et furorem auctum, et preces in obiurgationem versas, apte ad animi humani naturam, qui precibus neglectis, praesertim ubi est iusta precandi causa, in amaras reprehensiones erumpere solet. — 516. 17. 18. Non sine ingenio inventa poetae haec fidei elevatio. Nihil poterat dici amarius a coniuge derelicta.

521. Onerosa et luxurians descriptio navis per undas provectae. Ornatus verborum passim in Virgilio obvii, ut Aen. III, 191. *cava trabe currimus aequor*. Georg. I, 136. *cavatas alnos fluvii sensere*. — 524. *ludibrium necis*, ignominiosam mortem, quae Regulum manebat.

530. *dura mercede*. Nempe fuerat haec conditio remissionis

Nec tibi nunc, ritus imitantem iraſque ferarum,
Pygmalioneam tentarem expromere gentem,
Si maius quidquam toto vidiſſet in orbe
Gens hominum, quam quod veſtri veneranda parentis
Edidit exemplum virtus. Pudet addere queſtus
Suppliciis, quae ſpectavi placido ore ferentem.
Tu quoque, care puer, dignum te ſanguine tanto
Fingere ne ceſſa, atque orientes comprime fletus.
Praefixo paribus ligno mucronibus omnes
Armantur laterum crates, denſumque per artem
Texitur erecti ſtantiſque ex ordine ferri
Infelix

538. *orientes* Colon. *haurientes* Oxon. *humentes* vulg. 540. *denſusque* vulg. et ſic Lefeb.

nis et libertatis, ut narraret Romanis ſupplicium a Regulo ſumtum, ergo eam *mercedem* dixit, at acerbam, et triſtem. — 532. *Pygmalioneam.* v. ad lib. I, 21. — 535 *pudet addere queſtus.* Nempe virtus Reguli admirationem potius, quam lacrymas poſtulat. cf. v. 545.

539. ſqq. Auctor de vir. Illuſtr. cap. 40. *Karthaginem,* ait, *regreſſus* (*Regulus*), *in arcam ligneam coniectus, clavis introrſum actis, vigiliis ac dolore punitus eſt.* Haec plane poetico ſermone expreſſit Silius in hoc loco: niſi quod non tam arcam integris tabulis ligneis undique compoſitam, quam potius caveam aliquam (γαλεάγραν Appianus dixit Pun. cap. 4.) undique ſpatiis brevibus diſtinctam et perlucidam poeta deſcripſit. Has dixit *crates laterum* ligneas, *mucronibus* praefixas *paribus:* quae ultima ſententia mox verſſ. 540. 41 variatur. Simili modo Seneca de Prov. 3. et Val. Max. lib. IX, 2. ſupplicium extulerunt. Atqui vero lib. II, 343. Geſtar Regulum narrat *cruci* affixum *vidi, cum robore pendens Heſperiam cruce ſublimis ſpectaret ab alta.* Ergo Lipſius ad Sen. l. l. exiſtimat Regulum poſt tormenta, in machina illa lignea fortiter tolerata, cruci affixum eſſe, ibique obiiſſe. Eodem redit fere ſententia Salmaſii Epiſt. 2. de Cruce pag. 421. niſi quod Regulum poſt mortem demum ad exemplum et ignominiam maiorem in crucem ſublatum ſtatuit. Alterutram ſententiam amplectendam arbitror. Nam Silium lib. II, l. l. et caeteros auctores, ſub *cruce* intellexiſſe machinam illam ipſam ligneam, (quae eſt ſententia Grono-

Infelix ſtimulus, ſomniſque hac fraude negatis
Quocunque inflexum, producto tempore, torpor
Inclinavit iners, fodiunt ad viſcera corpus.
Abſiſte, o iuvenis, lacrimis. Patientia cunctos
Haec ſuperat currus. Longo revireſcet in aevo
Gloria, dum coeli ſedem terraſque tenebit
Caſta Fides; dum virtutis venerabile nomen
Vivet; eritque dies, tua quo, dux inclite, fata
Audire horrebunt a te calcata minores.
Haec Marus, et maeſta refovebat vulnera cura.
Interea, rapidas perfuſa cruoribus alas,

Sicut

543. *quoscunque inflexus producto tempore tortor* vulg. *quocunque inflexum perducto temp.* Oxon. *quocunque flexum* Colon. *torpor* ex coni. Dausq. *tactor* Cod. Putean. et ed. Rom. *quodcunque inflexus tactor* ed. Parm. Denique N. Heinſius ita ſcribendum cenſebat: *ſomnique hac fraude negati Quocumque inflexum producto tempore torpor Inclinavit iners, fodiuntur viſcera, corpus.* Locus mihi nondum ab omnibus mendis purgatus videtur. Ex Heinſianis hoc ſolum probo, *fodiuntur viſcera, corpus.* Nam *fodiunt,* non habet quo referatur, niſi *ſtimulos* huc trahas. 546. *haec ſup. currus* ex Colon. In vulg. erat *hos ſuperat caſus.* In Cod. Oxon. *currus.* 548. poſt *nomen* Lefeb. interpungit, ut ſubintelligatur *erit*, deinde *vivet* refert ad Regulum.

Gronovii ad Senecae locum) nullo modo perſuadere mihi poſſum. Caeterum poſt Palmerium in Exercitat. ad App. p. 152. (cf. ed. Schweigh. Vol. III, p. 392.) hanc totam de Reguli ſuppliciis hiſtoriam commentitiam eſſe, nuper Rooſius docuit in Diſſertat. hiſtor. *de ſuppliciis, quibus M. Attilius Regulus Carthagine traditur interfectus.* Gieſ. 1790.

545. ſqq. Obortas ſubinde Serrani lacrimas Marus conſolatur. Patientia, inquit, qua haec ſupplicia Regulus tulit, *cunctos currus ſuperat*, potior et admirabilior eſt multis triumphis. v. ſupr. ad lib. I, 616. infr. lib. IX, 634. et Propert. II, Eleg. 14. — 547-49. ſimilem locum, quamvis ad carminis paſtoritii rationem accommodatum v. in Virgil. Ecl. V, 76. ſqq. — 549. *fata calcata*, h. e. mortem et ſupplicia ſpreta, victa patientia — *horrebunt*, cum ſtupore et horrore quodam admirabuntur. — 551. *vulnera* Serrani.

552. ſqq. Nuntius cladis Romam delatus, ingenti urbem tumultu et luctu commovit. Haec, ſi a praecedenti epiſodio de ſtrage Romanorum conſpecta

Sicut ſanguinea Thraſymeni tinxerat unda,
Vera ac ficta ſimul ſpargebat fama per Vrbem.
Allia, et infandi Senones, captaeque recurſat
Attonitis arcis facies. Excuſſit habenas
Luctificus pavor, et tempeſtas aucta timendo.
Hinc raptim ruit in muros. Vox horrida fertur,
Hoſtis adeſt; iaciuntque ſudes et inania tela.
Aſt aliae, laceris canentes crinibus, alta
Verrunt tecta Deûm, et ſeris poſt fata ſuorum
Sollicitant precibus. Requiem tenebraeque dieſque
Amiſere: iacent portis, ululantque dolore
Diſperſum vulgus, remeantumque ordine longo
Servat turba gradus: pendent ex ore loquentum,
Nec

554. *per orbem* Oxon. Putean. cum ed. Rom. Parm. et Mediol. 558 *hic* cum vulg. ed. Lefeb. 563. *iacet* vulg. quod primum in ed. Baſ. editum eſt. *iacent* autem ſcripti duo, et omnes priſcae editt. — *Vulgantque dolorem* N. Heinſ. coniecit, ex Virgil. A. X, 64. vel etiam *cumulantque*, vel *ſtimulante dolore*. *ululante* cum vulg. Lefeb.

ſpecta et Reguli ſupplicio receſſeris, cum ultimo quinti libri verſu cohaerent. Livius XXII, 7. *Roma*, ait, *ad primum nuncium cladis eius*, *cum ingenti terrore et tumultu concurſus in forum populi factus eſt* etc. Haec ergo Silius, ut poeta, refert. *Fama*, cruentis alis, quas in Thraſymeno tinxit, advolat, apto rei praeſenti cultu et habitu, qui felici poetae inventioni debetur. In verſu autem 554. imitatus eſt Virgilium Aen. IV, 188 ubi fama *tam ficti pravique tenax*, *quam nuncia veri.* — 556. Scita imago *luctus habenas excutientis*, dum totus mentes occupat, veluti ſolutus, et vagans per animos. — *tempeſtas*, calamitas, magnitudo cladis. De ſententia v. lib. IV, 8.

560. ſeqq. Maeſtam luctus imaginem totam ex Livii narratione (XXII, 7.) adumbravit, quae mira etiam nonnulla luctus illius documenta exhibet. — *canentes*, matronas ſenes intellige. — *Verrunt t. D.* ſummi moeroris indicio, cuius paſſim mentio fit apud veteres. cf. Liv. XXVI, 9. Stat. Theb. IX, 637. — 562. *requiem* — *amiſere*, exquiſite pro, diu noctuque nulla quies erat. — 563. etc. ex his Livianis: *ad portas maior prope mulierum quam virorum multitudo ſtetit, aut ſuorum aliquem, aut nuncios de his opperiens: circumfundebanturque obviis ſciſcitantes*
ſcitantes

Nec laetis ſat certa fides, iterumque morantur
Orando, et, vultu interdum ſine voce precati,
Quod rogitant, audire pavent. Hinc fletus, ubi aures
Percuſſae graviore malo: metus inde, negatum
Si ſcire, et dubius reſponſi nuntius haeſit.
Iamque ubi conſpectu redeuntia viſa propinquo
Corpora, ſollicite laeti funduntur, et ipſis
Oſcula vulneribus figunt, Superoſque fatigant.
Hic inter trepidos, curae venerandus, agebat
Serranum Marus: atque olim poſt fata mariti
Non egreſſa domum vitato Marcia coetu,
Et lucem cauſa natorum paſſa, ruebat
In luctum ſimilem antiquo: turbata repente,
Agnoſcenſque Marum, Fidei comes inclite magnae,
Hunc

568. *hinc fletus* Lefeb. vulg. *hic*. 571. *redeuntis* vulg. vitioſe. *redeuntia* ex Heinſ. coni. *redeuntum* ed Lefeb. quod iam coniecerat N. Heinſ. non male. 572. *affunduntur* coni. N. Heinſ.

ſcitantes etc. — 568. 69. Variavit poeta more ſuo haec, Liviana: *Inde varios vultus digredientium ab nunciis cerneres, ut cuique aut laeta aut triſtia nunciabantur, gratulantesque aut conſolantes redeuntibus domos circumfuſos* — 572. *ſollicite laetos* felici brevitate dixit, ut laetitiam ſollicitudine mixtam ſignificaret. *funduntur*, accurrunt, confluunt ad amplexus ſuorum. *Superosque fatigant*, ſc. precibus, votis pro ſalute redeuntium. Paſſim obvia poetis formula. cf. Virgil. A. IV, 572. Horat. Carm. I, 2. ubi plenior effertur, *prece qua fatigent Veſtam*.

574. ſqq. Marus *inter trepidos*, qui ex clade Romam fugerant, *agebat*, adducebat *Serranum*. — 577. *lucem paſſa*, quae vivere duraverat, propter filios ut explicavit Burm. ad Valer. Fl. V, 571. — 578. *antiquo*, quem de coniuge ſibi erepto conceperat olim — 579 *fidei comes incl* Sententiam per ſe bonam, verbis non commode expreſſam ſentio, ſive Marum Reguli fide ſervata inclyti comitem, ſive ipſum Regulum, ceu numen quoddam, Fidem appellavit. In ſequentibus trepidam matris ſollicitudinem, vulnera filii explorantis obſerva, ut in illis: *noſtra ad viſcera*, mollem affectum filium *ſuum* agnoſcentis.

Hunc certe mihi reddis, ait. Leve vulnus? an alte
Vſque ad noſtra ferus penètravit viſcera mucro?
Quidquid id eſt, dum non vinctum Carthago catenis
Abripiat, poenaeque inſtauret monſtra paternae,
Gratum eſt, o Superi! Quoties heu! nate, petebam,
Ne patrias iras animoſque in proelia ferres,
Neu te belligeri ſtimularet in arma parentis
Triſte decus. Nimium vivacis dura ſenectae
Supplicia expendi. Quaeſo, iam parcite, ſi qua
Numina pugnaſtis nobis. At cladis acerbae
Diſcuſſa ceu nube, Patres conquirere feſſis
Iam rebus meditantur opem, atque ad munera belli
Certatur, pulſuſque timor graviore periclo.

Maxima

580. Optime locus conſtitutus ex Colon. Cod. ab N. Heinſio. Vulgatum erat *nunc certe mihi reddis, ait, leve vulnus*, nullo ſenſu. Poſt illam emendationem contemnenda etiam eſt Dausqueii ſententia, vulgatam lectionem tuentis et pro *an alte* legentis *inante*, obſoleto vocabulo. 582. *quicquid adeſt* vulg. quod Marſus ediderat. *qu. id eſt* N. Heinſ. poſt coniecturam Modii ex ſcriptis et priſcis editt. reſtituit. 592. pro *timor* quod eſt in ſcriptis libris, vulg. *dolor* et ſic edidit Lefeb.

582. *Quidquid id eſt*, quocunque vulnere, levi, ſeu graviori ſaucius ſit filius meus, id nunc minus curo, dummodo triſtem parentis ſortem evaſit. De formula illa cf. Virgil. A. II, 49. Caeterum poeta, dum Marciam inducit mariti cogitationi continuo inhaerentem, non ſine iudicio animi ex gravi vulnere nondum convaleſcentis naturam expreſſit. 587. *triſte decus*, virtus et gloria parentis, quae tam triſtem eventum habuit. Amant iſtiusmodi antitheſes poetae huius aetatis praecipue. Ineſt in iis aliquid arguti, quo ſaepe ingenii vicem explere ſtudent. — 588. *expendi* pro ſimplici, pendi, more Virgiliano, ut Aen. VI, 740. X, 668. XI, 257. — *iam parcite.* Ne negligas illud *iam*, quod hanc vim habet: mihi *certe nunc* ſeni, et filium nactae *parcite*, propitii eſtote, Dii, qui hactenus mihi irati fuiſtis.

590. ſqq. Iam poeta narrationem hiſtoricam, longo epiſodio interruptam, retractat. Et res eo devenerant, ut Senatui Romano de bello ulterius gerendo, et vice Flaminii explenda deliberandum eſſet. — Verborum ornatum, quo haec effert, iam paſſim explicavimus. — 592. *graviori periclo,*

Maxima curarum, rectorem ponere castris,
Cui Latium et moles rerum quassata recumbat,
Spectante occasum patria. Iovis illa ruenti
Ausoniae atque Italis tempus protendere regnis
Cura fuit: nam Tyrrhenos Poenumque secundis
Albana surgens respexerat arce tumentem,
Qui ferre in muros victricia signa parabat.
Tunc quassans caput, Haud unquam tibi Iupiter, inquit,
O iuvenis, dederit portas transcendere Romae,
Atque inferre pedem. Tyrrhenas sternere valles
Caedibus, et ripas fluviorum exire Latino
Sanguine fas fuerit. Tarpeium accedere collem,
Murisque aspirare veto. Quater inde coruscum
Contorsit dextra fulmen, quo tota reluxit
Maeonidum tellus, atramque per aethera volvens
Abrupto fregit coelo super agmina nubem.

600. *tum* ed. Lefeb. 601. *dederim* — *transscindere* Lefeb. ne in tertia persona loquatur ipse Iupiter de se. vid. ad vers. 262. 604. *ascendere* vulg. 605. *Murisve* Lefeb.

clo, metu gravioris mali, ne a Thrasymeno Hannibal Romam pergeret. Ita bene Cellarius.

595. Morem poetarum in rebus desperatis Deos inducentium secutus Silius Iovi nunc partes adsignat, qui Romanis animum augeat, et Fabium ducem commendet. — 596. *tempus protendere*, pro, adiuvare, et conservare res Romanas ad interitum vergentes. Mox ex *arce Albana* prospicientem Iovem fingit poeta, ut Iunonem ex eodem *tumulo Albano* Virgilius Aen. XII, 134. — *in muros*, sc. urbis Romae, ut mox vers. 605.

600. *quassans caput*, indignationis affectu. ut latiore verborum ornatu Ovid. Met. I, 179. *Terrificam capitis concussit terque quaterque caesariem*; et Turnus apud Virgil. Aen. XII, 894. — 602. *sternere caedibus*, implere cadaveribus. v. infr. lib XI, 522. Haec passim crebro variavit Silius. — 608. *abrupto coelo.* Proprie coelo abruptam nubem volvit. Nam coelum istam nubium congeriem dixerunt poetae; sive cogita coelum se abrumpens, h. e. prorumpens, praeceps ruens, ut *abruptas procellas* Virgil. Georg. III, 259. et *abruptas nubes* Aen.

Nec Poenum avertiſſe ſatis: dat, numine magno,
Aeneadis tandem gremio deponere tuto
Romuleam gentem, Fabioque ſalutis habenas
Credere ductori. Cui poſtquam tradita belli
Iura videt; Non hunc, inquit, ſuperaverit unquam
Invidia, aut blando popularis gloria fuco:
Non aſtus fallax, non praeda, aliuſve cupido.
Bellandi vetus, ac laudum cladumque quieta
Mente capax; par ingenium caſtriſque togaeque.
Sic genitor Divûm, recipitque ad ſidera greſſum.

Hic,

610. Drakenborch. ediderat *dat numine magno Aeneadis mentem, gremio deponere tuto Romuleam tandem.* Haec non potui a me impetrare, ut typis repeterem. Secutus ſum editionem Lefeb. Ipſe Drakenborch. iam ſuaſerat, *gentem gremio dep. tuto Romuleam tandem*, quod praeter ordinem verborum eundem ſenſum fundit. Coniecturae Heinſianae ſunt incertae et audaciores; praeter illam, qua *Romuleam laudem* legendum cenſebat. Nam cum *Aeneadae*, et *Romulea gens*, eodem redeant, non commode dicuntur Aeneadae Romuleam gentem gremio tuto deponere. Sed rectius dicuntur gremio tuto, nempe boni ducis, Fabii, deponere laudem Romanam, quatenus is virtute et prudentia ſua eam laudem conſervaturus ſit.

III, 199. et *coeli ruinam* Aen. I, 129. Omnino autem in his tempeſtas cum grandine et procella deſcribitur. cf. Virg. Georg. I, 323. 24. ubi *ruit arduus aether*, et Stat. Theb. I, 353. ſq. — 609. *dat numine magno Aen.* Haec iungo, ut ſenſus ſit: inſpirat hoc Iupiter Romanis, ut Deus, ut *Romanam gentem*, h. e. copias ſuas *tandem* aliquando *tuto gremio deponant*, meliori ductori regendas tradant, qui veluti in gremio foveat, iisque melius parcat. cf. verſ. 620. 21. Polyb. III, 90. et vid. Var. Lect. — Caeterum qui ἀκρίβειαν hiſtoricam quaerunt, his legendus eſt Livius XXII, 8. ubi tradit Fabium prodictatorem creatum fuiſſe, quod Conſule abſente dictator dici non potuerit. Polybius tamen III, 88. ſimpliciter δικτάτορα appellat, et Silius lib. VII, 269. *dictatorem.* Sed illam ἀκρίβειαν, ut ſaepe monuimus, a Silio nemo requirere debet, quippe qui magis carmini ſuo, quam religioni hiſtoricae inſervire ſolet.

612. *belli iura.* v. ſupr. ad lib. IV, 715. — 616. *bellandi vetus.* Supra explicavimus verſ. 254.

Hic, circumſpectis nulli deprenſus in armis,
Laudatuſque Iovi Fabius, mirabile quantum
Gaudebat reducem patriae annumerare reverſus,
Duxerat egrediens quam ſecum in proelia, pubem.
Nec membris quiſquam natove pepercit amato
Acrius, aut vidit ſocium per bella cruorem
Triſtior. Atque idem, perfuſus ſanguine victor
Hoſtili, plenis repetebat moenia caſtris.

Stirpe genus clarum, coeloque affinis origo.
Nam remeans longis olim Tirynthius oris,
Et triplicis monſtri famam et ſpectacula captas
Mira boves hac, qua fulgent nunc moenia Romae,
Egit ovans. Tunc Arcadius (ſic fama) locabat
Inter deſertos fundata Palatia dumos

619. ſqq. Laudatur Fabius à ſingulari cura, qua militibus ſuis pepercit. Incerti autem ſenſus formula eſt, qua ille dicitur *nulli deprenſus*, h. e. ut Cellarius notavit, a nullo interceptus, impeditus, (exempla ſignificationis pete e Virgil. Aen. VIII, 248. ubi v. Heyn. et X, 98.) *circumſpectis in armis*, prudenter et cum ratione ſuſceptis. Atqui videndum eſt, annon aptius ſit, verbis hunc ſenſum tribuere: Fabium non copiarum multitudine et armorum viribus fretum, ſed ſua virtute et prudentia nixum egiſſe: ut ſimilis laus ſit lib VII, 5. *nec tela, nec enſes, nec fortes ſpectabat equos, — et in ſeſe cuncta arma viroſque gerebat.* — 621. 22. quotquot eduxit milites, ſervavit omnes et patriae reddidit.

627. ſqq. Fabium ex Hercule et Evandri Arcadum regis filia procreatum poeta tradit, hauſta fabula ex Livio I, 7. coll. Dionyſ. Hal. I, 31. ſqq. in qua exornanda praeiverat Virgil. Aen. VIII, 100. ſq. et 201. ſqq. — De *triplici monſtro*, Geryone, cuius boves ex Hiſpania in Italiam abduxit Hercules, v. ſupr. ad lib. I, 277. III, 422. et Virgil. Aen. VII, 661. ubi Aventinus ſimili occaſione ab Hercule procreatus dicitur. — 629. *famam* Geryonis, ipſas boves audaci metaphora appellat, quatenus hae illius celebritatis cauſae fuerunt. *ſpectacula mira*, mirae formae et magnitudinis. *Ingentes tauros* Virgilius dixit l. l. — 631: *Arcadius ductor* Evander, rex Arcas dictus Virgilio Aen. VIII, 102. — 632. *Palatia*, h. e. Pallanteum ſ. arcem

Paupere ſub populo ductor; cum regia virgo,
Hoſpite victa ſacro, Fabium de crimine laeto
Procreat, et magni commiſcet ſeminis ortus
Arcas in Herculeos mater ventura nepotes.
Ter centum domus haec Fabios armavit in hoſtem,
Limine progreſſos uno; pulcherrima quorum
Cunctando Fabius ſuperavit facta, ducemque
Hannibalem aequando. Tantus tunc, Poene, fuiſti.
  Dum ſe perculſi renovant in bella Latini,
Turbatus Iove, et exuta ſpe moenia Romae
Pulſandi, colles Vmbros atque arva petebat
Hannibal, excelſo ſummi qua vertice montis
Devexum lateri pendet Tuder, atque ubi latis
Proiecta

644. *ſummum* vulg. et ſic Lefeb.

ſ. arcem in monte Palatino ab Evandro conditum, cuius meminit Virg A. VIII, 54. *Pallantis Proavi de nomine Pallanteum.* Hinc *Palatinum Evandrum* idem Aen. IX, 9. cf. inf. lib. XII, 709 et Liv. I, 5 Alias etymologias adfert Dionyſ. Hal. l. c. 32. cf. Pauſan. VIII, 43. — 633. *regia virgo,* filia Evandri, quam quidam *Vicunam* vocarunt. Plutarchus in vita Fabii, a muliere illius loci et Hercule procreatum Fabium prodit — 634 *de crimine laeto*, ſi iungas, erit antitheſis Siliana, veluti dicas ſtuprum dulce, noto ſenſu. — 636. *in Hercul. mater v n.* habitura nepotes Herculeos. Hinc Silius lib II, 3. *Tyrinthiam prolem* Fabium vocat. De voc. *venire* v. Virg Georg. I, 29. — Ad verſ. 637. v. lib. II, 5. — 640. *tantus tunc, Poene, fuiſti.* Senſum Cellarius ex Marſo repetiit: Tanti momenti, Hannibal, eras, ut te aequare, eſſet omnium aliorum facta ſuperare. Planius Drakenborch.: Tantus eo tempore fuiſti, o Hannibal, ut Fabius cunctando, teque detinendo, et ſe tibi aequalem imperatorem demonſtrando, egregia trecentorum Fabiorum facinora ſuperaſſe iudicatus ſit.

641-52. Hannibal per Vmbriam et Picenos in Campaniam cum copiis ſuis proficiſcitur. Haec poetico ornatu breviter, more Siliano, narrantur, praeeunte quidem Livio XXII, 9. coll. Polyb. III, 87 ſqq. — 642. *turbatus*, impeditus. cf. verſ. 600. — 645. Tudertis et Mevaniae regio in finibus Vmbriae poetice ornatur. *Tuder* in celſo colle

Proiecta in campis nebulas exhalat inertes,
Et ſedet ingentem paſcens Mevania taurum,
Dona Iovi; tum Palladios ſe fundit in agros
Picenûm dives praedae, atque, errantibus armis,
Quo ſpolia invitant, transfert populantia ſigna;
Donec peſtiferos mitis Campania curſus
Tardavit, bellumque ſinu indefenſa recepit.
Hic dum ſtagnoſi ſpectat templumque domoſque
Literni ductor, varia ſplendentia cernit

649. *cupidus praedae* primus Nicander in Iunt. edidit, ex male intellecto Livii loco. vid. nott. Lefeb. *agros dites praedae*. Nempe qui ſe primum fundit in agros populandi et praedandi cauſa, nondum dives eſt praedae, ſi ſubtiliter diſputare velimus. Sed has iudico argutias eſſe, quas non facile ferunt poetae. In caeteris libris ſcriptis et editis conſtanter legebatur *dives praedae*.

colle ſitum iam ſupra vidimus lib. IV, 222. — *Mevaniam proiectam*, et *ſedere* dicit, quatenus humilior et depreſſior urbis ſitus eſt, quam Tudertis. cf. infr. lib. VIII, 507. Ovid. Met. I, 43. et Burm. ad Valer. Fl. VIII, 90. — Caeterum ubertas et pinguedo telluris circa Mevaniam declaratur *ingentium taurorum* gregibus, qui ibi paſcuntur, *dona* ſ. victimae, *Iovi*. cf. infr. lib. VIII, 453. et lib. IV, 549. — 648. *Palladios agros*, oleis conſitos. v. ſupr. ad lib. I, 238. Plin. H. N. XV, 3. *In ipſa Italia caeteris olivis praeferuntur Picenae et Sidicinae*. Caeterum huc pertinent haec Liviana l. l. cap. 9. *in agrum Picenum avertit iter, non copia ſolum omnis generis frugum abundantem, ſed refertum praeda, quam effuſe atque egentes rapiebant*. vid. Var. Lect. — 651. 52. Vaſtationum Hannibalis, quas bene poeta *peſtiferos curſus* dixit, finem Campania fecit, quo mox bellum omne translatum eſt. Tetigit h. l. poeta Campaniae tractum, ut ſequenti epiſodio locus eſſe poſſet. Maiorem autem rerum geſtarum ordinem qui quaerit, adeat Livium cap. 9-13.

653. ſeqq. Hannibal templi Literni picturas belli Punici primi res geſtas exhibentes, ſpectat. Manifeſte poeta imitatus eſt Virgilii lib. I, 453. ſqq. ubi Aeneas picturas belli Troiani in templo Carthaginienſi perluſtrat. His rerum imaginibus quemadmodum Virgilius egregie utebatur ad animum Aeneae confirmandum, ita Silius, ſi ab imitandi libidine recedas, iſta Punici belli ſimulacra delegiſſe eo conſilio videtur, ut Hannibalem eo ſpectaculo veluti exci-

Pictura, belli patribus monimenta prioris
Exhausti; nam porticibus signata manebant:
Quîs inerat longus rerum et spectabilis ordo.
Primus bella truci suadebat Regulus ore;
Bella neganda, viro si noscere fata daretur.
At princeps Poenis indicta more parentum
Appius adstabat pugna, lauroque revinctus
Iustum Sarrana ducebat caede triumphum.
Aequoreum iuxta decus et navale tropaeum,
Rostra gerens, nivea surgebat mole columna:
Exuvias Marti donumque Duilius, alto
Ante omnes mersa Poenorum classe, dicabat.
Cui, nocturnus honos, funalia clara sacerque

Post

659. *si nosci fata darentur* ed. Rom. et Mediol. 660. *indictae pugnae* vulg. *indicta p.* ex Colon. 664. *niveae columnae* coni. N. Heins.

tatum ad bellum contra Romanos acrius persequendum proderet. cf. versf. 698. sqq. In *Literni* oppidi delectu habueritne certas causas, an arbitrium suum secutus sit, definiri non prorsus potest. Caeterum palustris ea regio fuit. Vnde *palus Literni*, et *pallustre Liternum* saepe dictum poetis. v. infr. lib. VII, 278. VIII, 525.

658. sqq. Dum poeta explicat picturarum argumentum, necessario fit, ut nonnulla explicandi caussa addat, quae in pictura non poterant expressa esse. Ergo in his non est argutandum v. quae dicta sunt ad lib II, 417. — 659. *bella neganda* Regulus bellum hoc non suasisset, si praevidisset, quid sibi eventurum esset. — 660. *indicta m. p.* per Feciales; ergo hi forte in pictura expressi erant. — De *Appio* Claudio, qui contra Hieronem Syrac. socium Carthaginiensium in Sicilia pugnavit, et triumphavit, cf. Polyb. I, 11. sq. Flor. II, 2. Eutrop. II, 10.

663. Columnam rostratam Duillii describit, qui primus navali praelio Poenos vicit. v. Flor. l. l. et Plin. XXXIV, 5. Effigiem eius columnae dedit Dukerus ad Florum. — 664. *nivea mole*, candido marmore structa. Virgil. Georg. III, 29. *navali surgentis aere columnas.* 665. *alto* in mari *mersa.* cf. Flor. l. l.

667-69. Haec de Duillio varii scriptores tradiderunt. Luculentissime Florus II, 2. 10. *Duillius Imperator non contentus*

Poſt epulas tibicen adeſt; caſtoſque penates
Inſignis laeti repetebat murmure cantus.
Cernit et extremos defuncti civis honores.
Scipio ductoris celebrabat funera Poeni,
Sardoa victor terra. Videt inde ruentem
Litoribus Libycis diſperſa per agmina pubem;
Inſtabat criſta fulgens, et terga premebat
Regulus: Autololes, Nomadeſque, et Maurus, et Hammon,
Et Garamas poſitis dedebant oppida telis.
Lentus arenoſo ſpumabat Bagrada campo
Viperea ſanie, turmiſque minantibus ultro
Pugnabat ſerpens, et cum duce bella gerebat.
Nec non proiectum puppi, fruſtraque vocantem
Numina, Amyclaeum mergebat perfida ponto

674. *effulgens* ed. Rom. 678. *ultor* coni. N. Heinſ. vel potius Livineii. Ita de hoc ſerpente Flor. II, 2. ait, eum *quaſi in vindictam Africae natum eſſe*.

tus unius diei triumpho, per vitam omnem, ubi a coena rediret, praelucere funalia, praecinere ſibi tibias iuſſit, quaſi quotidie triumpharet. cf. Cicero de Senect. 13. Valer. M. III, 6. 4. Plin. XXXIV, 5. Ammian. XXVI, 8. Illa ergo poetico ſermone dixit Silius. Ea vero ſcena an in pictura expreſſa fuerit, certo definiri vix poteſt, cum in his ſaepe evagari ſoleat poetae luxuries.

670. *extremos civis honores*, Hannonis in Sardinia caeſi, cuius exequias Scipio celebravit. Recte Marſus. cf. Valer. M. V, 1. 2. ext.

680. Poeni, quamvis promiſerant ſe Xanthippum in patriam reducturos, tamen, poſtquam victoriam de Romanis reportaverat, perfide eum mari merſerunt, ne in eum ſolum victoriae gloria recideret. Hinc *perfidam manum* Poenorum expedias, et *feras poenas*, quatenus Regulo iam capto Xanthippus interficiebatur. Caeterum illud tradidit Appian. Pun. cap. 4. At enim vero Polybius I, 36. Xanthippum dicit non multo poſt illam victoriam domum profectum eſſe. Mox addit, eſſe quidem, qui Xanthippi diſceſſum aliter narrent: ſed eorum ſententiam ſe commodiori loco reſervaturum.

Rectorem manus, et seras tibi, Regule, poenas
Xanthippus digni pendebat in aequore leti.
Addiderant geminas medio consurgere fluctu
Aegates; lacerae circum fragmenta videres
Classis, et effusos fluitare in gurgite Poenos.
Possessor pelagi, prona Lutatius aura
Captivas puppes ad litora victor agebat.
Hoc inter victos religatus in ordine Hamilcar,
Ductoris genitor, cunctarum ab imagine rerum
Totius in sese vulgi converterat ora.
Sed pacis faciem, et pollutas foederis aras,
Deceptumque Iovem, ac dictantes iura Latinos
Cernere erat. Strictas trepida cervice secures
Horrebat Libys, ac submissis ordine palmis
Orantes veniam iurabant irrita pacta.
Haec Eryce e summo spectabat laeta Dione.

Quae

686. *adfusos* coni. N. Heins. et sic ed. Lefeb. 689. *haec inter iuncto legatus* vulg. *Haec inter iunctos* Oxon. *Hic inter victos* Dausq. *vincto religatus* ed. Parm. et Mediol. Vnde N. Heins. nostram lectionem constituit. Sed Lefeb. edidit *legatus*. 695. *horrebant Libyes, submissisque* Lefeb.

684. *addiderant consurgere* pro vulgari, additae erant in pictura Aegates insulae. De his v. lib. I, 61. II, 310. 11. — 687. *prona aura*, ventis secundis, cum sine impedimento naves provehuntur. Eo sensu *pronam aquam*, *prona maria* Virgilius dixit Aen. V, 212. et VIII, 548.

692. *pacis faciem*, quia nunc de pictura agitur, vix aliter intelligas, ac de ipsa imagine Pacis adumbrata: nisi forte integram scenam poeta significaverit, quae actum pacis sanciendae designabat. Sic *leti*, *cladum facies* alibi extulit poeta simili sensu, lib. IV, 593. V, 510. Nam ipsae pacis conditiones, quas Marsus et interpres Francogallicus intelligunt, quo nunc pertineant, non satis capio. — Mox *aras*, *Iovem*, et *Latinos* pictura sistebat. Sed aras *pollutas*, Iovem *deceptum*, et Latinos *iura dictantes*, ex ipsius poetae veluti commentario quodam addita puto.

697. Venus ex Eryce monte haec spectans in imagine expressa

Quae poſtquam inſeſto percenſuit omnia vultu
Arridens Poenus, lenta proclamat ab ira:
Non leviora dabis noſtris inſcribere tectis
Acta meae dextrae: captam, Carthago, Saguntum
Da ſpectare, ſimul ferro flammaque ruentem:
Perfodiant patres natorum membra: nec Alpes
Exiguus domitas capiet locus: ardua celſis
Perſultet iuga victor equis Garamaſque Nomaſque.
Addes Ticini ſpumantes ſanguine ripas,
Et noſtrum Trebiam, et Thraſymeni litora Tuſcis
Clauſa cadaveribus. Ruat ingens corpore et armis
Flaminius: fugiat Conſul manante cruore
Scipio, et ad ſocios nati cervice vehatur.
Haec mitte in populos, et adhuc maiora dabuntur.
Flagran-

699. *laeta ira* coni. Dausq. Sed vid. nott. 709. *manetque cruore Scipio* coni. N. Heinſ.

expreſſa erat. In eo monte fuit templum Veneris, ab Aenea conditum, unde Erycinae nomen. v. Virgil. A. V, 759. et ibi Heyn. in Exc. *Dionen*, matrem Veneris, pro ipſa Venere, more noto poetarum. v. interp. ad Virgil. Eclog. IX, 47.

699. *infeſto vultu arridens.* In his iram cum contemtu et ſuperbia mixtam cogita. Hinc *lenta ira* oritur, quatenus non repente erumpit, ſed in pectore incluſa lentam ultionem machinatur. Genus illud affectus adhibitum in Mezentio Virgil. Aen. X, 742. *Ad quem ſubridens mixta Mezentius ira, Nunc morere.* cf. Ovid. Met. V, 115. — 700. Meae virtutis monimenta, quae Carthago in picturis aliquando exhibebit, non erunt illis leviora. Haec ergo in ſeqq. recenſentur. — 707. *noſtrum Trebiam*, noto ſenſu, quem pete ex lib. IV, 650. ubi Scipio *Sidonium amnem* vocabat. — 708. *ruat*, ruentem, cadentem Flaminium imago ſiſtat. Et ſic ſeqq. expedias, *fugiat*, *vehatur*. — *ad ſocios*, in caſtra. cf. lib. IV, 469. —

711. *mitte in pop.* Fac, Carthago, ut haec omnibus late innoteſcant. In *ſecula mittere* alibi dixerat, lib. II, 511. cf. Valer. Flacc. II, 439. — *maiora dabuntur*, ſequentur atrociora

Flagrantem effinges facibus, Carthago, Libyssis
Romam, et deiectum Tarpeia rupe Tonantem.
Interea vos, ut dignum est, ista, ocius ite,
O iuvenes, quorum dextris mihi tanta geruntur,
In cineres monimenta date, atque involvite flammis.

712. *effugies* erat in cod. Colon. unde Modius reposuit *effinges*. 714. *ite, ocius ite* coni. Livineii, quam Cortius notaverat ad marginem libri sui.

ciora illis et graviora facinora. — 712. *effinges*, in effigie aliquando exhibebis. — 715. *ista — monimenta*, picturas templi Literni.



C. SILII ITALICI PVNICORVM LIBER VII.

ARGVMENTVM.

Fabius, cui imperium belli demandatum fuit, cunctando Hannibalem perdomare instituit. Hannibal cogniturus Fabii indolem, a Cilnio quodam captivo edocetur. Is narrat Fabiorum apud Veientes interitum, et Fabii ducis ex illis superstitis genus, indolem, virtutemque laudat. Romae Patres et matronae religioni vacant, bellique fortunam Deos precantur. Iamque Fabius lento agmine procedit. Hannibal variis argumentis elevans virtutem Romanam, ad repentinum impetum milites suos excitat. At Fabius pugnam differt cunctando. Ergo Hannibal in Appuliam agmen movet, si forte possit insidiis et astu Fabium capere: Sed frustra. Id aegre ille ferens in Campaniam redit, ubi agri inprimis Falerni male a militibus habentur; qua occasione poeta de vino Falerno episodium explicat. Hic Romani cupide pugnam poscentes a Fabio gravi oratione admonentur, ut quiescant. Ergo Hannibal, ut clandestini foederis secum initi invidiam Fabio faceret, mentesque ab eo abalienaret, fundo Fabiano, qui erat in agro Falerno, imprimis parcere milites iubet. Fabius hac fraude Punica quamvis non valde commotus, tamen, cum Hannibal ad pugnam suos variis modis lacesseret, consilium capit, eum intra colles et angustias claudendi. Quo cognito Hannibal Magonem fratrem de dolo contrario, quem meditatus fuerit, certiorem facit: boves sarmenta incensa cornibus gerentes se versus castra hostium emissurum, sic fore, ut terrore compulsi et turbati e latebris excederent. Iam Mago Maraxem in tentorio dormientem excitat, et ad Hannibalis fraudem sedulo adiuvandam admonet. Tum ambo Acherram adeunt, ei consilium aperiunt, sociumque operis poscunt.

cunt. Itaque mox opere perfecto cum boves ignis fervore furentes noctu errarent per omnem regionem, id animadvertentes custodes Romani, rei novitate attoniti, loco cedunt. Hannibal copias in campum apertum educit. Fabius nihil motus his Hannibalis coeptis, sacrorum caussa iter ad urbem parat. Itaque Minucium adhortatur, ut a pugna se abstineat, satis esse, Hannibalem claudi montibus et amnibus, se malle servare cives, quam pugna consumere, non debere eum commoveri Hannibalis fraudibus vel illecebris, sed castris se continere. Sic instructo Minucio proficiscitur. Interim classis Tyria ad Caietam appellit: qua occasione poeta fingit Proteum in antro suo Nympharum tumultu et fuga excitatum fata futura Romanorum canere. Iam absente Fabio magister equitum illius monitorum oblitus praeceps in hostem tendit. Hannibal etiam fugam trepidationemque simulans furori isti stimulos addit. Iamque fama eius trepidationis hostilis Romam perlata, vulgus murmurare, Patres Fabium suspectum inertiae habere. Igitur imperium belli censent Fabio Minucioque aequandum. Quo facto Fabius, relicta urbe, copias suas in vicinia sociorum locat. Iam Minucius morae impatiens agmine prorumpit. Fabius in armis esse milites iubet. At Hannibal impetum Minucii cernens, in planum campum copias producit. Ibi Fabius postquam filium patriae iniuriam et temeritatem accusantem correxisset, opem Romanis ferendam statuit. Ipse in hostes irruens, multos interficit. Sequuntur militum caedes atroces et promiscuae; quibus Poenorum copiis fusis fugatisque, Minucius Fabii prudentia et virtute laudata, in ipsius honorem epulas et sacrificia instituit.

INTEREA trepidis Fabius spes unica rebus.
Ille quidem socios atque aegram vulnere praeceps
Auso-

1. *rabidis rebus* Colon: quam locutionem non probabat Drakenb. Caeterum P. Burmannus rotundius hunc locum transponi

1. *Trepidas res*, calamitatem publicam ex malo rei bellicae successu dici, nota observatio est; cf. Liv. XXII, 5. XXXIV, 11. e quo innumeras dicendi formas in carmen suum poeta transtulit, et Horat. Od. lib. III, 2. 5. — *Aegram*

Ausoniam armabat, viridique ad dura laborum
Bellator senio iam castra movebat in hostem.
Sed mens humana maior, nec tela, nec enses,
Nec fortes spectabat equos. Tot millia contra
Poenorum invictumque ducem, tot in agmina solus
Ibat, et in sese cuncta arma virosque gerebat.
Ac ni sacra seni vis, impressumque fuisset,
Sistere Fortunam cunctando adversa foventem,
Vltima Dardanii transisset nominis aetas.
Ille modum Superis in Punica castra favoris
Addidit; et Libyae finem inter prospera bella
Vincendi statuit. Tumefactum cladibus ille
Hesperiis lento Poenum moderamine lusit.
Summe ducum, qui regna iterum labentia Troiae,
Et fluxas Latii res, maiorumque labores,
Qui Carmentis opes, et regna Evandria servas,

Surge,

ni et distingui posse putabat hoc modo: *Interea Fabius, trepidis spes unica rebus Ille quidem, socios* etc. In edit. Cellarii post *rebus*, nulla plane interpunctio, in Lefeb. autem comma. 3. *ad clara laborum* ed. Rom. princeps et Mediol. Receptam lectionem libri omnes scripti servant. 5. *mente humana maior* solus cod. Oxon. 18. *tecta Evandria* ex coni. N. Heins. iam Drakenborchio placebat. Ita et edidit Lefeb.

Aegram vuln. Ausoniam, poetice pro, cladibus hactenus acceptis affectam, exhaustam. 4. De *viridi senio* diximus ad lib. I, 405. — 5-9. Eximia laus Fabii, a mira prudentia et virtute, qua omnes copias, et arma ipse solus aequabat. Itaque ei tribuitur *mens humana maior*, ut rarioris et elatioris virtutis et ingenii viro, et mox simili sensu *sacra vis.* — 9. *impressum*, fixum, propositum animo.

12. *modum — addidit*, fortunam Poenorum, qua ex Deorum favore utebantur, veluti interrupit. Eam sententiam statim poeta variat, *Libyae finem vincendi statuit.* vid. init. libri VIII. — 15. *lento moderamine*, cunctando. Claud. de bel. Get. 138. *lento luctamine Poenum compressit Fabius.* v. inf. v. 213. et lib. VIII, 11.

16-19. Apostrophe poetae ad Fabium. Sed animadverte miram eius luxuriem, qua unam rem, res Romanorum affectas, variat. *Fluxas res* dixit exemplo Virgil. A. X, 88. ubi v. Heyn. — Mox quam

Surge, age, et emerito ſacrum caput inſere coelo.
At Libyae ductor, poſtquam nova nomina lecto
Dictatore vigent, raptim mutata Latinis
Imperia haud fruſtra reputans, cognoſcere avebat,
Quae fortuna viro, quodnam decus; ultima feſſis
Ancora cur Fabius, quem poſt tot Roma procellas
Hannibali putet eſſe parem. Fervore carentes
Angebant anni, fraudique inaperta ſenectus.
Ocius accitum captivo ex agmine poſcit
Progeniem rituſque ducis, dextraeque laborem.

Cilnius,

19. ed. Rom. pr. et Mediol. *in merito,* unde N. Heinſ. coniiciebat *et i, merito.* vid. nott. 24. pro *cur Fabius* Burmannus maluit *quis Fabius.* 25. *Fervore calentes* vulg. quod tuetur Dausq. ad Hannibalem referens. Sed rectius Barthius lectionem conſtituit *ferv. carentes*, ad Fabium referens, cuius prudentiam ſenectute firmatam timebat Hannibal. 28. *labores* ed. Lefeb.

quam arguta et moleſta doctrina eſt, qua *Carmentis opes*, et *regna Evandria* compoſuit! De Carmente matre Evandri, et hoc ipſo, nota res. cf. lib. VI, 627. ſeqq. — *emerito* pro ſimpl. merito, virtute et rebus geſtis.

20-25. Hannibal cum audiviſſet Fabium dictatorem creatum, tum hoc imperium, tum Fabii ingenium et animum noſcere cupiebat. *nova nomina*, dictatoris et magiſtri equitum. Nempe cum conſulibus adhuc Hannibali res fuerat, ergo illa nomina ipſi inſolentia et nova erant, quae mox *mutata imperia* dicuntur. — 23. *ultima ancora*, ultimum refugium in rebus trepidis, ut ſup. v. 1. *unica ſpes*, et lib. VIII, 670. *feſſis ſpes ultima Paullus.* Videntur mihi argutari interpretes, qui conferunt gr. ἱερὰν ἄγκυραν, qua extra ſummum periculum non utebantur. cf. Pollux I, 9. — Sequentia variata ſunt ex his Livianis lib. XXII, 12. *Tacita cura animum incenſus* (Poenus), *quod cum duce, haudquaquam Flaminio Sempronioque ſimili, futura ſibi res eſſet, ac tum demum edocti malis Romani parem Annibali ducem quaeſiſſent; et prudentiam quidem, non vim dictatoris extemplo timuit.*

27. ſeqq. Callide Silius, ut epiſodio quodam carmen diſtinguat, Hannibalem fingit ex captivis aliquem accerſiſſe, qui ſibi Fabium deſcriberet. — In *Cilnio* an ad Maecenatem alluſerit, qui ex illa gente fuiſſe

Cilnius, Arretî Tyrrhenis ortus in oris,
Clarum nomen erat: ſed laeva adduxerat hora
Ticini iuvenem ripis, fuſuſque ruentis
Vulnere equi, Libycis praebebat colla catenis.
Hic ardens extrema malis, et rumpere vitam:
Non cum Flaminio tibi res, nec fervida Gracchi
In manibus conſulta, inquit. Tirynthia gens eſt:
Quam ſi fata tuis genuiſſent, Hannibal, oris,
Terrarum imperium Carthaginis arce videres.
Non ego te longa ſerie per ſingula ducam.
Hoc ſat erit. Noſces Fabios certamine ab uno.
Veientum populi violata pace negabant
Acceptare iugum, ac vicino Marte furebat
Ad portas bellum, Conſulque ciebat ad arma.
Delectus vetiti, privataque caſtra Penates
Herculei implevere: domo (mirabile) ab una
Patricius iunctis exercitus ibat in armis.

Ter

41. *furebant* vulg. quod tuebatur Barthius. Gronov. poſt *furebant* diſtinguendum cenſebat. v. Obſerv. I, cap. 17. Sed recte vindicavit N. Heinſ. *furebat* ex Cod. Colon. Oxon. et priſcis editionibus.

fuiſſe fertur, non attinet quaerere, niſi *clarum nomen* explicare velis.

33. Cilnius captivitatem morte finire cupiens, tantopere Fabium praedicat, ut ſperaret Hannibalem hac laudandi importunitate iratum morte ſe eſſe puniturum. — Hoc poeta obſcura brevitate, cuius hic locus plura exempla habet, expreſſit: *ardens extrema malis*, pro vulg. cupiens malorum ſuorum finem morte accelerare; infra v. 69. *avidum leti* dixit. — 34. Liviana, quae hic paene ad verbum repetita ſunt, paulo ante laudavimus. 35. *Tyrinthia gens.* v. lib. II, 3. et VI, 617.

40. ſeqq. Iam Cilnius narrat pugnam Fabiorum cum Veientibus, illorumque ad flumen Cremeram ſtragem, de qua cf. Liv. II, 50. Flor. I, 12. — 43. *Delectus vetiti.* Expediet hunc locum Livius, apud quem cap. 48. Fabius Conſul, pro gente ſua coram Senatu haec loquitur: *aſſiduo magis quam magno praeſidio, ut ſcitis, Patres conſcripti, bellum Veiens eget. Vos alia bel-*

Ter centum exſiluere duces: quocunque liberet,
Vno non pavidus rexiſſes bella magiſtro.
Sed, dirum egreſſis omen, Scelerata minaci
Stridentis ſonitu tremuerunt limina portae;
Maximaque Herculei mugivit numinis ara.
Invaſere hoſtem, numerarique aſpera virtus
Haud eſt paſſa viros, et plures milite caedes.
Saepe globo denſi, ſaepe et per devia paſſim
Diſperſi

46. *quaecunque liberet* coni. N. Heinſ. 49. *gemuerunt* coni. Heinſ. quam ipſe Drakenborch. amplectitur, quod limina *tremere ſonitu* non recte dicantur, et omen non in tremore, ſed ſtridore portae conſtiterit. Sed ego ſalvum puto *tremuerunt*, hoc eſt, tellus, in qua poſita erat porta, gravi eius ſtridore contremuit, et veluti concuſſa eſt.

la curate; Fabios hoſtes Veientibus date. Noſtrum id nobis velut familiare bellum, privato ſumtu gerere in animo eſt. Reſpublica et milite illic, et pecunia vacet. Ergo mox *penates Herculeos* dicit, ipſam familiam Fabiorum, et non multo poſt *patricium exercitum*, exemplo Flori I, 12.

46. 47. Verſus expreſſi ex his Livianis: *Sex et trecenti milites, omnes patricii, omnes unius gentis, quorum neminem ducem ſperneret egregius quibus libet temporibus ſenatus, ibant.* cf. Ovid. Faſt. II, 199.

48. *Scelerata lim.* ab infelicitate exitus Fabiorum, antea Carmentalis dicta, quod nomen poſt Fabiorum facinus exolevit. cf. Dio in Exc. Peireſc. p. 578. et Feſtus in hoc voc. Ita *ſcelerata caſtra* Suetonio Claud. I. propter obitum Druſi; et Virgil. Georg. II, 256. *ſceleratum frigus.* Plura notavit Duker. ad Flor. l. l. Caeterum cardinis ſtridorem et arae tremorem in diris ominibus numerari veteribus, nota res. De ara Herculis v. interpp. ad Virgil. Aen. VIII, 271. — *Maxima*, κατ' ἐξοχὴν dicta, μέγιστος βωμὸς, auctore Dionyſio Halic. lib. I, 40.

51. 52. Argutae ſententiae. Senſus: Tanta Fabii virtute pugnabant, ut innumerabiles viderentur, et ingentis exercitus inſtar. Quod autem mox dicuntur *plures caedes* feciſſe, quam ipſi numero eſſent, id non magni momenti facinus agnoſco. Putandumne miraculum eſt, cum trecenti heroes, plus quam trecentos hoſtes caedunt? — 53-56. In proſa ſententiam ita expreſſeris: Sive conferti, ſive ſinguli pugnabant, virtute

Difperfi fubiere, vicis meritique labore
Aequato. Nulli quifquam virtute fecundus,
Ducere ter centum Tarpeia ad templa triumphos.
(Spes heu! fallaces, oblitaque corda caducum,
Mortali quodcunque datur.) Grex ille virorum,
Qui Fabia gente incolumi deforme putabat
Publica bella geri, pariter cecidere Deorum
Invidia, fubitis circumvenientibus armis.
Nec tamen occifos eft cur laetere. Superfunt.
Quod tibi fit Libyaeque fatis, certaverit unus
Ter centum dextris. Tam vivida membra, laborque
Providus, et cauta follertia tecta quiete.
Nec vero, calidi, nunc tu, cui fanguinis aetas,
Foderis in pugna velocius ilia planta
Bellatoris equi, frenifque momorderis ora.
Quem cernens avidum leti poft talia Poenus,
Nequidquam noftras, demens, ait, elicis iras,

59. *putabant* coni. N. Heinf. 67. *in pugnam*, vel *pugnas* coni. eiusd.

e pares erant, et unusquisque videbatur primus, qui nereretur triumphum. — 57. *oblita corda, caducum* fcil. effe; *quodcunque datur morta-i*, virtutem, dotes, fortuiam mortalium. Ornaturus poeta notas fententias, obfcuus fit. — 60. *publica bella*, uae publico fumtu, et concriptis ex imperio militibus eruntur: cf. fup. verf. 43. bi *privata caftra*, et *patricim exercitum* illis oppofueat. — Mox illud, *fubitis rcumv. armis*, quam langui-e dictum, pro rei gravitate! 62-66. Non eft, Hanniial, cur laeteris hos Fabios occifos. Nam in uno Fabio Dictatore cuncti fuperftites funt, qui quafi omnium virtutes complectitur. — 66. 67. Tu, quamvis iuvenis, non velocius equitaveris in pugna, quam Fabius. Supervacuam hanc laudem iudico, poft nobiliores ducis virtutes. Manifefte poeta, dum verborum ornamenta fectatur, ingenio deftituitur. Nota e Virgilio formula, *ilia equi planta fodere*, quod ille etiam fimplicius extulit, *fodere calcaribus armos* Aen. VI, 882. Sed *frenis ora mordere* de equite, qui frenis equum regit, et flectit, paullo exquifitius. Nam proprie

Et captiva paras moriendo evadere vincla.
Vivendum eſt. Arta ſerventur colla catena.
Haec iuvenis, Diviſque tumens auſiſque ſecundis.
At Patres Latiaſque nurus raptabat ad aras
Cura Deûm. Maeſto ſuffuſae lumina vultu
Femineus, matres, graditur chorus; ordine longo,
Iunoni pallam conceptaque vota dicabant.
Huc ades, o regina Deûm, gens caſta precamur;
Et ferimus, digno quaecunque eſt nomine, turba
Auſonidum, pulchrumque, et acu ſubtemine fulvo
Quod noſtrae nevere manus, venerabile donum.
Ac dum decreſcit matrum metus, hoc tibi, Diva,
Interea velamen erit. Si pellere noſtris
Marmaricam terris nubem dabis, omnis in auro
Preſſa tibi varia fulgebit gemma corona.
Nec non et proprio venerantur Pallada dono,

Phoe-

72. *artae ſ. c. catenae* coni. eiusd. 75. *moeſto fletu* coni. eiusd. qui et ſequentia hoc modo conſtituebat, *femineus matres pariter chorus ordine longo Iunoni pallam* etc. vel etiam *dicantes*. 79. Loci haud dubio corrupti aptiſſima medicina eſt, quam ſuaſit Drakenborch. *Et ferimus* (fortaſſe *En, ferimus*) *dignum, quocunquè es nomine, turba Auſonidum, pulchrumque et acu et ſubtemine fulvo*, etc. Moleſtam vel ſic loci ſtructuram agnoſco, ſed tamen a more Siliano non prorſus abhorrentem, et praeterea recepta lectione tolerabiliorem. 86. *propero* Lefeb.

pric frena mordent ora equi. 73. *Divis tumens*, nota metaphora pro, ſuperbus Deorum priſtino favore.

74. ſeqq. Ad hunc totum locum cf. Livius XXII, 10. ubi ſupplicationes et vota Diis nuncupata narrantur. In genere votorum ſuum quidem arbitrium poeta, uti ſolet, ſecutus eſt; ſed in ſingulis Virgiliani ornatus memorem deprehendimus — *ſuffuſas lumina vultu moeſto* dixit ut Virg. A. I, 228. *lacrymis oculos ſuffuſa.* — Languide, meo ſenſu, *foemineus chorus* commemoratur, ubi iam *matres* dictae erant.

82-85. Color orationis e Virgilio ductus Ecl. VII, 35. *Nunc te marmoreum pro tempore fecimus; At tu, ſi foetura gregem ſuppleverit, aureus eſto.* — 84. *Marmaricam nubem*, copias hoſtiles Punicas. — Mox *preſſa gemma*, impreſſa, inſerta coronae.

Phoebumque, armigerumque Deum, primamque Dionem.
Tanta adeo, cum res trepidae, reverentia Divûm
Nafcitur: at rarae fumant felicibus arae.
Dum Roma antiquos templis indicit honores,
Iam Fabius, tacito procedens agmine, et arte
Bellandi lento fimilis, praecluferat omnes
Fortunaeque hoftique vias. Difcedere fignis
Haud licitum: fummumque decus, quo tollis ad aftra
Imperii, Romane, caput, parere docebat.
Verum ubi prima fatis confpecta in montibus altis
Signa procul, fulfitque novis exercitus armis,
Arrectae fpes Sidoniae; fervetque fecundis
Fortunae iuvenis. Vincendi fola videtur,
Quod nondum fteterint acies, mora: Pergite, clamat:

Ite

91. *cauto praecedens agm.* vulg. *tanto* Oxon. Noftra lectio debetur cod. Colon. aliisque fcriptis.

86. *proprio dono*, peplo, follenni Minervae dono, inquit Drakenborch et laudat Meurf. Panath. c. 17. cf. Virgil. I, 479. 80. et Heyn. ad Cir. 21. — De *Dione* v. ad lib. VI, 697.

90. feqq. *templis indicit honores.* Locutio Virgiliana ex Aen. I, 632. vota et fupplicationes factas declarans. v. ibi Heyn. et quae fup. dicta funt ad lib. III, 218. — 92. *lento fimilis.* Haec mihi valde frigent in hoc loco. Planum eft, eum defcribi, qui ex induftria et cum arte cunctatur. Sed quis hoc illa formula bene expreffum putet? Pertinent huc Liviana ex cap. 12. *Dictator itineribus fumma cum cura exploratis ad hoftem ducit exercitum, nullo loco, nifi quantum neceffitas cogeret, fortunae fe commiffurus.*

96. feqq. Livius l. c. *Quo primum die haud procul Arpis in confpectu hoftium pofuit caftra, nulla mora facta, quin Poenus educeret in aciem, copiamque pugnandi faceret.* Haec poetice verbis ornantur. *Arrectae fpes* pro vulg. arrecti fpe pugnandi Carthaginienfes. De illa formula difputavit Heyn. ad Virg. Georg. III, 105. — 99. 100. Victoriam morari haec una res Poenis videbatur, quod acies nondum conftiterint et praelium commiferint, tam certa illis victoriae fpes erat. cf. v. 233.

Ite citi; ruite ad portas; propellite vallum
Pectoribus. Quantum campi distamus, ad umbras
Tantum hosti superest. Resides ad bella vocantur,
Quîs pudeat certare, senes. Quodcunque videtis,
Hoc reliquum est, primo damnatum, ut inutile, bello.
En, ubi nunc Gracchi, atque ubi nunc sunt fulmina gentis
Scipiadae? Pulsi Ausonia non ante paventem
Dimisere fugam, quam terror ad ultima mundi
Oceanumque tulit: profugus nunc errat uterque,
Nomina nostra tremens, et ripas servat Hiberi.
Est etiam, cur Flaminio mihi gloria caeso
Creverit, et titulis libeat cur figere nostris
Crudum Marte viri nomen. Quot demere noster
Huic annos Fabio gladius valet! et tamen audet.
Audeat. Haud ultra saxo spectetur in armis.

Talia

105. Versus a Modio et Heinsio bene distinctus. Marsus sine distinctione et inepto sensu ediderat, *et inutile.* Caeterum N. Heinsius non male coniecit *huic reliquum*, *et primo* etc. 107. *paventes* vulg. 109. verba distinxit et correxit Modius ex Colon. congruentibus editt. Rom. et Mediol. et cod. Oxon. Vulgatum erat *profugos: nunc errat uterque.* 112. pro *cur figere* N. Heinsius coni. *suffigere.* 114. *at tamen* Colon. et sic Lefeb.

101. seqq. Hannibal suorum animos excitaturus, copias Romanorum elevat. Apud Livium l. l. *increpans victos tandem Martios animos Romanorum, debellatumque et concessum eis propalam de virtute et gloria esse, in castra rediit.* Sed haec poeta latius amplificat, et per partes persequitur. 105. Inutiles ex priore bello reliquiae sunt, quibuscum vobis pugnandum est. 106. *Fulmina gentis*, ut Virgil. Aen. VI, 843. *geminos duo Fulmina belli Scipiades*, praeeunte Lucretio III, 1049. Mox invidiose Hannibal Scipionum reditum in Hispaniam effert, dum *profugos* dicit, et *terrore pulsos ad ultima mundi*, noto ornatu in Hispania occidentali designanda. v. ad lib. I, 141. — 111. Flaminium vicisse, virum bellicosum et atrocem, gloriosum mihi fuit; non item erit, Fabium caedere, senem et imbecillum. — *titulis figere*, laudibus et victoriis meis hanc quoque addere, quod Flaminium superarim. *crudum Marte* v. supr. lib. V, 423. — *quot — demere valet?* Acerba

Talia vociferans volucri rapit agmina curſu,
Ac, praevectus equo, nunc dextra provocat hoſtem,
Nunc voce increpitat, miſſa nunc eminus haſta
Fertur ovans, pugnaeque agitat ſimulacra futurae.
Vt Thetidis proles Phrygiis Vulcania campis
Arma tulit, clypeo amplexus terramque polumque,
Maternumque fretum, totumque in imagine mundum.
Caſſarum ſedet irarum ſpectator, et alti
Celſus colle iugi domat exſultantia corda,
Infractaſque minas dilato Marte fatigat
Sollers cunctandi Fabius. Ceu nocte ſub atra
Munitis paſtor ſtabulis per ovilia clauſum

121. *clipei* ſcil. *in imagine*, quod verſu ſeq. legitur, coni. N. Heinſ. 123. *ſpeculator* coni. eiuſd. quoniam, addit Drakenb. Fabius caſtra in monte poſuerat, unde, ut e ſpecula, videre poterat, quae Hannibal in planitie agebat. 124. *exſult. colla* cod. Putean. et priſcae editt.

ba irriſio ſenectutis Fabianae. Et tamen *audet*, mecum pugnare.

119. *pugnae agitat ſimulacra*, veluti ipſe proludit pugnam futuram. Formula multis uſurpata, ut Virgil. Aen. V, 585. *pugnaeque cient ſimulacra ſub armis*, quem locum expreſſit Silius inf. lib. XVI, 528. cf. Livius XXIX, 22. et Capitolin. in Maximin. cap. 6. qui id ipſum, *ſimulacra bellorum agere* dixit. — 120. Comparatur Hannibal cum Achille, Pelei et Thetidis filio, qui in bello Troiano armis a Vulcano elaboratis indutus magna voce Achivos excitabat. Homer. Il. 19, 40. *clypeo amplexus* etc. breviter pro, clipeum geſtans, quo coelum et terra etc. arte Vulcani expreſſa erant; ex Homer. Il. 18, 483. quae ſuo modo variavit etiam Ovid. Metam. XIII, 292.

123. ſeqq. Animadverte luxurioſum ornatum poetae, quo Fabii cunctationem et quietem declarat. Singula autem cum idoneo delectu verborum expreſſa ſunt. — *ſedet*, pro eſt, ſed illud aptius rei praeſenti. *exſultantia c.* Poenos pugnae avidos. v. Heyn. ad Virg. Georg. III, 105. — *domat*, dum praelium differt, et ſpem pugnandi cunctando adimit. Sequens verſus eandem ſententiam variat. *Infractas minas fatigat*, furorem et impetum Hannibalis infringit, et veluti obtundit. In comparatione ſequenti videtur

Impavidus somni servat pecus: effera saevit,
Atque impasta truces ululatus turba luporum
Exercet, morsuque quatit restantia claustra.
Irritus incepti movet inde, atque Apula tardo
Arva Libys passu legit, ac nunc valle residit
Conditus occulta, si praecipitare sequentem,
Atque inopinata detur circumdare fraude:
Nunc nocturna parat caecae celantibus umbris
Furta viae; retroque abitum fictosque timores
Assimulat: tum castra citus deserta relicta
Ostentat praeda, atque invitat prodigus hostem.
Qualis Maeonia passim Maeandrus in ora,
Cum sibi gurgitibus flexis revolutus oberrat.
Nulla vacant incepta dolis: simul omnia versat,
Miscetque exacuens varia ad conamina mentem.

Sicut

132. *residit* ex Oxon. et Putean. dedit N. Heins. pro vulg. *resedit.* 136. pro *viae* N. Heins. coni. *fugae.* 137. *nunc castra* vulg. expressit Lefeb. *tum* libri scripti. 141. *Mille novat incepta* ed. Rom. et Mediol. Sed vulg. lectionem manuscripti exhibent.

tur Silius locum Virgilii Aen. IX, 63. ante oculos habuisse. 128. *impavidus somni*, est secure dormiens, quia ovilia bene munita sunt. — *restantia*, resistentia, firma.

131. seqq. Hannibal variis fraudibus utitur, quibus Fabium ad praelium ineundum lacessat. Similia habet Livius cap. 12. quae poeta partim immutavit, partim de suo auxit. Nihil luxuriantius est descriptione itineris nocturni vers. 135. Singula verba anxio quodam delectu quaesita. Sequens comparatio illustrat vagos Hannibalis motus ad decipiendum Fabium factos, usurpata illa passim aliis poetis in re simili; ut Ovidio Met. VIII, 162. *Non secus ac liquidus Phrygiis Maeandrus in arvis Ludit, et ambiguo lapsu refluitque fluitque.* Virgil. A. V, 251. ubi v. interpp. et Senec. Herc. Fur. 683. — *ora Maeonia*, Lydia, quatenus Maeander inter Cariam et Lydiam defluit. v. ad lib. IV, 720.

141-45. Locus natus ex imitatione Virgil. Aen. VIII, 20. seqq. qui absolutiore etiam ornatioreque imagine comparationem sequentem extulit, praeeunte quidem Apollon. III, 154. ut ibi Heyn. docuit. Silius autem, cum venu-

Sicut aquae ſplendor, radiatus lampade Solis,
Diſſultat per tecta, vaga ſub imagine vibrans
Luminis, et tremula laquearia verberat umbra.
Iamque dolore furens ita ſecum immurmurat irae:
Obvia ſi primus nobis hic tela tuliſſet,
Nulla eſſent Trebiae et Thraſymeni nomina, nulli
Lugerent Itali. Nunquam Phaethontius amnis
Sanguinea pontum turbaſſet decolor unda.
Inventum (dum ſe cohibet, terimurque ſedendo,)

146. *immurm. ira* Scaliger ad oram Silii ſui coniecerat. 148. Locus varietate librorum valde impeditus. Vulgatam lectionem Drakenborch. ſecutus eſt, praeter iſta *nullos ingererent titulos*, pro quibus cod. Colon. cum ed. Parm. exhibebant *nulli lugerent Itali.* ed. Ven. Marſi *nulli fulgerent tituli.* Rom. cum Oxon. et Putean. *nulli lugerent tituli.* ed. Ald. *nullis ingererent titulis.* Deinde ab initio verſus *nullane nunc* Oxon. Put. et ed. Rom. *nullane num Trebiae*, *Thraſymeni* Colon. Vnde N. Heinſ. ita ſcribendum locum coniecit *Nulli amnem Trebiae*, *Thraſymeni nomina nulli Lugerent Itali*, et ſic edidit Lefeb. In Rom. principe et Mediol. erat *Nullane nunc Trebiao et Thraſymeni nomina*, *nulli ingererent tituli.*

venuſtum ornatum Maronis nec repetere vellet, nec aſſequi variatis verbis poſſet, luſus verborum ſectatus eſt. Caeterum ea ratio, affectionem animi commoti, fluctuantis, irati etc. comparandi cum rebus ſub ſenſus cadentibus, uſurpata iam Homero (Il. ξ, 16.) venuſta cum ſimplicitate, deinde ab omnibus poetis modo recte et ſuaviter, modo incommode et argute adhibita eſt, prouti quisque arte et ingenio pollebat. cf. ſtudioſis haec loca: Virgil. VII, 462. Sil. IX, 358. ſeq. XIII, 24-29. Ovid. Met. VIII, 472. ſeqq. X, 373. — *ſplendor aquae radiatus l. S.* pro vulg. et proſaico, ſplendor, vel radii ſolis ex aqua repercuſſi. In reliquis animadverte, quanto luſu verborum *vibrationis* notio inculcetur.

147. Si ab initio mihi cum hoc Fabio pugnandum fuiſſet, nunquam Romanos viciſſem. Color orationis paſſim Homero et Virgilio uſurpatus. cf. Il. β, 371. 74. Aen. XI, 285. ſeqq. et inf. Sil. X, 29. — *nulla — nomina*, non eſſent iſti fluvii cladibus Romanorum memorabiles, ὀκ ὀνομαϛοι. *Phaëthontius amnis*, Padus, ſ. Eridanus, in quem Phaethon decidiſſe ferebatur. Ille autem Trebiam et Ticinum in mare devehit. —. 151-54. Haec etiamnum verba ſunt Hannibalis irati: Fabius, inquit,

Vincendi genus eſt. Quoties, velut obvius iret,
Diſcinxit ratione dolos, fraudeſque reſolvit!
Haec ſecum, mediam ſomni cum buccina noctem
Divideret; iamque, excubias ſortitus iniquas,
Tertius abrupta vigil iret ad arma quiete.
Vertit iter, Daunique retro tellure relicta
Campanas remeat notus populator in oras.
Hic vero, intravit poſtquam uberis arva Falerni,
(Dives ea, et nunquam tellus mentita colono)
Addunt frugiferis inimica incendia ramis.

Haud

152. *eſt* vulgo deerat in libris, contra metrum. In cod. Putean. poſt *τὸ genus* inſertum erat *et*, in Oxon. *ex*. Vnde Heinſ. coni. *o quoties*, vel *eſt*. Lefeb. edidit *en quoties*. 153. pro *diſcinxit* Drakenborch. coni. *diſſinxit*, ſeu *diſcuſſit*. 154. *medio ſomni* Colon. N. Heinſ. coni. *media inſomnem dum buccina noctem divideret*. 158. *motus* Lefeb.

quit, cunctando, et a pugna abſtinendo, me vincit. Omnis huius loci conſtructio quemadmodum paulo eſt durior, ita verba illa, *quoties — reſolvit!* vehementer mihi languent. — *diſcinxit dolos*, irritos et fruſtraneos dolos meos effecit, *ratione*, conſilio, prudentia, arte.

154. Media nox erat, cum haec ſecum Hannibal meditaretur. Adludit poeta ad vigilias noctis, quae tuba ſignificari ſolebant. Ergo *buccina dividere noctem* dicitur, cum ad ſecundam vigiliam tuba canitur. Poſt eam *tertius vigil ad arma it*, dum miles tertiae vigiliae excubias ſortitur, et armis ſumtis vigilat. cf. Veget. lib. III, 8. Senec. Thyeſt. 798. — *iniquas* autem *excubias*, moleſtas militibus, ſimpliciter intelligo, quia ſomno carent, et omnis vigilia talis iniucunda eſt.

157-61. Relicta Apulia in Campaniam retrocedit, agrumque Falernum depopulatur. — Accuratius haec itinera explicat Livius cap. 13. et 14. Vt autem ordinem Silianum perſpicias, recurras neceſſe eſt ad lib. VI, 651. ubi in Campania advenerat Hannibal. Deinde huius libri verſu 131. in Appula arva tendit, e quibus nunc *remeat* in Campaniam, *notus populator*, quatenus antea iam ibi depraedatus erat. — 160. *tellus nunquam mentita colono*, feraciſſima, ſpes incolarum nunquam fallens; obvio paſſim ornatu. Vnde *fundus mendax* Horat. III. Od. I, 29. *ſeges ſpem mentita* Epiſt. I, 7. 86. Sed moleſta

Haud fas, Bacche, tuos tacitum tramittere honores,
Quanquam magna incepta vocant. Memorabere, ſacri
Largitor laticis, gravidae cui nectare vites
Nulli dant praelis nomen praeferre Falernis.
Maſſica ſulcabat meliore Falernus in aevo
Enſibus ignotis ſenior iuga. Pampinus umbras
Nondum uva virides nudo texebat in arvo;
Pocula nec norant ſuccis mulcere Lyaei,
Fonte ſitim et pura ſoliti defendere lympha.
Attu-

163. *vocent* libri ſcripti et priſcae editiones. 167. N. Heinſius contendit legendum *cenſibus ignotis*, pro pecunia. Sed Drakenborch. vulgatam lectionem tuetur, hoc ſenſu: Falernus, inquit, ſeculo aureo arabat iuga Maſſica, quo nondum nota erant bella vel arma, quibus nunc miſere montem illum Hannibal vaſtabat. Ob hanc enim Hannibalis vaſtationem ex plurimis, quae aureo ſeculo tribuuntur, bonis *enſes ignotos* fuiſſe Silius memorat. 168. *viridis* Scaliger emendaverat, quod et Cellarius in contextum recepit. Marſum ſic legiſſe, ex eius commentariis patet, ubi ita locum exponit: „cum nondum eſſet uva, et cum nondum viridis pampinus texebat umbras in arvo.“ Sed et *virides umbras* poetica ratione bene dici, docuit Drakenborch. laudato loco Virgil. Ecl. IX. verſ. 19. — 169. pro *mulcere* N. Heinſ. coni. *miſcere*.

ſta eſt luxuries, qua poeta illius ubertatis notationem variat. — Caeterum cum Livius in univerſum narret, *Mabarbalem cum equitibus in agrum Falernum praedatum dimiſſum eſſe* ab Hannibale, et mox, Poenos *Falerni agri colonorumque Sinueſſae tecta exuriſſe*, Silius epiſodium de Falerni vini laudibus parans, definitius *ramorum frugiferorum incendia* dicit.

162. ſeqq. Fingit poeta Bacchum aliquando, cum Hiſpaniam peteret, in Maſſico tractu apud Falernum ſenem hoſpitio exceptum, hunc vini uſum et culturam docuiſſe. Bacchum totum orbem peragraſſe, hominesque vini inprimis cultum docuiſſe, nota fabula eſt. cf. Diod. Sic. III, inde a cap. 62. Apollodor. III, 5. ſeqq. Hinc *largitor ſacri laticis* dictus, quatenus vini in ſacris uſus erat, ut ap. Virgil. Aen. IV, 454. — 166. *Falernus*, quem primum vini cultorem poeta fingit, unde poſtea ager et vinum appellatum fuerit, *meliore in aevo*, feliciore, et aureo ſeculo propiori, *meliores annos* Virgilius dixit Aen. VI, 649. *ſulcabat iuga M.* frugum, non vini cauſa, agrum colebat; *enſes ignoti* accommodate dicuntur

Attulit hoſpitio, pergentem ad litora Calpes
Extremumque diem, pes dexter et hora Lyaeum:
Nec pigitum parvoſque lares humiliſque ſubire
Limina coelicolam tecti. Cepere volentem
Fumoſi poſtes, et ritu pauperis aevi
Ante focos menſae: laetus nec ſenſerat hoſpes
Advenisse Deum; ſed enim de more parentum
Grato curſabat ſtudio, inſtabatque ſenectae.
Donec opes feſtas puris nunc poma caniſtris
Compoſuit, nunc irriguis citus extulit hortis
Rorantes humore dapes. Tum lacte faviſque
Diſtinxit dulces epulas, nulloque cruore
Polluta caſtus menſa cerealia dona
Attulit, ac primum Veſtae decerpſit honorem
Vndique, et in mediam iecit libamina flammam.
Deeſſe tuos latices, hac ſedulitate ſenili
Captus, Iacche, vetas. Subito (mirabile dictu)

Fagina

178. *gnavo ſtudio* coni. eiusd. 179. *poma* ex Colon. et Putean. Heinſ. reſtituit pro *corna* vulg. 180. *e riguis* coni. N. Heinſ. 184. *deterſit* vulg. et ſic Lefeb. *decerpſit* MSti.

euntur ad praeſentem ſtatum, quo enſe furebat Hannibal; vid. Var. Lect.

171. Extremam Hiſpaniam ad Ocean. occident. notis ſignis deſcribit, *Calpe*, et *extremo die*, quatenus ibi Sol occidit, et itinera ſua Bacchus ibi abſolverat, ab Oriente ad Occidentem profectus. v. lib. I, 140. III, 4.

178. *inſtabat ſenectae*, vires omnes ſeni ſuperſtites collegit, ut gratificaretur Baccho hoſpiti; unde mox v. 186. *ſedulitatem ſenilem* laudat. Ita ſup. lib. VI, 100. Marus *exutus ſenium* miniſtrat.

179. *Opes feſtas*, fruges optimas, quas in penu habebat, intelligo. 181. *rorantes hum. dapes*, herbas virides, baccas. *nullo cruore poll.* nulla carne adhibita, pro ſimplicitate illius aetatis. Multos habuit Silius, quos exprimeret. cf. Ovid. Met. I, 103. ſeq. in nobili ſeculi aurei imagine, et lib. XV, 96. *Vetus illa aetas cui fecimus Aurea nomen, Fetibus arboreis et quas humus educat herbis, Fortunata fuit, nec polluit ora cruore.* — 184. *Veſtae*, τῇ ἑςίᾳ, *decerpſit honorem* fruges omnis generis immolandas congerit;

Fagina pampineo ſpumarunt pocula ſucco,
Pauperis hoſpitii pretium: viliſque rubenti
Fluxit mulctra mero, et quercu in cratera cavata
Dulcis odoratis humor ſudavit ab uvis.
En cape, Bacchus ait, nondum tibi nota, ſed olim
Viticolae nomen pervulgatura Falerni,
Munera: et haud ultra latuit Deus. Inde nitentem
Lumine purpureo frontem cinxere corymbi,
Et fuſae per colla comae, dextraque pependit
Cantharus, ac vitis, thyrſo delapſa virenti,
Feſtas Nyſaeo redimivit palmite menſas.
Nec facilis laeto certaſſe, Falerne, ſapori,

Poſt-

191. *in uvis* Cod. Oxon. et Putean. cum editt. Rom. et Mediol.
192. *nondum tibi quippe* Colon. vitioſe.

gerit; Mox *libamina* dicit. Saepe enim vidimus honorem poetis dici, quicquid fiat religionis cauſa, et ad Deorum venerationem, inprimis ſacrificia. v. ſupr. lib. III, 218.

188. *Fagina pocula*, paſſim a poetis nominantur in ſupellectile pauperum et ruſticorum. cf. Virgil Eclog. III, 37. Ovid. Met. VIII, 669. ſqq. Tibull. I. Eleg. XI, 7. *faginus ſcyphus*. — 190. *fluxit mulctra*. Proprie merum fluit in mulctra. Sed illud poetica ratione dicitur. v. Virgil. Aen. III, 626. Georg. II, 166. — *odoratis*, fragrantibus, generoſis, ut *odoratum Bacchum* Virgil. Georg. IV, 279. εὔοσμον, εὐώδη, ut ibi Heynius docuit ex Theocrit. XIV, 16. — cf. Ovid Faſt. III, 301. 194. ſqq. In imagine Bacchi *lumen purpureum* vix aliter ac de pulcra eius iuventa, et lucido pleni oris quodam flore accipias. Nam quicquid nitet, πᾶν τὸ ἄγλοον, veteres dixere purpureum. cf. Virgil. A. I, 590. et ibi Heyn et Tibull. I, 4. 37. — Reliquum Bacchi habitum et ornatum Drakenborchius ex nummis et gemmis aere inciſum exhibuit. v. Theſ. Brandenb. Tom I. p. 15. et 16. De *corymbis*, racemis hederae, v. Heyn. ad Virgil. Eclog. III, 39. et de *Canthoro* Eclog. VI, 17. in habitu Sileni. cuius loci memorem Silium exiſtimo. Scyphum dixit Valer. Flacc. II, 272. ubi v. interpp.

199 *nec facilis* — *ſapori*, cum vini vim ferre non poſſes. Iam ſequuntur vini effectus, a poetis paſſim varie deſcripti. Virgil. Georg II, 94. de vite Pſythia, *tentatura pedes*,

Postquam iterata tibi sunt pocula, iam pede risum,
Iam lingua titubante moves, patrique Lyaeo
Tempora quassatus, grates et praemia digna
Vix intellectis conaris reddere verbis.
Donec composuit luctantia lumina Somnus,
Somnus, Bacche, tibi comes additus. Hic ubi primo
Vngula dispersit rores Phaethontia Phoebo,
Vviferis late florebat Massicus arvis,
Miratus nemora et lucentes sole racemos.
Id monti decus: atque ex illo tempore dives
Tmolus, et ambrosiis Ariusia pocula succis,
Ac Methymna ferox lacubus cessere Falernis.

Haec

207. *uviferis* ex Colon. *vitiferis* vulg. *viniferis* cod. Putean. et editt. priscae. 208. *lucentes* Mod. et N. Heins. ex manuscriptis dederunt, pro vulg. *fulgentes*, quod primus Nicander in Iunt. edidit. *rorantes* ed. Rom. pr. Mediol. Martini Herbipol. et Marsi. *liventes* denique coni. N. Heins. pro nigris, ut infra vers. 685. *liventia equorum terga*, et lib. VIII, 382. *atro liventes coeno aquas.* Ita et Lefeb. edidit. Sed vid. nott. 209. *It montis decus* vulg. Nostram lect. Heins. ex scriptis et priscis editt. restituit. 211. Versum Modius et Heinsius emendarunt ex MStis. Vulgatum erat *ferax Latiis.*

des, vincturaque linguam; cf. Lucret. III, 477. — 202. *tempora quassatus*, nutans capite, ut gravatus vino. Drakenb. laudavit Oppian. Venat. IV, 202. *οἷα μεθυσφάλεων, ἑτεροκλονέωντε καρήνον.* cf. Ovid. Remed. Am. v. 146.

205. Nova imago diei illucescentis. *Vngula Phaet.* equi Solis, *dispergunt rores*, dum hi evanescunt Solis aestu. Sequitur iucunda descriptio montis novo et antehac non usitato cultu florentis: *Massicus miratur nemora*, vinetas suas, et *lucentes sole racemos*, proprie, racemos uvis lucentibus refertos. Felix est imitatio loci Virgiliani Georg. II, 82. *Exiit ad coelum ramis felicibus arbos, Miraturque novas frondes, et non sua poma.* — 209. Ab eo tempore vinum Falernum omnia alia superavit. Hoc poetice ornatur. *Tmolus*, Lydiae mons. *Ariusia pocula* ex promontorio et tractu Ariusio in insula Chio. cf. Virgil. Ecl. V, 71. ubi id vinum ob dulcedinem *nectar* dicitur, ut Silio *succi ambrosii.* Ex eadem insula *Phaneum* quoque vinum laudat Virgil. Georg. II, 98. quem locum in mente habuisse videtur. v. Plin. XIV, 7. — *Methymna*

Haec tum vaſta dabat, terriſque infeſtus agebat
Hannibal, et ſicci ſtimulabant ſanguinis enſes,
Ludificante ducem Fabio; iamque improba caſtris
Auſoniis vota, et pugnandi prava libido
Gliſcebat; proni decurrere monte parabant.
Da famae, da, Muſa, virum, cui vincere bina
Conceſſum caſtra, et geminos domitare furores.
Fervida ſi nobis corda abruptumque putaſſent
Ingenium Patres, et ſi clamoribus, inquit,
Turbari facilem mentem; non ultima rerum
Et deplorati mandaſſent Martis habenas.
Stat penſata diu belli ſententia, vincam
Servare

212. *tum* cum vulg. edidit Lefeb. quem ſecuti ſumus. *dum* ex Colon. Drakenb. 213. *ut ſicci* coni. Barth. Adverſ. l, 13. *en ſicci* coni. N. Heinſ. 223. *Stet penſata diu bellis ſententia* coni. N. Heinſ.

thymna ferox, inſula Lesbos, validum et generoſum vinum procreans. Drakenborch. contulit vinum *indomitum* Lucani X, 163. cf. Virgil. Georg. II, 90.

212. ſq. Dum Hannibal agrum Falernum vaſtat, Romani quietis impatientes, in aciem erumpere geſtant. v. Liv. XXII, 12. et 14. quo inprimis pertinet omnis Minucii contra Fabium oratio. *Ludificari*, voc. Livianum lib. XXII, 18. et cap. 39. Supr. verſ. 15. *lento Poenum moderamine luſit.* — 217. *vincere bina caſtra*, Romana et Hannibalis. Nam in utrisque extabat furor pugnandi, quem Fabius coercebat.

219. Sequitur gravis et bene verbis expreſſa oratio Fabii, qua furorem militum compeſcat. In verſſ. quatuor prioribus Silium expreſſiſſe locum Ciceronis pro C. Rabir. cap. 6. Muretus Var. Lect. II, 14. notaverat: *Nunquam, mihi credite populus Romanus, hic, qui ſilet, conſulem me feciſſet, ſi veſtro clamore perturbatum iri arbitraretur.* — ingenium *abruptum* dicit temerarium, praeceps: *ultima rerum*, pro vulg. imperium belli poſt tantas clades Romanorum periculoſiſſimi. Mox *deploratum Martem*, ob deſperatam ſpem victoriae. — 123. *vincam ſervare*, gravius quam vulg. ſtudebo vos ſervare, vel ita: hic mihi triumphus eſto, ut vos ſervem, etiam *invitos*, et *fata urgentes*, in perniciem veſtram praecipites, nimirum coercendo, cunctando. cf. lib. VI, 621. 22. et infr. v. 398.

Servare invitos, urgenteſque ultima fata.
Nulli per Fabium e vobis cecidiſſe licebit.
Si lucis piget, et ſupremis eſſe cupido eſt
Nominis Auſonii, taedetque in tempore tali
Nullum clade nova claraeque fragore ruinae
Inſignem feciſſe locum; revocandus ab atris
Flaminius vobis eſt ſedibus. Ille ruendi
Iam dudum properans ſignum auſpiciumque dediſſet.
An nondum praeceps vicinaque fata videtis?
Vna, ut debellet, ſatis eſt victoria Poeno.
State, viri, et ſentite ducem. Cum optabile tempus
Depoſcet dextras, tunc iſta ferocia dicta
Aequentur factis. Non eſt, mihi credite, non eſt
Arduus in pugnas ferri labor. Vna recluſis
Omnes iam portis in campum effuderit hora.
Magnum illud, ſoliſque datum, quos mitis euntes
Iupiter aſpexit, magnum eſt, ex hoſte reverti.
Fortunae Libys incumbit, flatuque ſecundo
Fidit agens puppim. Dum deſinat aura, ſinuſque
Deſtituat

231. *properus* coni. N. Heinſ.

225. ſqq. Acerbus ſarcaſmus Flaminio dictus. Si vobis *cupido eſt*, *ſupremis*, h. e. ſupremos eſſe, qui Auſonii, vel Romani appellentur, ſi *in tempore tali*, tam luctuoſo reipublicae, vos *taedet* cum gloria pugnare. Hunc ſcilicet *inſignem facere locum* dicit, *nova clade* et *clarae ruinae fragore*, paulo tumidius. — 232. Nonne videtis, quantum periculum vobis immineat, ſi temere hoſtem aggrediamini? Scilicet *una Poeno victoria eſt*, *ut debellet*, ut vos ad pugnam adigat. Eam ſententiam ſupra ita variaverat poeta, verſ. 99. 100.: *vincendi ſola videtur, quod nondum ſteterint acies, mora.* — 234. *ſentite ducem*, ſentite, ut ego, dux veſter, ſentio, mihique morem gerite.

236. 40. Longe facilius eſt irruere in hoſtem, quam cum gloria inde reverti. Hanc ſententiam ornat verbis. 241. Libys *fortunae incumbit*, fretus fortuna agit, eaque fortunae opportunitate utitur; haec itaque cunctando adimenda eſt. Ea ſententia mox tropice effertur, ducta e re navali meta-

Deſtituat tumidos ſubducto flamine ventus,
In rem cunctari fuerit. Non ulla perenni
Amplexu Fortuna fovet. Iam copia quanto
Artior eſt nullo Tyriis certamine! Quantum
Detritum eſt famae! Quin inter cetera noſtra
Haud laude afuerit, modo qui — ſed parcere dictis
Sit melius. Iam vos acies et proelia et hoſtem
Poſcitis? O maneat, Superi, fiducia talis!
Interea, excluſa maioris ſorte pericli,
Me ſolum, quaeſo, toti me opponite bello.
  His dictis fractus furor, et rabida arma quierunt.
Vt cum turbatis placidum caput extulit undis
Neptunus, totumque videt, totique videtur
Regnator ponto; ſaevi fera murmura venti
Dimittunt, nullaſque movent in frontibus alas:
Tum, ſenſim infuſa tranquilla per aequora pace,
Lan-

247. *noſtrae laudi abſuerit* coni. eiusd. 253. *rabida* ex ſcriptis et priſcis editt. pro vulg. *rapida*, quod primus Nicander in Iunt. dedit, quem alii deinceps ſecuti ſunt. 257. *in montibus* vel *in fluctibus* coni. N. Heinſ.

metaphora. — 245. *copia quanto artior*, parcior commeatus, frumenti minus Hannibali ſine pugna eſt, inquit Cellarius. Sed ne ad illas modo res *copiam artam* nimis anguſte reſtringamus, cogitari poteſt de caeteris omnibus, quae victor lucrari poteſt pugnando. — 247. *inter cetera modo qui.* Hannibal, inquit Fabius, ſic quoque laudibus noſtris cumulum addet, qui modo ſolus victor habebatur, et ſolus victoris laude dignus praedicabatur. Sed haec ultima verecunde reticet Fabius, ne Hannibalis laude imminuta ſuam ipſe augere videatur.

253. Verſus paullum immutatus ex Virgil. A. VI, 102. *Vt primum ceſſit furor, et rabida arma quierunt.* Sequens etiam comparatio traducta e Virgil. Aen. I, 127. ſqq. unde alii paſſim poetae profecerunt. cf. Stat. Theb. V, 704. ſqq — 257. *nullas alas*, obvio phantaſmate poetico. Drakenborch. attulit Statii Theb. V, 433. ubi Zethes et Calais, Boreae filii, alas in capite habent. *Ales Auſter* Virgilio dictus Aen. VIII, 430. v. ſupr. lib. I, 589.

Languentes tacito lucent in litore fluctus.
Senſit cura ſagax Poeni, fraudiſque veneno
Aggreditur mentes. Pauca, atque haec ruris aviti
Iugera, nec multis Fabius vertebat aratris;
Maſſicus uviferis addebat nomina glebis.
Hinc peſtem placitum moliri, et ſpargere cauſas
In caſtra ambiguas. Ferro flammiſque pepercit,
Suſpectamque loco pacem dedit, arte maligna:
Ceu clandeſtino traheretur foedere bellum.
  Intellectus erat Fabio, Tyrioſque videbat
Dictator ſaevire dolos: at non vacat aegre
Invidiam gladios inter lituoſque timere,
Et dubia morſus famae depellere pugna;
Donec reptantem, et nequidquam ſaepe trahendo
Huc

269. *agri invidiam* coni. Barthius, et ſic ed. Lefeb. *acrem inv.* vel *aegro* coni. N. Heinſ. quod et in margine editionis Roman. pr. manu ignota adſcriptum vidit Drakenborch. 272. *raptantem*, et mox *trahentem* coni. Livineii notata Cortio ad marginem Silii ſui. Sed N. Heinſ. ita emendabat: *donec captantem nequidquam*,

— 259. *languentes fluctus*, ſedatiori motu ad litus appellentes, ut *languentem pelagum* Virgil. A. X, 289. Solenni luxurie *tacitum litus* addidit poeta. Etiam *lucere* tum demum fluctus dici poſſunt, cum tranquillo curſu defluunt.

260 ſqq. *Senſit cura Poeni*, quid? nimirum milites Romanos turbidos, et Fabio cunctanti infeſtos. Itaque, cum Hannibali monſtratus eſſet ager Fabio proprius, huic agro parcendum eſſe iuſſit, ut ſuſpicionem clandeſtini foederis excitaret, atque ita milites a Fabio abalienaret. Eam rem Livius narrat cap. 23. unde poeta huc transtulit. — 264. *Hinc*, ex illo agro Fabiano, *peſtem moliri placitum*, fraudis et invidiae Fabio faciendae opportunitatem arripuit. Idem mox dicit *ambiguas cauſas ſpargere*, exemplo Virgil. A. II, 98. *ſpargere voces in vulgum ambiguas*. — 266. *pacem*, exquiſite, quia hunc locum non vaſtabat.

269. *ſaevire dolos*, fortius quam vulg. ſtruere. 270. Fabius iſtas ſuſpiciones et infamiam non timebat. Notus eſt verſus Ennianus de Fabio: *non ponebat rumores ante ſalutem*. 271. *morſus famae*, ipſam invidiam, quae famam arrodit et minuit.

272. ſqq. Fabius Hannibalem

Huc illuc castra, ac scrutantem proelia Poenum,
Qua nemorosa iuga et scopulosi vertice colles
Exsurgunt, clausit, sparsa ad divortia turma.
Hinc Laestrygoniae saxoso monte premebant
A tergo rupes, undosis squalida terris:
Hinc Literna palus: nec ferri aut militis usum
Poscebat regio. Septos sed fraude locorum
Arta fames, poenas miserae exactura Sagunti,
Vrgebat; finisque aderat Carthaginis armis.
Cuncta per et terras et lati stagna profundi
Condiderat somnus, positoque labore dierum

Z 2 Pacem

quam, saepe trahendo etc. Locus planus erit, si τὸ *et* ante *nequidquam* deleatur. 283. *labore diurno* coni. Heins.

em intra Formiana saxa, et iterni paludes clausum te-
iet. Haec poeta verbis ornat. *Reptantem* Poenum dicit, ut uc et illuc agmen ducentem, acessendi hostis causa, et *proe-a scrutantem*, tentantem, mo-entem. *Sparsa ad divortia rma*, h. e. viis obsessis, un-e elabi Hannibal posset. Li-ius, ut solet, haec omnia stinctius narrat cap. 16. *In-usus videri Hannibal, via ad asilinum obsessa; quum Poenus ntra intra Formiana saxa, ac iterni arenas, stagnaque per-rrida situ, hibernaturus esset.* 276. *Laestrygoniae rupes* nt ipsa Formiana saxa. Nam ctore Plinio H. N. III. 5. *vidum Formiae, antiqua Lae-ygonum sedes.* Ergo distin-endi sunt Laestrygones, qui m in Sicilia sedem habue-nt.

282. sqq. Livius cap. 16. *Nec Hannibalem fefellit, suis se artibus peti. Itaque quum per Casilinum evadere non posset, petendique montes et iugum Calliculae superandum esset, necubi Romanus inclusum vallibus agmen aggrederetur; ludibrium oculorum, ad frustrandum hostem commentus, principio noctis furtim succedere ad montes statuit.* Haec Silius, ut poeta, ita effert, ut colores et phantasmata poetica, epico carmini apta, sectetur. Vsque ad vers. 287. haec vulgaris sententia ornatur non sine verborum luxurie quadam: Nox erat, et omnia quieta. At solus Hannibal quiescere non poterat. Sequentia omnino ad aetatem heroicam accommodate descripta reperient, qui Homerici carminis satis memores sunt; ut cum Mago, frater Hannibalis *taurino in tergo*, h. e. pelle taurina, dormit,

Pacem nocte datam mortalibus orbis agebat.
At non Sidonium curis flagrantia corda
Ductorem, vigilesque metus haurire sinebant
Dona soporiferae noctis. Nam membra cubili
Erigit, et fulvi circumdat pelle leonis,
Qua super instratos proiectus gramine campi
Presserat ante toros. Tunc ad tentoria fratris
Fert gressus vicina citos: nec degener ille
Belligeri ritus, taurino membra iacebat
Effultus tergo, et mulcebat tristia somno.
Haud procul hasta viri terrae defixa propinquae,
Et dira e summa pendebat cuspide cassis:
At clipeus circa, loricaque, et ensis, et arcus,
Et telum Baliare, simul tellure quiescunt.
Iuxta lecta manus, iuvenes in Marte probati;
Et sonipes strato carpebat gramina dorso.
Vt pepulere levem intrantis vestigia somnum,
Heus! inquit, (pariterque manus ad tela ferebat)
Quae te cura vigil fessum, germane, fatigat?
Ac iam constiterat, sociosque in cespite fusos
Incussa revocat castrorum ad munera planta.
Cui Libyae ductor: Fabius me, noctibus aegris,
In curas Fabius nos excitat: illa senectus,
Heu! fatis quae sola meis currentibus obstat.
Cernis, ut armata circumfundare corona,

Et

288. *eripit* coni. N. Heins. Drakenborch. etiam legi posse putat *exigit* ut lib. XVI, 234. — 295. pro *dira* N. Heins. coni. *Tyria cassis*. Sed recte Drakenborch. vulgatum tuebatur. 305. Ita Lefeb. pro *cum*. Mox vulgatum erat *noctibus aegrum* inde a Iuntina ed. in qua illud primus Nicander posuerat. Sed *aegris* ex scriptis et priscis editt. 306. *vos* Livinei. coni. bene, opinor.

mit, exemplo Homer. Il. κ, 154. ὅγ' ἥρως ὧδ', ὑπὸ διέστρωτο ῥινὸν βοὸς ἀγραυλοῖο. In reliquo habitu expressit Homer. Il. κ, 74. Et mox Mago socios e somno excitat *incussa planta*, plane ut Diomeden Nestor apud Homer. Il. κ, 157. τὸν παραστὰς ἀνέγειρε Γερήνιος ἱππότα Νέστωρ, Λὰξ ποδὶ κινήσας.

Et vallet clauſo collectos miles in orbe.
Verum, age, (nunc quoniam res artae) percipe porro,
Quae meditata mihi. Latos correpta per agros
Armenta aſſueto belli de more ſequuntur.
Cornibus arentes edicam innectere ramos,
Sarmentique leves fronti religare maniplos:
Admotus cum fervorem diſperſerit ignis,
Vt paſſim exſultent ſtimulante dolore juvenci,
Et vaga per colles cervice incendia iactent.
Tum terrore novo trepidus laxabit iniquas
Cuſtos excubias, maioraque nocte timebit.
Si cordi conſulta, (moras extrema recuſant)
Accingamur, ait. Gemino tentoria greſſu
Inde petunt. Ingens clipeo cervice repoſta
Inter equos, interque viros, interque iacebat
Capta manu ſpolia et rorantia caede Maraxes;
Ac dirum in ſomno, ceu bella capeſſeret, amens

310. pro *quoniam* Lefeb. ed. *quando*.

311. *correpta*, ex agris hoſtium abacta in praedam. Livius cap. 16. *boves, quos domitos indomitosque inter caeteram agreſtem praedam agebat.* 313. ſqq. de hoc ſtratagemate cf. Liv. l. c. cap. 16. Polyb. III, 94. Nepos Hann. 5. Quintil. Inſt. Orat. II, 17. Frontin. I, 5. Appian. lib. VII, 14. 15. — 315. *cum fervorem diſp.* cum flammam conceperit, exarſerit. 316. *exſultent*, evagentur, diſcurrant. 318. *laxabit* pro vulgari, relinquet. 320. *moras extrema recuſant*, periculum, in quo verſamur, cunctari nos vetat.

321. ſqq. Hannibal cum Magone tentoria obit, milites excitaturus, et de dolo ſuo certiores facturus. Sed haec poetica ratione amplificat Silius, dum definite enarrat, quae Livius, ut hiſtoricus rerum geſtarum veritatem ſecutus, univerſe extulit, ut cap. 17. *primis tenebris ſilentio mota caſtra*, et mox, *ſignum extemplo datur* etc. Ergo poeta *Maraxen* et *Acherram* duces inprimis nominat, quibus Hannibal conſilium ſuum edixerit. — 325. Maraxen bella et pugnas ſomniantem inveniunt. Hinc *amens* dicitur, ut in ſomno.

Clamorem tum forte dabat; dextraque tremente
Arma toro et notum quaerebat fervidus enſem.
Huic Mago, inverſa quatiens ut diſpulit haſta
Bellantem ſomnum: Tenebris, fortiſſime ductor,
Iras compeſce, atque in lucem proelia differ.
Ad fraudem, occultamque fugam, tutoſque receptus
Nunc nocte utendum eſt. Arentes nectere frondes
Cornibus, et latis accenſa immittere ſilvis
Armenta, oppoſiti referent quo clauſtra manipli,
Germanus parat, atque obſeſſa evellere caſtra.
Emergamus; et hic Fabio perſuadeat aſtus,
Non certare dolis. Nihil hinc cunctante, ſed acris
Incepti laeto iuvene, ad tentoria Acherrae
Feſtinant: cui parca quies, minimumque ſoporis;
Nec notum ſomno noctes aequare: feroci
Pervigil inſervibat equo, feſſumque levabat
Tractando, et frenis ora exagitata fovebat.
At ſocii renovant tela, arentemque cruorem
Ferro detergunt, et dant mucronibus iras.
Quid fortuna loci poſcat, quod tempus, et ipſi
Quaenam agitent, pandunt; et coeptis ire miniſtrum
Haud

329 *bellantem ſomnum* MSti et omnes priſcae editiones ante Iuntinam, quae prima *bellantis* exhibuit. *bellanti* Dausq. 334. *Sarmenta* coni. N. Heinſ. *referent qua* Colon. et Putean. *quae* Oxon. 337. *nos certare dolis* perperam Nicander ediderat in Iuntina, ante quam omnes editt. recte *non certare d.* quod deinde Modius, Barthius, et N. Heinſ. ex libris ſcriptis vindicarunt. Mox pro *hinc* vulg. *hic*. 344. *detergent* ed. Lefeb. ut Colon.

mno. — 334. *quo referent cl. m.* ut milites a Fabio diſpoſiti ad cuſtodiam viarum ſtationes ſuas deſerant. v. ad verſ. 275. — 336. hic aſtus Fabium permoveat, ne poſthac dolis nobiſcum certet.

339. Acherrae vigilantiam vide quanta verborum luxurie poeta ſignificet. *Somno noctes aequat*, qui per totam noctem dormit. Mox in equi curatione, *ora fovebat*, dum labra frenis affecta emolliebat, mulcendo, tergendo, lavando. cf. Pollux I, §. 201. ab Heinſio laudatus. — 344. *dant mucronibus iras*, exquiſite pro exacuunt, exaſperant obtuſos gladios. Idem extulit Stat. I. Achill. 435. v. ſupr. lib. IV, 19. — 346. *coeptis ire miniſtrum*,

Haud ſegnem hortantur. Diſcurrit teſſera caſtris:
Intentique docent, quae ſint properanda, monentque
Quiſque ſuos: inſtat trepidis, ſtimulatque ruentes
Navus abire timor, dum caeca ſilentia, dumque
Maiores umbrae. Rapida iam ſubdita peſte
Virgulta, atque altis ſurgunt e cornibus ignes.
Hic vero ut, gliſcente malo, et quaſſantibus aegra
Armentis capita, adiutae pingueſcere flammae
Coepere, et vincens fumos erumpere vertex:

349. Modius et Heinſ. ex MStis emendarunt *inſtat trepidis* pro vulg. *inſtant trepidi.* 354. *adiutae pice creſcere* coni. N. Heinſ. Commendandae coniecturae gratia adſcripſerat haec: „quis credat, optimae latinitatis ſcriptorem, ac perpetuum cum Ciceronis tum Maronis imitatorem, ſic locutum?" Ego vero dico, ſi illa ratio valeret, o quam multa forent expungenda et corrigenda in iis, qui ſe Ciceronis vel Maronis imitatores profitentur! 355. Heinſius itidem coniiciebat *et vinclis fumi ſe erumpere vertex*, vel, *atque undans fumo ſe erumpere vertex.* Hoc iterum eſt coniectando ſe exercere. Lectio recepta Silio neutiquam indigna eſt, brevior etiam et gravior.

ſtrum, adiuvare conſilium Hannibalis. Silius in hoc loco arbitrium ſuum, ut poeta, ſecutus eſt. Nam ſecundum Livium *Aſdrubali hoc negotium datum, ut primis tenebris noctis id armentum accenſis cornibus ad montes ageret*; apud Appianum autem l. l. *audaciſſimis iuvenibus negotium dat Hannibal, ut boves agant.* — 347. *Teſſera* nunc non eſt τὸ σύνθημα graec. die Parole, ſed iuſſio imperatoris, τὸ παράγγελμα Polybio, qua ille militibus ſignificabat, quid fieri vellet, die Ordre. Ita recte Drakenborch. laudans multa Livii loca, ut lib. VII, 35. IX, 32. Sic Virgil. Aen. V, 637. *it bello teſſera ſignum.* — 351. *maiores umbrae*, quas ſol occiduus facere ſolet. Notus poetarum ornatus ad noctem ingruentem declarandam. cf. Virgil. Ecl. I, 84. II, 67. *primas tenebras* Livius dixerat.

351. ſqq. Sequitur poetica ardentium boum imago. *ſubdita virgulta*, inverſa ratione, ut poetae ſolent, dicit, cum proprie ignis virgultis ſubditus eſſet. v. ad lib. IV, 780. In caeteris flammam accreſcentem eleganti, at operoſo nimis ornatu deſcribit. *pingueſcere* flamma dicitur, cum denſiore globo prorumpit, *adiuta* nimirum aura ex capitibus quaſſatis et iactatis aucta. Hoc Livius explicat: *capitum irrita quaſſatio excitans flammam.* De *vertice* ignis v. ad lib. II, 630. et VI, 512. coll.

Per colles dumosque, (lues agit atra) per altos
Saxosi scopulos montis lymphata feruntur
Corpora anhela boum, atque obsessis naribus igni
Luctantur frustra rabidi mugire iuvenci.
Per iuga, per valles errat Vulcania pestis,
Nusquam stante malo; vicinaque litora fulgent.
Quam multa, affixus coelo sub nocte serena,
Fluctibus e mediis sulcator navita ponti
Astra videt: quam multa videt, fervoribus atris
Cum Calabros urunt ad pinguia pabula saltus.
Vertice Gargani residens incendia pastor.
At facie subita volitantum montibus altis
Flammarum, quîs tunc cecidit custodia sorti,
Hor-

362. *affixus coelo* ex MStis Modius, Barth. et Heins. restituerunt, firmantibus idem editt. priscis ante Iuntinam, in qua primus Nicander *intentus* dederat, multis sequentibus. 367. *Hac facie*, et *in montibus* vulg. Emendarunt lectionem Mod. et Heins. ex scriptis.

Virg. Aen. XII, 672. *vincens fumos* generosa metaphora, de igne per fumi densam nubem penetrante et ad auram adsurgente, ut Virgil. Georg. II, 307. *per ramos victor per alta cacumina regnat.* — 356. *lues atra*, dira, atrox vis ignis, quam modo *pestem*, et *malum* dixerat. Non infeliciter in his cum Livio Silius certavit. Haec tironibus comparanda sunt, ut utriusque elegantiae terminos cognoscant.

362. 65. Flammas sarmentorum veluti oscillantes ex vagis boum discursionibus, comparationes binae declarant. *affixus coelo navita*, intentus stellis observandis. Ita *pendere ab astro* in simili re dixit Valer. Flacc. I, 481. ubi vid. interpp. — Morem Calabrorum saltus exurendi, *ad pinguia pabula*, h. e. ut herbae pinguiores et laetiores crescant cineribus in prata et agros congestis, praeter alios Lucanus inprimis commemorat lib. IX, 182. sqq. De re ipsa cf. Virgil. Georg. I, 85. sq. et v. quae dicta sunt infr. ad lib. IX, 605.

367. sq. cf. Liv. cap. 17. et Polyb. III, 95. Sed poeta singula per partes exponit. Ergo ut formidinem militum in excubiis collocatorum declaret, tria genera ignium describit, quos cernere sibi videbantur, primum, ignes *qui nullo spargente sub collibus pascantur*, h. e. faces nocturnae, quales prope loca pallustria nasci

Horrere, atque ipſos nullo ſpargente vagari
Credere, et indomitos paſci ſub collibus, ignes.'
Coelone exciderint, et magna fulmina dextra
Torſerit omnipotens, an caecis rupta cavernis
Fuderit egeſtas accenſo ſulfure flammas
Infelix tellus, media in formidine quaerunt.
Iamque abeunt: fauceſque viae citus occupat armis
Poenus, et in patulos exſultans emicat agros.
Huc tamen uſque vigil proceſſerat arte regendi
Dictator, Trebiam et Tuſci poſt ſtagna profundi,
Eſſet ut Hannibali Fabium Romanaque tela
Evaſiſſe ſatis. Quin et veſtigia pulſi,
Et greſſus premeret caſtris, niſi ſacra vocarent
Ad patrios veneranda Deos. Tum, verſus ad Vrbem,
Alloquitur iuvenem, cui mos tramittere ſigna

372. *caecis terra cav.* vitioſe Nicander in Iunt. vulgaverat, quem aliae editiones ſecutae ſunt. Mod. et Heinſ. ex MStis et priſcis editt. *rupta.* 374. poſt verba *infelix tellus* in vulgatis haec inſerta legebantur: *tantis damnata minis. Iamque fugam Rutuli* etc. Haec aberant a ſcriptis omnibus, et ab editt. Rom. Parm. Mediol. Marſi et Martini Herbipol. Prima exhibet ed. Iuntina Nicandri, et poſt eam reliquae. 382. *celebranda* coni. N. Heinſ.

naſci ſolent, deinde fulmina, denique ignes e terra, ut e Vulcano, prorumpentes. Haec ſingula poetico ornatu verborum effert. In verſ. 371. *magnam dextram* dixit ut Horat. Od. III, 3. *magnam Iovis fulminantis manum.*

377. Tantum Fabius profecerat prudentia ſua, ut Hannibal, qui antea victoriis elatus ubique inſtabat Romanis, nunc ſatis haberet Romanos evaſiſſe. 380. Fabius Poenos perſecutus fuiſſet ulterius, niſi ſacrorum cauſa Romam ei proficiſcendum fuiſſet. — Res eo tempore geſtas poeta, pro more, contraxit. Nam priusquam Fabius Romam rediit, ab utraque parte variae velitationes et caſtrorum mutationes factae erant, quas Livius cap. 18. narravit. *Sacra* illa genti Fabiae fiebant in colle Quirinali, auctore Livio V, 46. et 52.

382. ſqq. cf. Liv. cap. 18. unde orationem Fabii ad Minucium poeta expreſſit. — *cui mos tr. ſ.* Nimirum legibus cautum erat, ut dictator, ſi caſtris excederet, ſummum belli imperium magiſtro equitum

Et belli ſummam primaſque iubebat habenas;
Atque his praeformat dictis, fingitque monendo:
Si factis nondum, Minuci, te cauta probare
Erudiit Fortuna meis; nec ducere verba
Ad verum decus, ac pravis arcere valebunt.
Vidiſti clauſum Hannibalem. Nil miles et alae
Juvere, aut denſis legio conferta maniplis.
Teſtor te, ſolus clauſi; nec deinde morabor:
Dis ſine me libare dapem, et ſollemnia ferre.
Tunc iterum, atque iterum vinctum vel montibus altis,
Amnibus aut rapidis (modo pugna abſiſtite) tradam.
Interea (crede experto, non fallimus) aegris
Nil moviſſe ſalus rebus. Sit gloria multis,
Et placeat, quippe egregium, proſternere ferro
Hoſtem; ſed Fabio ſic vos ſervaſſe triumphus.

Plena

391. Verſum hunc ſpurium cenſebat N. Heinſius. Sed nullis argumentis id evicit. In ſcriptore, qui non eſt longe abſolutiſſimus, ad expungendum non ſufficit, ut dicas verba abeſſe poſſe ſalva ſententia, vel putida eſſe. 393. pro *nunc* Colon. *hunc*. Livineius notante Cortio coni. *Tunc*, quod cum editore Francogallico repoſui. 395. *non fallimus* ex Colon. pro vulg. *non fallimur*. Leſeb. poſt *fallimus* interpunxit, deleta parentheſi. 398. *Fabio ſit vos ſervare triumphus* vulg. *ſic vos ſerv.* ex Colon. et

tum traderet; quam *belli ſummam*, et *primas habenas* noto ornatu dicit. — 386. *cauta probare*, caute agere in bello gerendo. Fabius apud Livium l. l. monet, *ut ſe potius ducem, quam Sempronium Flaminiumque imitetur*, et *ut plus conſilio quàm fortunae confidat.* — 387. *verba* mea, inquit Fabius, et admonitiones tibi nihil proderunt, niſi ex factis meis ſapere didiciſti. — 391. *ſolus*, ſine adiumento militum, ſola arte mea adiutus, *clauſi* Hannibalem, *nec deinde*, cum rediero *morabor*, h. e. idem deinceps repetam, quoties opus fuerit: cf. verſ. 393. ubi id planius effert poeta. — 392. *libare dapem*, ſacra facere, quae fiebant libatione, et *ſolemnia* quatenus ſtata illa ſacrificia erant. Ita apud Virgil. Aen. III, 301. Andromache cineri Hectoris *libabat ſolemnes dapes.*

395. *nil moviſſe*, quieſcere, et a pugna abſtinere, haec una ſalus eſt in re deſperata. cf. v. 404. Cum admirabili gravitate Fabius haec effatur et ſequen-

Plena tibi caſtra atque intactus vulnere miles
Creditur: hos nobis (erit haec tibi gloria) redde.
Iam cernes Libycum hunc vallo aſſultare leonem,
Iam praedas offerre tibi, iam vertere terga,
Reſpectantem adeo, atque iras cum fraude coquentem.
Claude, oro, caſtra; et cunctas ſpes eripe pugnae.
Haec monuiſſe ſatis. Sed ſi compeſcere corda
Non datur oranti, magno te iure pioque
Dictator capere arma veto. Sic caſtra relinquens
Vallarat monitis, ac ſe referebat ad Vrbem.
Ecce autem flatu claſſis Phoeniſſa ſecundo
Litora Caietae Laeſtrygonioſque receſſus
Sulcabat roſtris, portuſque intrarat apertos,
Ac totus multo ſpumabat remige pontus;
Cum trepidae fremitu vitreis e ſedibus antri

Aequo-

et Oxon. *ſit vos ſervaſſe* ed. Leſeb. uti iam Burmannus ſuaſerat. N. Heinſius coniecit *ſat Fabio cives ſervaſſe triumphi eſt*, vel *ſlet Fabio cives ſervaſſe triumphus*. 400. *erit haec ſat gloria* ed. Leſeb. e Rom. 2. ubi erat *ſed*; quae lectio proxime accedit ad Colon. ubi eſt *erit haec ſe gloria*. 411. *intrabat* vulg. et ſic Leſeb. 412. *tortus* coni. N. Heinſ. recepit Leſeb. 413. *vitrei ſe ſedibus* coni. N. Heinſ. adprobante Drakenborch.

ſequentia usque ad verſ. 406. — 403. *iras coquentem.* v. ſup. ad lib. II, 327. — 406. *magno iure pioque*, ut dictatoris, ſummi magiſtratus, cuius iuſſa ſacroſancta habebantur. — 408. *caſtra vallarat m.* pro vulgari, inſtruxerat.

409. ſqq. Poeta cum inſtituiſſet, nullum epiſodiorum genus, ab Homero vel Virgilio uſurpatum, praetermittere, quin eius exemplo in carmine ſuo uteretur, nunc quidem fingit (nam inter cladem ad lacum Thraſymenum et Cannenſem, claſſem Punicam ad Caietam appuliſſe ſubſidii cauſa, nullus hiſtoricorum tradidit, niſi quod Polybius III, 103. prodat Aſdrubalem opportuno tempore Hannibali ſuppetias veniſſe) naves Punicas ad litora Caietae adpuliſſe, eoque adventu exterritas Nereides ad Proteum vatem confugiſſe, qui deinceps omnes huius belli cauſas et eventus explicaverit. Inde natum eſt longum epiſodium, in quo, ſi ab inventionis laude, quae nulla fere eſt, receſſeris, variae doctrinae et ornatus poetici ſatis inſignia documenta reperies

Aequoreae pelago ſimul emerſere ſorores,
Ac poſſeſſa vident infeſtis litora proris.
Tum magno percuſſa metu Nereïa turba,
Attonitae propere refluunt ad limina nota,
Teleboï medio ſurgunt qua regna profundo,
Pumiceaeque procul ſedes. Immanis in antro
Conditur abrupto Proteus, ac ſpumea late
Cau-

416. *perculſa* ed. Lefeb. 417. *limina* Heinſ. ex MStis. pro vulg. *litora*, quod ſervavit Lefeb. ſententia poſthac mutata *limina* probavit. Deinde Heinſ. coni. *attonitae properaeque fluunt*. 418. *Teleboum* coni. N. Heinſ. ex Virgil. Aen. VII, 735. Sic et ed. Lefeb.

reperies. De utroque genere, age, ſingulatim videamus. — In deſcriptione claſſis adventantis notos ornatus adhibuit, e Virgilio maxime congeſtos. *Caietae* urbis et promontorii notus ſitus ad mare Tyrrhenum, unde in Formianum portum tenditur, quos *Laestrygonios receſſus* dicit. v ſupr. ad v. 276. — 414. *aequoreae ſorores*, Nereides, mox *Nereia turba*, quas Virgilius Georg. II, 494. *Nymphas ſorores* dixit, et Propert. III, 5. 33. *aequoreas Nereo genitore puellas*.

416. Nereides *refluunt*, refugiunt, ad Capreas, inſulam Surrento oppoſitam, quam dicit *Teleboi regna*, hauſta fabula ex Virgil. A. VII, 735. *Teleboum Capreas quum regna teneret*, ubi Heyn. in Excurſ. ad h. l. „Teleboae Taphum, inquit, unam ex Echinadibus, incoluerunt, in qua in ex oppoſita Acarnania tranſl- erant. Relicta Tapho, Capreas inſulam eos adiiſſe, ex hoc loco conſtat. Quis in ea fabula Virgilio praeiverit, non conſtat.“ cf. Cellar. Geogr. lib. II, p. 764. et 1006.

419. ſeqq. Quod Silius Proteum, cuius ſedem in Pharo inſula collocavit Homerus Od. δ, 384. ſeq. in hanc partem Italiae tranſtulit, id arbitrio poetae potius, quam certae fabulae tribuendum videtur. Quamvis enim Virgilius Georg. IV, 390. dum Proteo Ematheam et Pallenem pro patria adſignat, fabulam antiquam haud dubie ſecutus eſt, tamen ſequiores poetae, relictis fabularum veluti veſtigiis, eo licentiae proceſſiſſe videntur, ut ubi Neptuno et Nereidibus locus eſſe poſſet, ibi et Proteum, Neptuni famulum et paſtorem, et Nereidum ducem (v. Virg. l. c. v. 391. et 394.) collocarent. — In caeteris, quae de Proteo nar-

Cautibus obiectis reiectat caerula, vates.
Is postquam (sat gnarus enim rerumque metusque)
Per varias lusit formas, et terruit atri
Serpentis squamis, horrendaque sibila torsit,
Aut fremuit torvo mutatus membra leone,
Dicite, ait, quae causa viae? Quisve ora repente
Pervasit pallor? Cur scire futura libido?
Ad quae Cymodoce, Nympharum maxima natu
Italidum, Nosti nostres, praesage, timores.
Quid Tyriae classes, ereptaque litora nobis
Portendunt? Num migrantur Rhoeteïa regna
In Libyam Superis? Aut hos Sarranus habebit
Navita iam portus? Patria num sede fugatae
Atlantem et Calpen extrema habitabimus antra?
Tum sic, involvens repetita exordia, retro
Incipit ambiguus vates, reseratque futura:

Laome-

421. pro *reiectat*, quod iuxta τὸ *obiectis* positum inconcinnum videbatur, N. Heins. coni. *despectat.* 428. *Cymothoe* ed. Lefeb. e Codd. ut ait, Tell. et Rom. 2. 430. *obsessaque litora* Cod. Putean. pro *nobis* etiam N. Heins. coni. *nautis.* 434. *Calpes antra* coni. eiusd. quam expressit Lef. 435. *evolvens* coni. eiusd. cf. vers. 494.

narrantur, omnino locum Virgilianum poeta secutus est, ut cum ei *sedes pumiceas* adsignat, quae sunt *pendentia pumice tecta* Virgil. Mox *antrum abruptum* est, cuius tectum et latera prominent, ut Virgil. v. 418. *specus ingens exesi latere in montis.* — *conditur*, condit se, habitat. Homerus l. c. v. 403. κοιμᾶται ὑπὸ σπέσσι γλαφυροῖσιν. — 421. *reiectat caerula* pro vulg. coercet undas, vel potius, se ipsum ab undis tuetur. Scilicet expressit variatis verbis versum Virgil. 422. *Intus se vasti Proteus tegit obiice saxi.*

423. In Protei mutationibus describendis multi praeiverant. cf. Hom. Od. δ, 419. seq. Virgil. Georg. l. I. 406. seq. Ovid. Met. VIII, 731. — 428. primas loquendi partes Cymodoci adsignat, ex imitatione Virgil. Aen. X, 225. — 431. *migrantur*, translocantur. *Superis* scil. auctoribus.

435. *involvens repetita exordia*, poetice pro vulg. ab initio repetens narrationem. *ambiguus vates*, ποίκιλος, ob varias mutationes; et sic Ovid. Met. II, 8. et Valer. Fl. II, 318.

Laomedonteus Phrygia cum ſedit in Ida
Paſtor; et, errantes dumoſa per avia tauros
Arguta revocans ad roſcida paſcua canna,
Audivit ſacrae lentus certamina formae:
Tum matris currus niveos agitabat olores,
Tempora ſollicitus litis ſervaſſe, Cupido.
Parvulus ex humero corytos et aureus arcus
Fulgebat, nutuque vetans trepidare parentem,
Monſtrabat gravidam telis ſe ferre pharetram.
Aſt alius nivea comebat fronte capillos;
Purpureos alius veſtis religabat amictus:
Cum ſic ſuſpirans roſeo Venus ore decoros
Alloquitur natos: Teſtis certiſſima veſtrae
Ecce dies pietatis adeſt. Quis credere ſalvis
Hoc auſit vobis? de forma atque ore (quid ultra
Iam490ſupereſt rerum?) certat Venus. Omnia parvis

Si

437. *Ide* Lefeb. 446. Sic N. Heinſ. interpunxit. In vulgatis erat: *alius nivea comebat fronte capillos Purpureos, alius veſtis religabat amictus.* Hanc tamen lectionem ſervavit Lefeb. niſi quod edidit *amictum*.

318. Marſus minus recte, opinor, ad vaticiniorum ambages epitheton retulerat.

437. Incipit Proteus a iudicio *paſtoris Laomed.* Paridis (v. Virg. Aen. VII, 363. ἀνὴρ βούτας Eurip. Hecub. 646.) in Ida monte, quae cauſa fuit excidii Troiani et bellorum omnium, quibus poſtea vexati ſunt Romani odio Iunonis. — 439. *arguta canna*, canora, ut centies in Eclogis Virgilianis. Mox etiam *lentus* ſolenne paſtorum epitheton Virgil. Ecl. I, 4. *lentus in umbra.* Cul. 157. *lentus in herbis paſtor.*

441. ſeqq. Dearum ad iudicium Paridis adventus. Veneris curru olores iunctos, et Cupidinem aurigam, paſſim poetae canunt. v. Stat. Silv. I, 2. 143. ſeqq. Ovid. Met. X, 717. — Cupido eſt *ſollicitus temp. l. ſervaſſe*, obſervaſſe, ne ſi Venus ſerior veniſſet, caeteris videretur victoriam ceſſiſſe. — 446. Alii Cupidines Venerem ornant. In *amictu* Veneris definiendo argutantur interpretes. *Veſtem* etiam Virgil. A. I, 404. appellat, ubi vid. Heyn. Neque opus eſt, ut nudas Deas cogitemus, adeoque *religare* ſit

Si mea tela dedi blando medicata veneno,
Si vester, coelo ac terris qui foedera sancit,
Stat supplex, cum vultis, avus, victoria nostra
Cypron Idumaeas referat de Pallade palmas;
De Iunone Paphos centum mihi fumet in aris.
 Dumque hic aligeris instat Cytherea, sonabat
Omne nemus gradiente Dea. Iam bellica virgo,
Aegide deposita, atque assuetum casside crinem
Involvi tum comta tamen, pacemque serenis
Condiscens oculis, ibat, lucoque ferebat
Praedicto sacrae vestigia concita plantae.

Parte

453. pro *si mea* N. Heins. coni. *si modo*. 455. *nostram* coni. eiusd. 458. *haec instat* vulg. et sic Lefeb. *hic* editt. Rom. Parm. Mediol. *his* bene coni. Drakenb. 460. assuetum casside crinem Involvit, tum *comta comam* vulg. *tum comta tamen* libri scripti praeter editt. Basil. Colin. et Dausq. ut dicat Silius, Minervam crines, quos olim casside involvere solebat, nunc cum cura composuisse. Ergo etiam Gronov. Observ. I, 17. emendavit *involvi*, ut iungas *crinem casside involvi adsuetum*. 462. *condiscens* scripti et omnes editt. priscae. Vulgatum *connivens* primus Nicander in Iuntina ed. cf. Gronov. Observ. I, 17.

sit solvere, quod Lefebure magno exemplorum apparatu demonstrat. — 450. *quis credere hoc ausit*, quis unquam credidisset fieri posse, ut mecum de pulcritudine certamen esset, *salvis vobis*, vobis me adiuvantibus. Inest scilicet blanda laus Cupidinum, a quorum ope Venus dicit formam et victoriam suam pendere. — 451. *quid ultra superest rerum*, quid mihi superest, nisi pulcritudine mea vinco. In hac una victoriae spes est. 452. Venus commemoratione beneficiorum, quibus Cupidines sibi obligaverit, orat, ut ne se nunc deserant. *Vester* adeo *avus*, Iupiter, cuius imperio omnia subiecta sunt in coelo et terra, *stat supplex, cum vultis*, vobis se submittit, vestra ope indiget. Ergo cum tanta sit potentia vestra, *victoria nostra — referat palm.* etc. efficite, quaeso, ut Palladem et Iunonem vincam. De *palmis Idumaeis* v. lib. III, 600.

458. seqq. Locus elegans, cum verborum cultu, tum characteris singularum Dearum notatione. Dum Venus *instat aligeris*, precibus factis ad Cupidines. Alatos hos fuisse, quis nescit? — 462. *pacem oculis condiscens*, elegantissime

Parte alia intrabat iuſſis Saturnia ſilvis,
Iudicium Phrygis et faſtus paſtoris et Idam
Poſt fratris latura toros: poſtrema nitenti
Affulſit vultu ridens Venus. Omnia circa
Et nemora et penitus frondoſis rupibus antra
Spirantem ſacro traxerunt vertice odorem.
Nec iudex ſediſſe valet; feſſique nitoris
Luce cadunt oculi, ac metuit dubitaſſe videri.
Sed victae fera bella Deae vexere per aequor,
Atque exciſa ſuo pariter cum iudice Troia eſt.
Tum pius Aeneas, terris iactatus et undis,
Dardanios Itala poſuit tellure Penates.
Dum cete ponto innabunt, dum ſidera coelo
Lucebunt, dum Sol Indo ſe litore tollet,
Hic regna, et nullae regnis per ſecula metae.

At

464. *iuſſas ſilvas* lectio vulg. a Nicandro orta, cum ante Iuntinam in ſcriptis et editis eſſet *iuſſis ſilvis*. 473. *eſt* omittunt Colon. et Oxon. 474. *unda* editt. vetuſtae. 476. *ponto vivent* nonnulli ſcripti et editt. Rom. pr. et Mediol. 477. pro *litore* Burmannus ad Ovid. Amor. II, 6, 1. coni. *limine*.

tiſſime de Pallade, ſeveritatem vultus perpetuam nunc corrigente, et laetiorem frontem adſumente. — 465. *iudicium Paridis — poſt fratris lat. toros*, contemnens ſuperbe, cum eſſet ſoror et coniux Iovis. Iunonis ſcilicet perpetuus character eſt, maieſtate ſua commovere. 468. 69. Variavit paululum imaginem Virgilianam Aen. I, 403. *ambroſiaeque comae divinum vertice odorem ſpiravere.* At Silius, ut ſolet, rem in miraculum auxit, quod eſt peculiare luxuriei poeticae genus.

470. Forma Veneris ita cepit Paridem, ut *non valeret iudex ſedere*, quatenus in tam luculenta pulcritudine iudicio non opus erat; et *metuit dubitaſſe videri*, ne, ſi iudicium tuliſſet et comparationem inſtituiſſet, videretur de pulcritudine Veneris dubitare. Satis vulgares ſententias nimis argute verbis expreſſas agnoſcimus.

474. E Virgil. A. I, 3. *multum ille et terris iactatus et alto.* — Ad verſ. 475. cf. Virg. Aen. I. init. II, 717. et III, 149. — 476-78. Nunquam regni Itali finis erit. Sententia ex Virgil. A. I, 278. *His* (Romanis) *ego nec metas rerum,*

At vos, o natae, currit dum immobile filum,
Hadriaci ſugite infauſtas Saſonis arenas:
Sanguineis tumidus ponto miſcebitur undis
Aufidus, et rubros impellet in aequora fluctus:
Damnatoque Deûm quondam per carmina campo
Aetolae rurſus Teucris pugnabitis umbrae.
Punica Romuleos quatient mox ſpicula muros,
Multaque Hasdrubalis fulgebit ſtrage Metaurus.
Hinc ille e furto genitus patruique piabit
Idem ultor patriſque necem: tum litus Eliſſae

Im-

486. pro *fulgebit* Heinſius con. *turgebit*, non male. 487. *in furto* Colon, et ſic ed. Leſeb.

rum, nec tempora pono. Imperium ſine fine dedi. Sed reliquos ornatus mutuatus eſt ex verſ. 607. quem alii multi poetae paſſim variarunt. v. Cerda. — 479. *dum currit*, dum continuatur *filum*, in manu Parcae, *immobile*, quatenus fatum ipſum moveri, mutari non poteſt: dum ergo funeſta Romanorum ſors durat. 480. *Saſon* inſula maris Hadriatici inter Epirum et Brunduſium; in quod mare influit Aufidus Cannenſi pugna funeſtus, quam in ſeqq. praedicit Proteus. v. lib. I, 52. — 483. *campo* Cannenſi, *damnato deum per carmina*, quatenus cladem hanc olim Sibyllae praedixerunt; niſi cum Cellario carmina Marciana intelligas, quorum mentionem in ea re fecit Livius XXV, 12. Sed conf. Sil. lib. IX, 57. ſeqq. — 484. *Aetolae umbrae* Diomedis, poſt bellum Troianum huc delati, unde tractus Cannenſis paſſim campus Diomedis, et Aetolus, dicitur. v. inf. lib. VIII, 243. IX, 495. — *rurſus*, ut olim ad Troiam. cf. Hom. Il. ε, 332. ſeq. Videtur hic locus expreſſus eſſe ex Virgil. Aen. X, 26. ubi Venus: *muris iterum imminet hoſtis Naſcentis Troiae: nec non exercitus alter: Atque iterum in Teucros Aetolis ſurgit ab Arpis Tydides.* 486. *Metaurus* Vmbriae fluvius, ad quem caeſus eſt Hasdrubal. *fulgebit ſtrage*, incommode dictum de fluvio iam Heinſius notavit. Haud tamen dubium eſt dictum pro, celebrabitur, innoteſcet. v. var. lect.

487-91. De Scipione ſermo eſt, qui cum dicitur *furto Iovis genitus*, poeta alludit ad fabulam, qua ille ex Iove in ſerpentem converſo et Pomponia quadam editus ferebatur

Implebit flammis, avelletque Itala Poenum
Viſcera torrentem, et propriis ſuperabit in oris.
Huic Carthago armis, huic Africa nomine cedet.
Hic dabit ex ſeſe, qui tertia bella fatiget,
Et cinerem Libyae ferat in Capitolia victor.
Quae dum arcana Deûm vates evolvit in antro,
Iam monita et Fabium bellique equitumque magiſter
Exuerat mente, ac praeceps tendebat in hoſtem.
Paſcere nec Poeno pravum ac nutrire furorem
Deerat, et, ut parvo maiora ad proelia damno
Eliceret, dabat interdum ſimulantia terga.
Non aliter, quam qui ſparſa per ſtagna profundi
Evocat

490. *torquentem* coni. Heinſ. 497. *furorem* ex Colon. vindicavit N. Heinſ. pro vulg. *favorem*. *Poenus* vulg. et ſic Lefeb.

rebatur. v. Gell. N. A. VII, 1. Hinc ſup. lib. IV, 478. *Iovis proles* vocatur, et lib. XIII, 615. *adſtabat fecunda Iovis Pomponia furto.* — De Cornel. et Cnaeo Scipionibus in Hiſpania caeſis v. Flor. II, 6. cf. inf. lib. XV. init. — *avellet*, expellet. *Itala viſcera torrentem*, ferro et igne vaſtantem Italiam. *propriis in oris*, Lybicis. Nam ad Zamam Scipio Hannibalem magno praelio fudit. — *Africa nomine cedet*, magnifice et invidioſe dictum pro, Africanus cognominabitur.

492. *dabit ex ſeſe*, quatenus Pauli Aemilii filium adoptavit, qui poſtea Scipio Aemilianus dictus eſt. Hic tertio bello Punico Carthaginem delevit et victor Romam rediit. Vnde dicitur *tertia bella fatigare*, gerere, conficere. v. Liv. Epit. 48. et 49. Flor. II, 15.

494 ſeqq. Finito epiſodio, quod inde a verſu 409 coeperat initium, narratio hiſtorica procedit. Et res ibi eo devenerant, ut Fabio in invidiam adducto, Minucius magiſter equitum non modo hoſtes adgrediendos, ſed et aequandum inter ſe et Fabium belli imperium contenderet. cf. Livius XXII, 24. — 495. *monita* Fabii v. verſ. 385. ſeqq. — 496. *Poeno non deerat.* Hannibal non intermiſit omni modo *nutrire pravum furorem*, temerariam pugnandi libidinem Minucii. — *Dabat ſimulata terga* poetice pro, fugam ſubinde ſimulabat, ut illum ad pugnam laceſſeret, noto ſtratagemate. Huic fraudi demonſtrandae ſervit ſequens comparatio verſ. 500-503.

Evocat e liquidis piſcem penetralibus eſca.
Cumque levem ſumma vidit iam nare ſub unda,
Ducit ſinuato captivum ad litora lino.
Fama furit, verſos hoſtes, Poenumque ſalutem
Inveniſſe fuga: liceat ſi vincere, finem
Promitti cladum: ſed enim ditione carere
Virtutem, et poenas vincentibus eſſe repoſtas.
Clauſurum iam caſtra ducem, rurſuſque referri
Vaginae iuſſurum enſes, reddatur in armis
Vt ratio, et purget miles, cur vicerit hoſtem.
Haec vulgus: nec non Patrum Saturnia mentes
Invidiae ſtimulo fodit et popularibus auris.
Tunc indigna fide cenſent optandaque Poeno,
Quae mox haud parvo luerent damnata periclo.
Dividitur miles; Fabioque equitumque magiſtro

503. Lectionem verſus ex Colonienſi et aliis ſcriptis conſtituit Heinſ. In ed. Parm. erat *ducens hamato captivum ad litora ferro.* ed. Rom. pr. *duce ſummato.* Mediol. *Ducit ſummato.* 510. *purget* deleto *et* in vulg. et ed. Lefeb.

503. *levem* ornanti epitheto piſcem dicit, quatenus leve noſtro ſenſu videtur, quicquid aquae ſuperficiei innatat. — *ſinuato* iterum ornate, e forma et motu lini piſcatorii.

504. ſeqq. Livius l. c. cap. 24. tradit, *in pari prope clade famam egregiae victoriae cum vanioribus literis magiſtri equitum Romam perlatam eſſe.* conf. ibi ſeqq. et Polyb. III, 104. Quae ſequuntur, omnia invidioſe in Fabium dicta, ut *ditione carere virtutem*, h. e. Minucium, qui tanta virtute adhuc bellum geſſerit, carere imperio et poteſtate idonea, quia dictatori ſubiectus eſſet: *poenas repoſtas*, paratas Minucio, quia iniuſſu dictatoris copias eduxerit. — 509. *reddatur ratio* Ita apud Livium cap. 25. ipſe Fabius: *magiſtro equitum, quod contra dictum ſuum pugnaſſet, rationem reddendam eſſe.* Sed bene poeta acutiores etiam invidiae ſtimulos expreſſit.

513. Patres invidia adverſus Fabium ducti, *indigna fide cenſent o. P.* h. e. decretum hactenus inauditum, et Hannibali gratum capiunt, ut imperium dictatoris et magiſtri eq. aequetur. Suaſorem eius decreti M. Metilium trib. pl. Livius tradit cap. 25. — 515. *dividitur miles.* Liv. cap. 27. *Obtinuit, ut legiones inter ſe*

Imperia aequantur penitus. Cernebat, et expers
Irarum ſenior, magnas ne penderet alti
Erroris poenas patria inconſulta, timebat.
Ac tum, multa putans ſecum, ut remeavit ab Vrbe,
Partitus ſocias vires, vicina propinquis
Signa iugis locat, et ſpecula ſublimis ab alta
Non Romana minus ſervat, quam Punica caſtra.
Nec mora: disiecto Minucî vecordia vallo,
Perdendi ſimul et pereundi ardebat amore.
Quem poſtquam rapidum vidit procedere caſtris
Hinc Libys, hinc Fabius; ſimul accendere ſagaces
In ſubitum curas. Propere capere arma maniplis
Edicit, vallique tenet munimine turmas
Auſonius. Torquet totas in proelia vires
Poenorum ductor, propellitque agmina voce:
Dum dictator abeſt, rape, miles, tempora pugnae.
Non ſperata diu plano certamina campo
Offert ecce Deus. Quoniam data copia, longum
Detergete ſitum ferro, multoque cruore
Exſatiate, viri, plenos rubiginis enſes.

Atque

516. *imperia aequantur, penitus cernebat.* Sic vulgo diſtinguebatur, et N. Heinſ. coni. *ſpernebat.* Noſtra diſtinctio debetur Burmanno, qui eam Drakenborchio perſuaſerat. 528. *vallique munimine* Modius ex Colon. reſtituit, pro vulg. *nulloque mun:* 532. *non ſperata tibi* vel *nunc ſperata diu* coni. N. Heinſ. 533. pro *quoniam* Lefeb. ed. *quando.*

ſe dividerent. Prima et quarta Minucio, ſecunda et tertia Fabio evenerunt. cf. Polyb. l. c. 104. ſ. f.

523. 24. Temerarium Minucii in hoſtes impetum declarat. cf. Liv. cap. 28. — 525 - 30. Senſum loci ita recte propoſuit Drakenborch. Cum Minucium e caſtris procedere videret hinc Fabius, inde Hannibal; ille, ut milites arma caperent, edixit, quos tamen intra caſtra continebat ad ſubita rerum paratos: hic autem ſuos in aciem eduxit, ut abſente dictatore cum magiſtro equitum manum confereret. — 531. *rape tempora p.* occupa hoc tempus pugnae opportunum, eoque utere. v. ad lib. I, 570. Mox *datam copiam* dicit. cf. Polyb. l. c. cap. 106.

Atque ea cunctator penſabat ab aggere valli,
Perluſtrans campos oculis, tantoque periclo
Diſcere, quinam eſſet Fabius, te, Roma, dolebat.
Cui natus, iuncta arma ferens, Dabit improbus, inquit,
Quas dignum, poenas; qui per ſuffragia caeca
Invaſit noſtros haec ad diſcrimina faſces.
Inſanae, ſpectate, tribus! Pro lubrica roſtra,
Et vanis fora laeta viris! Nunc munera Martis
Aequent imperio, et ſolem concedere nocti
Sciſcant imbelles. Magna mercede piabunt
Erroris rabiem, et noſtrum violaſſe parentem.
Tum ſenior, quatiens haſtam, lacrimiſque coortis:
Sanguine Poenorum, iuvenis, tam triſtia dicta
Sunt abolenda tibi. Patiarne ante ora manuſque
Civem deleri noſtras? Aut vincere Poenum,
Me ſpectante, ſinam? Nos aequaviſſe minori,

Aa 3 Sol-

540. *quas dignus* Lefeb. ex Rom. 1. — 551. *minorem* ex ſcriptis N. Heinſ. quod probat Drakenborch. Non enim, inquit, populus Romanus Fabium aequarunt minori Minucio, minuendo imperium, quod habebat; ſed Fabio aequarunt minorem Minucium, cui eandem, quam Dictator obtinebat, poteſtatem dederunt. Recte quidem, at nimis ſubtiliter haec dicta agno-

539. ſeqq. Filium dictatoris inductum Siliano ingenio debemus. In hiſtoricis nihil tale obvium. cf. Livius l. c. cap. 29. — *Suffragia caeca* pertinent ad temeritatem, qua populus Minucio imperium aequaverat. Eadem res non ſine luxuria mox variatur, dum *inſanae tribus*, *lubrica roſtra*, et *vani viri* appellantur. 544. *ſolem concedere nocti.* Marſus ita expedit, ut dicat, Fabium ſolem, et Minucium noctem appellari. Video formulam proverbio ſimilem. Sed uti in hac, ita in omni oratione eſt aliquid duri, quod ſentient, qui elegantia Virgiliana imbutam mentem habent. — *Sciſcant*, decernant, plebiſcito. Ita Minucius apud Livium cap. 30. *plebiſcitum*, inquit, *quo oneratus magis quam honoratus ſum*, *primus antiquo abrogoque.*

548. *triſtia dicta*, quae filius contra patriam prodiderat. Haec *abolenda*, excuſanda ſunt, Poenorum ſanguine. Ergo mox ad opem ferendam ſe

Solvetur culpa, ſi ſunt mihi talia corda.
Iamque hoc (ne dubites) longaevi, nate, parentis
Accipe, et aeterno fixum ſub pectore ſerva:
Succenſere nefas patriae: nec foedior ulla
Culpa ſub extremas fertur mortalibus umbras.
Sic docuere ſenes. Quantus, qualiſque fuiſti,
Cum pulſus lare et extorris Capitolia curru
Intrares exſul! Tibi corpora caeſa, Camille,
Damnata quot ſunt dextra! Pacata fuiſſent
Ni conſulta viro, menſque impenetrabilis irae;
Mutaſſentque ſolum ſceptris Aeneïa regna,
Nullaque nunc ſtares terrarum vertice, Roma.

Pone

agnoſco. Nam verba illa *vos aequavit minori* poſſunt in univerſum de poteſtate imperatoria aequis partibus inter Fabium et Minucium diviſa intelligi, ut diſerte dicitur verſ. 515. Heinſium tamen ſecutus Lefeb. edidit, *non, aequaviſſe minorem, Solvetur culpa, ſi ſunt mihi talia corda?* In his interrogatio, quam illa lectionis mutatio poſtulabat, frigida mihi videtur, et aures offendit. Multo profecto gravior ſententia efficitur, ſi vulgatam teneas.

ſe accingit, et a verſ. 553. admonet filium, nefas eſſe, in patriam gravius invehi. Videtur poeta, ut talis huic loco forma et ornatus conſtaret, filii perſonam addidiſſe. — 551. 52. *Si ſunt m. t. c.* Si velim irato in patriam animo opem meam copiis iunctis ſubtrahere, et *patiar civem ante ora mea deleri*, profecto patria mea *ſolvetur culpa*, qua me Minucio aequavit, hoc eſt, dignus eſſem, qui Minucio aequatus fuerim. — Iam cf. verſſ. 564. 65. — 557. Exemplo Camilli perſuadet Fabius filio, nefas eſſe ingratae patriae iraſci. Ille enim cum Veiis devictis triumphaſſet, et crimini ipſi datum eſſet, quod albis equis triumphaſſet, praedamque inique diviſiſſet, Ardeam in exilium miſſus eſt. Mox autem revocatus, Romanos in Capitolio obſeſſos a Gallis Senonibus, his trucidatis, ab obſidione liberavit. v. Liv. V, 46. ſeqq. Aurel. Vict. 23. — *quantus qualisque*, quam gravem, pium et magnum te, Camille, praeſtitiſti eo tempore, cum, quamvis offenſus a patria, tamen bene illi faceres! — 560. *damnata dextra*, quatenus Camillus, poſtquam damnatus et in exilium miſſus erat, Gallos interfecit. — 560-64. Si Camillus iniuriam

Pone iras, o nate, meas. Socia arma feramus.
Acceleremus opem. Iamque intermixta ſonabant
Claſſica, procurſuſque viros colliſerat acer.
Primus clauſtra manu portae Dictator et altos
Disiecit poſtes, rupitque in proelia curſum.
Non graviore movent venti certamina mole,
Odryſius Boreas, et Syrtim tollere pollens
Africus: obnixi cum bella furentia torquent,
Diſtraxere fretum, ac diverſa ad litora volvunt
Aequor quiſque ſuum; ſequitur ſtridente procella
Nunc huc, nunc illuc, raptum mare, et intonat undis.
Haud prorſus daret ullus honos, telluſque ſubacta
Phoenicum, et Carthago ruens, iniuria quantum
Orta ex invidia decoris tulit: omnia namque
Dura ſimul devicta viro, metus, Hannibal, irae,
Invidia, atque una Fama et Fortuna ſubactae.
Poenus ab excelſo rapidos decurrere vallo

565. *Ac celeremus* ed. Lef. *iamiamque immixta* Cod. Putean. et Marſ. quod et Scaliger ad marginem libri ſui coniecerat. Vulgatam lectionem tuetur Colon. cod. — 571. poſt *torquent* interpunxit Lefeb.

am a patria acceptam ulciſci voluerit, nunc non ſtaret Romanum imperium. cf. Liv. V, 51. — 564. *pone iras meas*, h. e. quae me magis decent, quam te, quoniam ego offenſus ſum, non tu.

565. ſeqq. cf. Liv. l. c. cap. 29. Nec ſine ornatu poetico dictatoris in hoſtes impetus declaratur. Quis autem neſcit, haec ſimili ornatu centies Virgilio expreſſa, unde Silius proficere poterat? Certe ſequens comparatio agminum proeliantium cum ventis e Virgilio nota eſſe debet. cf. Georg. I, 318. ſeqq. Aen. X, 356. ubi Homerum praeeuntem Iliad. π, 765-71. Heynius laudavit.

575-79. Nullus honos, nec ſi totam Carthaginem exſciderit Fabius, tantum decoris ei conciliare potuiſſet, quantum invidia ſua conciliavit. Nam omnes videbant, in ſolo Fabio fuiſſe Romanorum ſalutem, et iniuriam ſuam intelligebant. cf. ipſius Minucii ad Fabium oratio apud Liv. cap. 29. et 30. unde Siliana variata ſunt.

Vt vidit, tremuere irae, ceciditque repente
Cum gemitu ſpes haud dubiae praeſumta ruinae:
Quippe aciem denſo circumvallaverat orbe,
Hauſurus clauſos coniectis undique telis.
Atque hic Dardanius pravo certamine ductor
Iam Styga et aeternas intrarat mente tenebras.
Nam Fabium auxiliumque viri ſperare pudebat.
Cum ſenior, gemino complexus proelia cornu,
Vlteriore ligat Poenorum terga corona:
Et modo claudentes aciem, nunc extima, cingens
Clauſos ipſe tenet. Maiorem ſurgere in arma,
Maioremque dedit cerni Tirynthius. Altae

Scin-

581. *tremuere irae*, ſatis felici brevitate dictum pro, qui modo iraſcebatur et furebat, nunc tremebat. Polyb. l. c. 106. *οἱ περὶ τὸν Ἀννίβαν καταπλαγέντες* etc. — *cecidit*, minuta eſt, evanuit, noto ornatu. *ſpes praeſumta*, iam ante pugnam concepta Hannibali, fore, ut Minucii copias undique inſidiis ſeptas penitus perderet, id quod duo verſus ſeqq. declarant. cf. Liv. cap. 28. — 585. *pravo cert. ductor*, pro vulg. pravus dux, formula Siliana, de qua v. ſup. lib. VI, 462. In verſ. 586. color orationis iam Homero uſurpatus Iliad. ο, 251. *καὶ δὴ ἔγωγ᾽ ἐφάμην νέκυας καὶ δῶμ᾽ Ἀΐδαο Ἤματι τῷ δ᾽ ὄψεσθαι.* Si ſenſum quaeris, e verſu 587. patebit, Minucium ſive deſperatione et pudore actum de morte ſibi conſciſcenda cogitaſſe, ſive propinquum ex hoſtibus interitum ſibi animo informaſſe; quod malim.

589. *ulteriore corona*, latiori, ut ex *gemino cornu*, duobus agminibus, ſuo et Minucii, nata. Ita fere Livius l. c. cap. 29. de auxilio Fabiano: *Qui ſolutis ordinibus vage diſſipati erant, undique confugerunt ad integram aciem, qui plures ſimul terga dedere, converſi in hoſtem volventesque orbem, nunc ſenſim referre pedem, nunc conglobati reſtare, ac iam prope una acies facta erat victi atque integri exercitus, inferebantque ſigna in hoſtem.* cf. Polyb. l. c. cap. 106.

591. Praeclarum phantaſma et idoneo in loco adhibitum diceremus, niſi in his poetis imitationis cogitatio laudandi ſtudium imminueret. Dudum ergo admirari ſolemus loca Homeri Odyſſ. ζ, 229-235. ψ, 156-162. π, 174. ubi Minerva Vlyſſem maiore

et

Scintillant criſtae, et (mirum) velocibus ingens
Per ſubitum membris venit vigor: ingerit haſtas,
Averſumque premit telorum nubibus hoſtem.
Qualis poſt iuvenem, nondum ſubeunte ſenecta,
Rector erat Pylius bellis aetate ſecunda.
Inde ruens, Thurin, et Buten, et Marin, et Arſen
Dat leto, fiſumque manus conferre Mahalcen,
Cui decus inſigne, et quaeſitum cuſpide nomen.
Tum Garadum, largumque comae proſternit Adherbem,
Et geminas acies ſuperantem vertice Thylin,
Qui ſummas alto prenſabat in aggere pinnas.
Eminus hos: gladio Sapharum, gladioque Monaeſum,
Et Morinum pugnas aeris ſtridore cientem,
Dexteriore gena ſedit cui letifer ictus,
Perque tubam fixae decurrens vulnere malae,
Extremo fluxit propulſus murmure ſanguis.

606. *conſedit* Colon. et ſic Lefeb. pro vulg. *ſedit cui.*

et auguſtiore forma ſpectandum facit, et elegantem in Aenea imitationem Virgilii I, 588. Maxime autem ad Homericam formam Silius dixit, *maiorem dedit cerni*, θῆκε μείζονα τ' εἰσιδέειν καὶ πάσσονα, et *ingentem vigorem*, ut ille δέμας δ' ὤφελλε καὶ ἥβην. Deinde in promtu erat, Herculi nunc potiſſimum partes adſignandas eſſe, ut Fabiae gentis genitori. v. ſup. verſ. 35. — Mox v. 596. 97. ut Fabii vigorem ulterius declaret poeta, comparat eum Neſtori, qui media aetate Centauros debellavit. v. Homer. Il. α, 260. ſeq. De Pylo Achaiae civitate, Neſtoris patria, unde Pylius dictus, nota res.

598. ſeqq. Sequitur ſingularum caedum a Fabio inprimis factarum recenſus, quales nunquam reticet Silius, ſi de pugna agitur. In his veritatem hiſtoricam non requirendam eſſe, quis ignorat? Eo ſolum tendit poeta, ut ornatum poeticum expromat, et formam epicam carmini induat. — 603. grandis Thylis ſtatura in immenſum aucta, quae iam ex verſu antec. apparebat. *pinnas prenſabat*, manu adſequi poterat valli ſummitatem. 605. *Morinum* tibicinem, in medio cantu telo fixum deſcribit ſolenni

Proximus huic iaculo Nasamonius occidit Idmon.
Namque super tepido lapsantem sanguine, et aegra
Lubrica nitentem nequidquam evadere planta,
Impacto prosternit equo, trepideque levantem
Membra afflicta solo pressa violentius hasta
Implicuit terrae, telumque in caede reliquit.
Haeret humi cornus motu tremefacta iacentis,
Et campis servat mandatum affixa cadaver.
Nec non exemplo laudis furiata iuventus,
Sullaeque, Crassique simul, iunctusque Metello
Furnius, ac melior dextrae Torquatus, inibant
Proelia, et unanimi vel morte emisse volebant
Spectari Fabio. Miser hinc vestigia retro
Dum rapit, et molem subducto corpore vitat
Intorti Bibulus saxi, atque in terga refertur,

Strage

612. *trepidoque* Colon. 616. *campo* Colon. et sic Lefeb. 618. *Sylla ruunt, Crassusque simul, iunctusque Metello Fannius* vulg. scriptura. Nostram restituerunt Modius et Heins. ex MStis, cum quibus et priscae editt. plures consentiebant. 620. Versum, qui vulgo desiderabatur, ex Cod. Colon. Modius et Heins. inseruerunt. Pro *volebant* Heins. coni. *vovebant*.

ni his poetis ornatu, cuius argutias cupide sectari solent. cf. sup. lib. IV, 169. seq.

610. Nota scena, inprimis expressa e Virgil. Aen. II, 551. 52. — 613. *afflicta solo implicuit terrae*, poetice pro vulg. prostratum cum telo terrae affixit. *in caede*, vulnere. Color orationis Virgilianus Aen. XI, 637. — In versf. 615. 16. est luxuriosa variatio imaginis praecedentis.

620. Tanti aestimabant applausum Fabii, ut cum vel morte sua sibi conciliare non recusarent. In formula *morte emere*, iam praeiverat Virgil. Aen. IX, 206. cf. supr. lib. V, 601. Claud. Rapt. Pros. III, 194. et similem Virgil. A. V, 230. *vitamque volunt pro laude pacisci.*

621-27. Bibulus retrogradiendo evitaturus saxi hostilis ictum, ita super cadaver labitur, ut telum e cadavere extans in latus accipiat. — Nempe rariores caedis causas fingit poeta, cum variandi gratia, tum vero maxime, quod in illis imitandi et ornandi frequentior occasio offerebatur. Nam similes scenas passim in Homero et Virgilio legimus. Certe in vers. 624. 25. expressus locus Virgil. A. XII, 274. ubi Heyn. contulit Hom. il.

Strage ſuper lapſus ſociûm, qua fibula morſus
Loricae crebro laxata reſolverat ictu,
Accepit lateri, penituſque in viſcera adegit,
Exſtabat fixo quod forte cadavere, ferrum.
Heu ſortem necis! evaſit Garamantica tela
Marmaridumque manus, ut inerti cuſpide fuſus
Occideret, telo non in ſua vulnera miſſo.
Volvitur exanimis, turpatque decora juventa
Ora novus pallor; membris dimiſſa ſolutis
Arma fluunt, erratque niger per lumina ſomnus.
Venerat ad bellum Tyria Sidone, nepotum
Excitus prece, et auxilio ſocia arma ferebat,
Eoa tumidus pharetrati militis ala,
Gens Cadmi, Cleadas; fulva cui plurima paſſim
Caſſide, et aurato fulgebat gemma monili.
Qualis ubi Oceani renovatus Lucifer unda
Lauda-

631. *iuventae* coni. Heinſ.

Il. δ, 132. — *fibula morſus reſolverat*, h. e. aperta, et ſoluta erat loricae iunctura, quae fiebat fibula, unde eadem *laxata* dicitur. —

629. *inerti cuſpide*, quatenus a nemine inflicta erat; mox *telum* vocat *non in ſua vuln. miſſum*, Virgilio in re ſimili *alienum vulnus* Aen. X, 781.

634. ſqq. Cleadas, copiarum Phoenicum dux, a Bruto caeditur. Locus operoſo ornatu rerum et verborum tractatus, ut facile luxuriem poetae agnoſcas. *Nepotum*, Carthaginienſium. Nam Cleadas erat *gens Cadmi*. vid. ad lib. I, 6. ubi illi *gens Cadmea* dicuntur. Mox *Eoa ala*, Phoenizii milites, ut ex oriente acciti, et *pharetrata*, noto habitu horum populorum, inprimis Perſarum, ut patet e Virgil. Georg. IV, 290. — In ornatu viri ſingula nota eſſe debent e lectione Virgilii. *Caſſis fulva*, aurata, *fulgebat plurima gemma*, multis gemmis diſtincta. Etiam ſequens comparatio cum Lucifero, qua multi poetae uſi ſunt, inprimis mutuata eſt e Virgil. Aen. VIII, 589. exemplo quidem Homeri Il. ε, 4. ſq. At quantum eminet Virgiliani carminis ſplendor! — *Renovatus unda Oceani*. Id non alio referendum quam ad ortum. Ergo Virgilio eſt *perfuſus undis Oceani*, Homero λελευμένος Ὠκεανοῖο. cf. Ovid. Pont. II, 5. 49. et Senec. Hippol. 749.
Lauda-

Laudatur Veneri, et certat maioribus aſtris.
Oſtro ipſe, ac ſonipes oſtro, totumque per agmen
Purpura Agenoreis ſaturata micabat aenis.
Hic, avidum pugnae, et tam clarum exſcidere nomen
Brutum exoptantem, varie nunc laevus in orbem,
Nunc dexter levibus flexo per devia gyris
Ludificatus equo, volucrem poſt terga ſagittam
Fundit, Achaemenio detrectans proelia ritu.
Nec damnata manus, medio ſed (flebile) mento
Armigeri Caſcae penetrabilis haeſit arundo,
Obliquumque ſecans ſurrecta cuſpide vulnus
Vventi ferrum admovit tepefacta palato.
At Brutus, diro caſu turbatus amici,
Auſum

643. *exſcindere* vulg. et ſic Lefeb. *exſcidere* ſcripti, quod Drakenborch. defendebat. Malim tamen ſive *exſcindere*, ſive *excidere*. — 651. *humenti* ed. Lefeb. In hac voce centies libri veteres variare ſolent.

— *Laudatur* autem *Veneri*, quatenus eſt ſtella Veneris; ut infr. lib. XII, 148. *Cythereius ignis, cum ſeſe Veneri iactat ſplendore refecto* — De reliquo ornatu cf. Virgil. Aen. IV, 134. V, 133. XII, 126. unde patet ducibus inprimis ornandis purpuram ſ. oſtrum ſerviiſſe. — *ſaturata*, pro vulg. tincta, ut Ovid. Met. XI, 166. *Tyrio ſaturata murice palla.* Haec centies variantur a poetis.

643. ſq. Cleadem *Achaemenio*, h. e. Parthorum (ab Achaemene rege Parth.) *ritu* pugnantem deſcribit. Parthos non conſtitiſſe in pugna, (hoc *detrectare proelia* poeta dicit) ſed equo circumacto poſt tergum ſagittas emittere ſolitos, multi notarunt, et poetae paſſim eam imaginem variarunt. Praeter Silium, qui in moribus populorum notandis ubique luxuriatur, Virgil. Georg. III, 31. *Parthum fuga fidentem verſisque ſagittis.* Lucan. I, 230. *Ocior et miſſa Parthi poſt terga ſagitta.* De Camilla idem Virgil. XI, 653.

648. *nec damnata manus*, non plane irritus fuit ſagittae ictus. Sequitur ergo graphica, at nimis obruta coloribus, delineatio ſagittae per mentum ad palatum usque penetrantis. — *penetrabilis haeſit*, ſimpl. in mentum adacta eſt. Mox *ſurrecta*, e mento ſurſum directa ad palatum. *Vvens* epith. rei naturam prodens, ut *udum palatum* Virgilii Georg. III, 388.

Auſum multa virum, et ſpargentem in vulnera ſaevos
Fraude fugae calamos, iam nullis curſibus inſtat
Prendere cornipedis, ſed totam pectoris iram
Mandat atrox haſtae, telumque volatile nodo
Excutit, ac ſummum, qua laxa monilia crebro
Nudabant verſu, tramittit cuſpide pectus.
Labitur intento cornu transfoſſus, et una
Arcum laeva cadens, dimiſit dextra ſagittam.
At non tam triſti ſortitus proelia Marte
Phoebei Soractis honor Carmelus agebat:
Sanguine quippe ſuo iam Bagrada tinxerat enſem,
Dux rectorque Nubae populi; iam fuſus eidem
Zeuſis, Amyclaei ſtirps impacata Phalanti,
Quem tulerat mater claro Phoeniſſa Laconi.
Talia dum metuit, nec pugnae fiſus in hoſte
Tam

658. *verſu* ex Colon. pro vulg. *curſu*. 661. pro *non tam* Cortius notavit *nunquam*, viri docti, qui Livineius eſſe videtur, coniecturam.

653. *ſaevos fraude fugae*, h. e. eo pernicioſiores et efficaciores, quo minus caveri poſſunt, quoniam a fugiente, poſt tergum, et inopinato emittuntur. v. ſupr. v. 646. — 657. *ſummum pectus*, prope guttur, qua parte monile laxe catenulis ſuis iunctum nudum corpus oſtendebat; haec interſtitia et ſpatia *crebrum verſum* dicit. Ita ſulcorum, et arborum certis ordinibus diſpoſitorum ſpatia, *verſus* vocantur Columell. II, 11. Virgil. Georg. IV, 144. — 659. Similem imaginem, et abſolutiorem ſupra vidimus lib. II, 125. ſqq.

661. Felicior in pugna Carmelus erat. *honor Soractis*, ut vir fortis, patriae ſuae decus. De Soracte Phoebo ſacra v. ſup. lib. V, 175. — 664. *fuſus eidem*, interfectus ab eodem Carmelo *Zeuſis*, *ſtirps Phalanti impacata*, ex veteri odio Lacedaemoniorum adverſus Romanos bello primo Punico. In nomine Phalanti haud dubie adludit ad Phalantum, quo duce Lacedaemonii expulſi Tarentum urbem in Calabria condiderunt. Vnde *Tarentum Phalanteum* infr. lib. XI, 16. et *regnata Laconi rura Phalanto* Horat. Carm. II, 6. 11. — *Amyclaei*, ab Amyclis Laconicis, de quibus expoſuit Heyn. Excurſ. II, ad Virg. A. X.

667. *Talia*, h. e. ſimilem caedem

Tam rapido, nec deinde fugae, ſuadente pavore,
Per dumos miſer in vicina cacumina quercus
Repſerat, atque alta ſeſe occultabat in umbra
Hampſicus, inſiſtens tremulis ſub pondere ramis.
Hunc longa, multa orantem, Carmelus, et altos
Mutantem ſaltu ramos, tranſverberat haſta.
Vt, qui viſcatos populatur arundine lucos,
Dum nemoris celſi procera cacumina ſenſim
Subſtructa certat tacitus contingere meta,
Sublimem calamo ſequitur creſcente volucrem.

Effu-

668. *nec deinde fugam ſuadente timore* vulg. Haec correxerunt Modius et Heinſ. ex MSt. 674. *viſcata harundine* Barth. et Heinſ. coniecerant, et edidit Lefeb. 676. *ſubſtructa* Heinſ. ex Colon. pro vulg. *ſubtracta.*

caedem vel mortem, quam Zeuſis expertus erat, *dum metuit*, ſcil. Hampſacus, qui demum verſu 671. nominatur. 669. Ecce iterum ſcenam ſtudio quaeſitam, haud dubie, opinor, ut vario ornatui et comparationi ſequenti locus eſſe poſſet. cf. ſimilis narratio de militibus in quercu refugium petentibus ſupr. lib. V, 475. ſqq. — 673. *mutantem ſaltu ramos* pro vulg. ſalientem prae pavore per ramos. Lepida profecto imago. Credas Hampſacum ſciuros venari. Sed ita accidere ſolet aucupantibus ſolum verborum ornatum, ut, dum elegantes eſſe ſtudent, in rebus tenues fiant.

674-77. Caedes iſta, quia in quercu fiebat, comparatur cum aucupio, quod fit viſco. Teneatur igitur hoc, deſcribi machinam aucupatoriam, quae conſtabat calamis, ſ. virgis viſcatis ita conſtructis, ut formam metae, ſeu pyramidalem referrent. Ita *lacteam metam* Martial. I, 44. dicit lac in formam metae coagulatum. cf. idem III, 48. — Iam planum erit, quid dicat poeta *ſubſtructam metam*, et mox *calamum creſcentem.* Eam ſtruem auceps in vertice arboris applicabat caute et *tacitus.* Sed haec, ut poeta, extulit. Ergo *viſcatos lucos* dicit, cum proprie harundo viſcata ſit. vid. Var. Lect. Deinde calamo *ſequitur volucrem*, dum virgam viſcatam in eum locum arboris ſenſim attollit, ubi avis ſedet. Valerius Fl. VI, 260. *viſcum ſequacem* appellat. Iam eius generis aucupii a multis mentio facta eſt. Propert. Eleg. II, 19. *ſtructo calamo avem figere.* Martial. XIV, 218. ubi v. Raderi notas. Similem noſtrae deſcriptionem habet Valer. Fl.

l. l.

Effudit vitam, atque alte manante cruore
Membra pependerunt curvato exſanguia ramo.
Iamque in palantes ac verſos terga feroces
Pugnabant Itali, ſubitus cum mole pavenda
Terrificis Maurus prorumpit Tunger in armis.
Nigra viro membra, et furvi iuga celſa trahebant
Cornipedes, totuſque novae formidinis arte
Concolor aequabat liventia currus equorum
Terga; nec erectis ſimiles imponere criſtis
Ceſſarat pennas, aterque tegebat amictus.
Ceu quondam aeternae regnator noctis, ad imos
Cum fugeret thalamos, Hennaea virgine rapta
Egit nigrantem Stygia caligine currum.
At Cato, tum prima ſparſus lanugine malas,
Quod peperere decus Circaeo Tuſcula dorſo
Moenia, Laertae quondam regnata nepoti,
Quanquam tardatos turbata fronte Latinos
Collegiſſe gradum videt, imperterritus ipſe
Ferrata calce atque effuſa largus habena
Cunctan-

682. Vulgatum *Terrificus nigris prorumpit Maurus in armis*, illo modo correxit Heinſ. ex Colon. Sic et Putean. et Oxon. niſi quod pro *Tunger* ille *nigris* hic *niger* exhibebat. 686. *arrectis* coni. Heinſ. 689. *Hennaea* ex MStis pro vulg. *Aetnaea*.

l. l. ubi tamen comparatio minus commode adhibita videtur. cf. Oppian. Cyneget. III, 487. et Salmaſ. ad Solin. p. 83. et 765.

682. ſq. Tunger ad pugnam prorumpit. Ei omnia nigra erant, equi, currus, amictus. Haec poetico ſermone efferuntur. — 684. *novae formidinis arte*, quatenus color niger a Mauro delectus erat, ut terribili aſpectu hoſtes terrerentur. — *liventia terga*, nigri equi, antea, *furvi*. Nam iſte color poetis *livere*, et *ſqualere* ſolet. — 688-90. Murrum Diti comparat, cum nigro curru Proſerpinam raperet. Res nota ex Ovid. Met. V, 360. ſq. — De *Hennaea* v. ſupr. lib. I, 214.

691. *Cato*, poſtea Cenſorius dictus. Eius patriam Tuſculum notat *Circaeo dorſo*, quia in colle (ἐπὶ ῥάχιδος diſerte Strabo lib. V, p. m. 365.) conditum eſt a Telegono Circes et Vlixis filio, adeoque Laertis nepote. cf. infr. lib. XII,

Cunctantem impellebat equum. Negat obvius ire,
Et trepidat caſſa ſonipes exterritus umbra.
Tum, celer in pugnam dorſo delatus ab alto
Alipedem planta currum premit, atque volanti
Aſſilit a tergo. Cecidere et lora repente,
Et ſtimuli; ferrumque ſuper cervice tremiſcens
Palluit infelix ſubducto ſanguine Maurus.
Ora rapit gladio, praefixaque cuſpide portat.
At ſaevo Mavorte ferox perrumpit anhelum
Dictator cum caede globum. Miſerabile viſu,
Vulneribus feſſum ac multo labente cruore
Ductorem cernit ſuprema ac foeda precantem.
Manavere genis lacrimae, clypeoque paventem
Protegit, et, natum ſimulans, Fortiſſime, labem,
Hanc pellamus, ait; Poenoque ob mitia facta,

Quod

698. *caſſa* ſcripti et editt. priſcae. In nonnullis editt. *craſſa* et *grandi*.

XII, 535. Propert. El. II, 23. 42. *Aenei moenia Telegoni.* Horat. Od. lib. II, 29. 8. *Telagoni iuga.* ubi vid. Geſn. — 698. *caſſa umbra,* ex nigro apparatu Mauri. cf. Virg. A. X, 592. 93. et 572. 73. — 699. *dorſo del.* ab equo deſiliens, in proſa dicimus. — 700. *premit,* inſequitur. *volanti,* cum delectu, pro, celeri curſu vecto, cum antea *alipedem* dixiſſet. — 701. pavoris documenta ſatis nota. cf. Virgil. A. IX, 476. *ſtimuli,* quibus equos impellebat, forte pro *flagello,* quae et *verbera* Virgilius dixit, ut Georg. III, 106. — 703. *ſubducto ſanguine,* exſanguis. 704. *ora rapit,* Cato caput Mauro detruncat; ſed illud exquiſitius ad fervorem ictus notandum.

705. ſqq. Apud Livium cap. 29. Minucius Fabii virtute adiutus, et hoſtibus ereptus nihil, niſi laudes Fabii praedicat, eiusque imperio ſe tradit. Sed non abſonum videtur, quod poeta, ut quaedam maior ἐνέργεια carmini adderetur, rerum faciem, ipſamque Minucii imaginem triſtiorem exhibuit. — 709. *manavere lacrimae.* Deſidero iudicium poetae. Quis exſpectet, vel credat Fabium in medio pugnandi impetu, Minucii, cuius temeritatem abhorruerat, ſortem lacrymis proſecutum. Sin autem hoc agebat poeta, ut mollem et humanum Fabii etiam

Quod nullos noſtris ignes diſperſerit agris,
Dignum expendamus pretium. Tunc, arte paterna
Ac ſtimulis gaudens, iuvenis circumdata Poenûm
Agmina deturbat gladio, campumque relaxat;
Donec Sidonius decederet aequore ductor.
Ceu, ſtimulante fame, rapuit cum Martius agnum
Averſo paſtore lupus, fetumque trementem
Ore tenet preſſo; tum, ſi veſtigia curſu
Auditis celeret balatibus obvia paſtor,
Iam ſibimet metuens, ſpirantem dentibus imis
Reiectat praedam, et vacuo fugit aeger hiatu.
Tum demum turmis, quas circumfuderat atra
Tempeſtas, Stygiae tandem fugere tenebrae.
Torpebant dextrae, et ſeſe meruiſſe negabant
Servari, ſubitiſque bonis mens aegra natabat.
Vt, qui collapſa preſſi iacuere ruina,

Eruta

723. pro vulg. *terris* Oxon. et Putean. *Tyriis*. Vnde Heinſ. coni. *turmis* et ſic ed. Lefeb. vid. nott.

etiam in noxios et reos animum declararet, aliud verbis expreſſit, aliud intelligi voluit. — 711. *mitia facta* nunc cum acerba ironia dici, recte iam Marſus notavit. Nempe Hannibal, dum agris Fabii parcebat, non tam huius emolumentum, quam populi ſuſpiciones augere cupiebat. v. ad verſ. 264. ſqq.

717-22. Comparatio eleganter expreſſa verbis, ut Virgilianum carmen non dedecuiſſet; Singula ad naturam aptiſſime elata. — *Martius lupus*, ut Marti ſacer. cf. Virg. Aen. IX, 566.

723. *tum demum*, nempe repulſo hoſte, mortis timor ex animo Minucii et militum ceſſit. Sed eam ſententiam, ut poeta, extulit, et cauſae ornatus notae ſunt. Nam *tempeſtate* hoſtium incurſum, et *tenebris Stygiis*, praeſentis mortis horrorem adumbrari, quis neſcit? Mox *renatam e media morte iuventutem* dicit. cf. ſup. verſ. 586. et lib. IV, 160.

725. *dextrae* ſc. militum Minucianorum, *torpebant*, languebant, quia omnes, gaudio, admiratione, pudore etiam, attoniti neſciebant, quomodo gratias agere pro tanto vitae ſervatae beneficio poſſent. Exinde illa expedias, *mens aegra natabat*.

Eruta cum ſubito membra, et nox atra receſſit,
Connivent, ſolemque pavent agnoſcere viſu.
Quîs actis, ſenior, numerato milite laetus,
Colles et tuto repetebat in aggere caſtra.
Ecce autem e media iam morte renata iuventus,
Clamorem tollens ad ſidera, et ordine longo
Ibat ovans, Fabiumque decus, Fabiumque ſalutem
Certatim, et magna memorabant voce parentem.
Tum, qui partitis diſſederat ante maniplis,
Sancte, ait, o genitor, revocato ad lucis honorem
Si fas vera queri, cur nobis caſtra viroſque
Dividere eſt licitum? Patiens cur arma dediſti,
Quae ſolus rexiſſe vales? Hoc munere lapſi
Aeternas multo cum ſanguine vidimus umbras.
Ocius huc aquilas ſervataque ſigna referte.
Hic patria eſt: murique Vrbis ſtant pectore in uno.
Tuque

729. *cognoſcere* Lefeb. ex Cod. Tell. et Rom. 2. 736. *diſſederat* ex Colon. Mod. *diſcederat* Putean. *diſceſſerat* vulg. 741. pro *aeternas* Heinſ. coni. *paene atras.* Sed vid. nott.

730. ***numerato milite laetus.*** cf. lib. VI, 620. et ſup. v. 398. — *colles.* v. ſup. v. 580.

732. Apud Livium l. c. cap. 29. Minucius Fabii laudes praedicat ſolus. Sed bene eſt, quod poeta milites ipſos in eius ſocietatem pertraxit. Nam et eſt ea res veroſimilis, et auget τὸ πάθος, carminisque dignitatem.

736. Locus, ſi quis alius, digna carmine gravitate, et idoneo affectu conceptus, ut, ſi cum eo Liviana componas, facile vim et modum poëtici ſermonis pernoſcas. — *diſſederat*, ſeparaverat ſeſe diviſis copiis. cf. ſupr. v. 515. —

740. ***hoc munere lapſi***, imperio tecum aequato male uſi, *aeternas umbras vidimus*, cum gravi affectu, qui omnia exaggerat, dictum, pro in media morte verſati, morti proximi fuimus. v. verſ. 586. — 743. *ſtant pectore in uno*, unius virtute ſervata eſt Vrbs. Caeterum ποιητικὸν eſt, quod de aris et libationibus Fabio factis ſequitur. Veritas Livio expreſſa: *Tum dextrae interiunctae*, inquit cap. 30. *militesque concione dimiſſa, a notis ignotisque benigne atque hoſpitaliter invitati, laetusque dies, ex admodum triſti paulo ante et prope execrabili, factus.*

uque dolos, Poene, atque aſtus tandem exue notos:
um ſolo tibi iam Fabio ſunt bella gerenda.
Haec ubi dicta dedit, mille hinc (venerabile viſu)
eſpite de viridi ſurgunt properantius arae.
ec prius aut epulas, aut munera grata Lyaei
as cuiquam tetigiſſe fuit, quam multa precatus
ı menſam Fabio ſacrum libavit honorem.

747. *properantibus* coni. Livineii a Cortio notata.



C. SILII ITALICI
PVNICORVM
LIBER VIII.

ARGVMENTVM.

Hannibal cum aegre ferret bellum Fabii cunctatione impe-ditum, milites autem videret morae impatientes domo: ſuas reſpectare, et Hannonem domeſtico odio indulgenten auxilia Poenis mittenda ſubtrahere, Iuno Annam e ſtagni. Laurentibus accitam admonet, ut Hannibali ſollicitudinen adimat, addatque animum ad bellum in Apulia perſequen-dum. Inſeritur epiſodium poetae, qui longa oratione narrat quibus rebus factum ſit, ut Anna e Carthagine in Latiun delata, iam per omnem Auſoniam pro Dea colatur. Deind haec Hannibalem adit, et ad bellum contra Romanos con-tinuandum excitat. Qua ille admonitionè confirmatus ſign illico moveri iubet. Romae imperium belli traditur Varrc ni, homini temerario et arroganti, qui Fabii cunctationer omni modo perſtringens, ferro decertandum et arma illic capienda ſuadet. Aemilius Paulus, Varronis in conſulat collega, quamvis illius imperio male cum republica actu iri praevidebat, tamen populum Varroni faventem metuen acquieſcebat. Sed Fabius Paulum admonet, ut prav Varronis conatibus reſiſtat, et ſuo exemplo lente proceda Cui ita reſpondet Paulus, ut Varronis ſummam temerit tem acerbe deſcribat. Iam ex eo inde loco poeta copiarn Latinarum ex omni Italia conſcriptarum recenſum faci Cum ad Cannas ventum eſſet, varia portenta cladem mo inſecutam ſignificarunt, et ipſe miles attonitus calamitat futurae magnitudinem praeſagit.

PRIMV

PRIMVS Agenoridum cedentia terga videre
Aeneadis dederat Fabius: Romana parentem
olum castra vocant, solum vocat Hannibal hostem:
mpatiensque morae fremit. Vt sit copia Martis,
xspectanda viri fata, optandumque sub armis
arcarum auxilium. Namque, hac spirante senecta,
Nequidquam sese Latium sperare cruorem.
am vero concors miles, signisque relatis
ndivisus honos, iterumque et rursus eidem
oli obluctandum Fabio, maioribus aegrum
ngebant curis. Lentando fervida bella

4. *fremit, ut sit copia Martis.* Dausq. Nec recepta interpunctio satis accurata videtur. Post *fremit* vel comma vel colon ponendum. Nam inest in sequentibus usque ad vers. 7. fremitus illius argumentum. 9. *indivisus honos rerum, quin rursus* etc. coni. Markland. in epist. critic. p. 33. — 11. *angebant* ex scriptis pro vulg. *angebat.*

1. Primus Romanorum annibalem retro cedere coeit. Livius l. l. cap. 30. *par oria* (Fabii) *apud Hannibalem, ostesque Poenos erat, ac tum mum sentire, cum Romanis que in Italia bellum esse.* — . *viri fata*, Fabii mortem, uod mox variate, ut solet, *arcarum auxilium* dicit, nota e causa.

8. sqq. enumerat poeta, quae s Hannibalem nunc male nbuerint, potuerintque conlium belli continuandi labeectare. Et in his ille quidem allide egit, ut veluti expediim viam sibi muniret ad seuentem Iunonis machinatioem et omne de Anna episoium. Nam Iuno Romanis fesfa istas Hannibali curas xpellere ex animo debebat, t Cannensi cladi locus esse posset. Haec sunt cogitata poetae, in quibus mirum non est, si verae historiae terminos paulisper transiluit. In Livio certe vix levia quaedam vestigia istius sollicitudinis Hannibalicae reperies. Quae autem vers. 16. de Celtis defectionem molientibus, et mox de Hannonis odio dicuntur, ea nunc magis fictioni poeticae, quam historicae veritati tribuenda sunt. — *concors miles*, et *indivisus honos* eo pertinet, quod imperium belli antea inter Fabium et Minucium divisum, iam ab hoc Fabio soli committebatur. cf. lib. VII, 742. et Minucianae orationes apud Liv. cap. 29. et 30.

11. *lentando fervida bella*, id est, (verba sunt Drakenborchii) efficiendo, ut ardor milita-

Dictator, cum multa adeo, tum miles egenus
Cunctarum ut rerum Tyrius foret, arte sedendi
Egerat, et quanquam finis pugnaque manuque
Haud dum partus erat, iam bello vicerat hostem.
Quin etiam ingenio fluxi, sed prima feroces,
Vaniloquum, Celtae, genus ac mutabile mentis,
Respectare domos. Maerebant, caede sine ulla
(Insolitum sibi) bella geri, siccasque cruore
Inter tela siti Mavortis hebescere dextras.

His

19. *cruoris* coni. Heins. et sic ed. Lefeb. 20. *siti* vulg. Ambigui casus vox varias coniecturas et explicationes peperit. Marsus et Barthius, qui vulg. lect. tuentur, haec iungunt, *siti inter tela Mavortis Galli*, h. e. collocati velut inter tela Martia. Dausqueius casum sextum vocis *sitis* accipit, et intelligit de ardenti belli desiderio. Ipse tamen coni. *fati*, quod exhibet diserte ed. Mediol. Editor Francogallicus cum Dausqueio *sitim* intellexit. Sed attende, quaeso, quo ille argumento utatur: „Maximam, inquit, debilitatem sequi nimiam sitim, ipse non semel expertus

militaris minueretur, et bella, quae olim maiore fervore, quam consilio et prudentia, gerebantur, lentius traherentur. — Novo hoc sensu *lentare* dictum, idem ille Drak. notavit. Nam quod *lentare arcum*, et *remos*, Virgilius Aen. III, 384. et Stat. Theb. I, 703. dixerunt, id alium sensum habet. v. Heyn. ad locum Virgil. Sed cf. supr. lib. VII, 14. — 12. *miles egenus.* Hoc quidem diserte Livius tradidit, ut cap. 32. *adeo inopia est coactus Hannibal, ut nisi fugae speciem abeundo timuisset, Galliam repetiturus fuerit: nulla relicta spe alendi exercitus in eis locis, si insequentes consules eisdem artibus bellum gererent.*

15. *bello vicerat*, quatenus bellum iam universe in partes Fabii inclinabat, et licet pugna nondum vicerat, summa tamen rerum ad Romanum ducem spectabat. Formulam poetae Livio hausit lib. IX, 19. *Vno proelio victus Alexander, bello victus esset.* cf. Curt. IV, 14. a Cellario laudatus.

16. Gallorum ingenium vanum et leve passim memorat Silius, ut lib. IV, 49. 50. 768. et de eorundem ferocia in primo impetu v. lib. IV, 313. 18. *respectare domos.* Diximus de hac Gallorum molitione nullum in Livio vestigium esse. Ergo de suo hoc poeta addidit, forte Gallis imputans, quod Livius cap. 40. notavit, propter frumenti inopiam illa tempestate *Hispanorum transitionem paratam fuisse.*

His ſuper internae labes et civica vulnus
Invidia augebant: laevus conatibus Hannon
Ductoris, non ulla domo ſubmittere Patres
Auxilia, aut ullis opibus iuviſſe ſinebat.
Quîs lacerum curis, et rerum extrema paventem
Ad ſpes armorum et furialia vota reducit
Praeſcia Cannarum Iuno, atque elata futuris.
Namque hac accitam ſtagnis Laurentibus Annam
Affatur voce, et blandis hortatibus implet:
Sanguine cognato iuvenis tibi, Diva, laborat
Hannibal, a veſtro nomen memorabile Belo.

expertus ſum in itineribus." D. Heinſius coni. *ſitu Mavortis.* N. Heinſ. *ſui Mavortis*, ut Mars Gallorum Romanorum Marti opponatur. Drakenborch. de ſenſu loci nihil indicavit, niſi quod receptam lectionem probam negavit. Miror equidem. Quis enim non videt ſimplicem ſententiam, quae praeceſſerat, *caede ſine ulla bella geri*, nunc tropice et veluti per imaginem repeti hoc modo: *ſiccae cruore dextrae Mavortis inter tela ſiti hebeſcunt.* 21. *tabes* coni. N. Heinſ. quam vulgatae praeferebat Drakenborch. 28. *excitam* coni. Heinſ. vel potius Livineii.

21. *internae labes*, veluti malum inteſtinum, quod rempublicam Karthaginienſium adfligebat, factio Hannonis, Barcinae contraria, quae prohibebat Hannibali neceſſaria ſubmitti. Hinc *laevus conatibus* Hannon, quatenus adverſabatur coeptis Hannibalis. De iſtius odio et invidia v. ſupr. lib. II, 277. et Liv. XXI, 10. —

25. *rerum extrema pav.* de belli eventu ſollicitum. 26. *furialia vota*, furorem bellicum dicit, quem Iuno, ſollicitudine expulſa, in animum reducere Hannibali ſtudebat. — *elata futuris*, exſultans futura Romanorum apud Cannas calamitate.

28. ſqq. Iuno Annam, interpretem ſuae voluntatis apud Hannibalem futuram, evocat *ex ſtagnis Laurentibus*, h. e. e Numicio fluvio, cuius nympha memoratur Anna Perenna, quam Silius cum aliis poetis, inprimis exemplo Ovidii Faſt. III, 523. ſqq. de Didonis ſorore interpretatus eſt, ut Heynius monuit in Excurſ. II, ad lib. VII. Aen. 243. p. 112. cf. Excurſ. IV. ad eundem librum p. 121. Nam antiquior fuit religio et cultus Annae Perennae apud Romanos. Vnde alias origines commemorat ipſe Ovidius Faſt. III, 661. ſq. — Ad verſ. 30. v. lib. I, 85. 86. et infr. v. 221.

Perge, age, et insanos curarum comprime fluctus.
Excute sollicito Fabium. Sola illa Latinos
Sub iuga mittendi mora. Iam discingitur armis.
Cum Varrone manus, et cum Varrone ferenda
Proelia. Ne desit fatis ad signa movenda.
Ipsa adero. Tendat iamdudum in Iapyga campum.
Huc Trebiae rursum et Thrasymeni fata sequentur.
Tum Diva, Indigetis castis contermina lucis,
Haud, inquit, tua ius nobis praecepta morari.
Sit fas, sit tantum, quaeso, retinere favorem
Antiquae patriae mandataque magna sororis:
Quanquam inter Latios Annae stet numen honores.

Multa

33. *ille* Lefeb. quod et N. Heins. coniecerat. 36. *nec* Cod. Colon. Putean. et Oxon. 41. Versus ex Colon. Cod. a Modio constitutus. In vulgatis erat *sed fas sit cautum* etc. quod primus Marsius edidit pro *tantum*. In Oxon. *sic fas sit tantum*. In Putean. *Sed fas sit tantum*, quomodo et in editt. Rom. pr. Parm. et Mediol. legebatur. Lefeb. sic edidit *si fas, sit cautum*. Sed nec sic mendi suspicio omnis sublata videtur, quamvis sensus non est obscurus. 42. post vocem *sororis* Lefeb. interpunxit, et sequentia usque ad vers. 47. una veluti periodo complexus est.

33. *sola illa mora*, solus ille Fabius moram obiecit hactenus Hannibali, quominus Romanos vinceret. De formula v. sup. ad lib. I, 479. 34. *discingitur armis*, imperio belli exutus est. Nempe in posterum cum Varrone res erat Hannibali, ut mox infert Iuno. — 37. De *Iapygo campo*, quo nunc Cannae designantur v. ad lib. I, 51. — 38. *huc — fata sequentur*, in isto campo eadem clades erit Romanorum, quae apud Trebiam et Thrasymenum, eademque Hannibalis fortuna.

39. sqq. *Indigetem*, Aeneam, ἐγχώριον, dixerunt veteres, et in ripa Numici, in quo loco interiisse pugna credebatur, sacellum s. templum consecrarunt. De ea re cf. Liv. I, 2. Tibull. II, 5. 45. 46. Ovid. Met. XIV, 600. sqq. Auct. de Orig. gent. Rom. *itaque illi eo loco templum consecratum, appellarique placuit patrem Indigetem.* cf. Virgil. Aen. XII, 794. et quae de ea fabula notavit Heynius Excurs. II. ad Aen. VII. p. 111.

41-43. Liceat mihi nunc Carthagini patriae meae favere, et mandata sororis exsequi, quamvis a Romanis ut diva colar. *Mandata sororis* extant his verbis ap. Virgil. A. IV,

Multa retro rerum iacet, atque ambagibus aevi
Obtegitur denſa caligine merſa vetuſtas,
Cur Sarrana dicent Oenotri numina templo,
Regniſque Aeneadum germana colatur Eliſſae.
Sed preſſis ſtringam revocatam ab origine famam
Narrandi metis, breviterque antiqua revolvam.
Iliaco poſtquam deſerta eſt hoſpite Dido,
Et ſpes abrupta e medio, in penetralibus atram
Feſtinat furibunda pyram. Tum corripit enſem
Certa necis, profugi donum exitiale mariti.
Deſpectus taedae regnis ſe imponit Hiarbas,

 Et

51. *Et ſpes abruptae, mediis penetralibus* coni. N. Heinſ. et ſic ed. Lefeb.

A. IV, 622. *Vos, o Tyrii, ſtirpem et genus omne futurum* (Romanorum) *exercete odiis.*

44. Sequitur narratio poetae, qua docet, quomodo factum ſit, ut Anna, quamvis Carthaginienſis, a Romanis tamen pro Dea habita ſit et colatur. Durus tranſitus, et pendens ex levi occaſione verſus 43. Prorſus in hoc loco iudicium poetae deſideramus, qui videtur hoc epiſodium arripuiſſe, ut libro iuſtus verſuum numerus conſtaret. Hoc unum profuerit poetae, quod omnem hanc orationem, ſi a paucis receſſeris, tam caſto ornatu, et tam grato verborum cultu elaboravit, ut imitatorem Maronis nunc lubentius agnoſcas. Nimirum in hoc loco inprimis multa verba et univerſas ſententias ex libro quarto Aeneidos mutuatas repetiit. In quo quamvis ipſe non factus eſt Virgilius, tamen animadvertimus mutatam orationem, quae, ſi plus pendebat ab arbitrio Silii, non tam leni et iucundo flumine profluebat. — 48. 49. Breviter de his rebus dicam. Haec una ſententia, vide, quam operoſe, et contra ipſam, quam deſcribit, brevitatem, elata ſit. Caeterum ornatus verborum, ab aliis multis poetis uſurpatus, e circo petitus, ubi *metam premit* et *ſtringit*, qui non evagatur, ſed breviſſimo curſu utitur.

50. *Iliaco hoſpite*, Aenea. *ſpes abrupta*, nuptiarum irrita fuit. Res e Virgilii Aen. IV. notae. cf. inprimis v. 504. ſq. et 641. ſq. — 52. *feſtinat pyram*, exſtruendam curat, ſimpliciter. — 54. *Deſpectus Hiarbas*, e Virgil. A. IV, 36. De ipſo v. ſup. lib. I, 414. et Ovid. Faſt. III, 551. a quo nunc diſcrepat Silius, cum dicit Annam *tepido* adhuc *rogo*, hoc eſt, ſtatim

Et tepido fugit Anna rogo. Quis rebus egenis
Ferret opem, Nomadum late terrente tyranno?
Battus Cyrenen molli tum forte fovebat
Imperio, mitis Battus, lacrimasque dedisse
Casibus humanis facilis. Qui, supplice visa,
Intremuit regum eventus, dextramque tetendit.
Atque ea, dum flavas bis tondet messor aristas,
Servata interea sedes: nec longius uti
His opibus Battoque fuit. Nam ferre per aequor
Exitium miserae iam Pygmaliona docebat.
Ergo agitur pelago, Divis inimica sibique,
Quod se non dederit comitem in suprema sorori.
Donec iactatam laceris (miserabile) velis
Fatalis turbo in Laurentes expulit oras.
Non coeli, non illa soli, non gnara colentum
Sidonis in Latia trepidabat naufraga terra.

Ecce

55. Locus a Modio ex Colon. Codice emendatus. Dausqueius ediderat et *tepido arma rogo figit*, quod primus Nicander vulgavit in Iunt. Putean. *et templo fugit arma rogo.* Etiam primae editt. variabant. 60. *Ingemuit rerumque vices, dextramque tetendit* coni. Heins.

statim post mortem Didonis fugisse. Nam Ovidius tertio demum anno post fugientem tradit. Ergo sive auctores alios secutus noster, sive non urgendus est *rogus* iste *tepidus*.

57. de *Batto* v. ad lib. III, 253. et cf. Ovid. l. c. 570. ubi in Meliten insulam, quam Battus rexisset, Annam devertentem facit, ad quem locum Car. Neapolis parachronismi Silium arguit, dum Annam scribat Cyrenem receptam. Carthaginem enim a Didone conditam fuisse anno periodi Iulianae 3828. Battum autem Cyrenem condidisse a. 4084. ergo hunc nondum natum fuisse, cum Didonis mors et Annae fuga a Carthagine evenisset. — 60. *intr. regum eventus*, regiae familiae tam miserum casum doluit. *dextram tetendit*, ut hospitii promissi documentum. 62. Ovidius ita: *et tamen hospitii servasset ad ultima munus, Sed timuit magnas Pygmalionis opes.* — 65. cf. Ovid. l. l. 579. sq. qui haec omnia latius et luxuriante ornatu persequitur. — 70. *trepidabat*, pro vulg. versabatur, vivebat, sed cum sollicitudine et metu, ut soli ignara Laurentis.

Ecce autem Aeneas, sacro comitatus Iulo,
Iam regni compos, noto sese ore ferebat.
Qui terrae defixam oculos, et multa timentem,
Ac deinde allapsam genibus lacrimantis Iuli,
Attollit, mitique manu intra limina ducit.
Atque ubi iam casus adversorumque pavorem
Hospitii lenivit honos, tum discere maesta
Exposcit cura letum infelicis Elissae.
Cui sic, verba trahens largis cum fletibus, Anna
Incipit, et blandas addit pro tempore voces:
Nate Dea, solus regni lucisque fuisti
Germanae tu causa meae. Mors testis: et ille,
(Heu! cur non idem mihi tum?) rogus. Ora videre
Postquam est ereptum miserae tua, litore sedit
Interdum, stetit interdum; ventosque secuta
Infelix

71. *caro Iulo* coni. eiusd.

71. seq. Ovidius l. l. 663. *solo comitatus Achate*, non Iulo, ut Silius, qui mire in his rebus discrepat. 72. *regni compos*, mortuo Latino. Ovid. *Aeneas regno nataque Latini auctus.*

78. *exposcit letum Elissae.* In hunc locum vere cadit Plinii iunioris illa vox: *maiore cura quam ingenio Silium carmen scripsisse.* Quanto veriorem et amabiliorem Aeneae characterem Ovidius (l. c. v. 613-20.) prodidit, dum is mortem Didonis acerba memoria repetens, deprecatur, ne Anna eius mortis casum et eventum denuo sibi narret: *nec timui*, inquit, *de morte tamen: metus abfuit iste. Hei mihi! credibili fortior ille fuit. Ne refer.* Praeclare vero, et cum ingenio factum. Silius autem, ut Virgilianae narrationis de Didonis amore et interitu saltem epitomen quandam carmini suo adderet, has iudicii neglecti poenas dedit, ut Aeneae characterem corrumperet.

80. *blandas — voces.* Quia nunc Anna Aeneae favore opus habebat, blandis verbis eum mulcebat, quem in universum odisse debebat. Igitur mox *regni lucisque germanae* causam dicit, quem appellare debebat mortis et exitii causam. Quamvis ego putem valde vanum, ne dicam stupidum, Aeneam, si crediderit istas blanditias esse. — 84. seqq. De his cf. Virgil. A. IV, 586. seq. unde omnia repetita et variata sunt.

Infelix oculis, magno clamore vocabat
Aeneam, comitemque tuae ſe imponere ſolam
Orabat paterere rati. Mox turbida anhelum
Retulit in thalamos curſum, ſubitoque tremore
Subſtitit, et ſacrum timuit tetigiſſe cubile.
Inde amens, nunc ſideream fulgentis Iuli
Effigiem fovet amplexu: nunc tota repente
Ad vultus converſa tuos, ab imagine pendet.
Conqueriturque tibi, et ſperat reſponſa remitti.
Non unquam ſpem ponit amor. Iam tecta domumque
Deſerit, et rurſus portus furibunda reviſit,
Si qui te referant converſo flamine venti.
Ad magicas etiam fallax atque improba gentis
Maſſylae levitas deſcendere compulit artes.
Heu ſacri vatum errores! Dum numina noctis
Eliciunt, ſpondentque novis medicamina curis,
Quod vidi decepta nefas! Congeſſit in atram
Cuncta tui monumenta pyram, et non proſpera dona.
Tum ſic Aeneas dulci repetitus amore:
Tellu-

101. Poſt *curis* interpunxit Lefeb. 104. *dulci irretitus amore* coni. Heinſ. ridiculam et inſulſam lectionem vulgatam dicens,

91. *Sideream fulg. Iuli imaginem*, ex aere factam notaſſe iſtis verbis poetam credibile eſt, ut *clipeum ſidereum* ap. Virgil. A. XII, 167. ubi vid. Heyn. nott. 93. *ad vultus tuos*, ad imaginem Aeneae, quam in cubiculo habebat. Affectus mulieris ſatis idoneo ornatu deſcriptus.

98. ſeqq. Expreſſus locus e Virgil. l. c. v. 478. ſeq. ubi Dido magicas artes ſe adhibituram dicit. De *Maſſyla* gente v. ad lib. I, 101. — 100. *Heu ſacri v. errores*, o inſcitiam vatum exſecrabilem, qui dum ex artibus ſuis opem hominibus ſpondent, ipſi rerum eventus ignari reperiuntur. Hunc ſenſum eſſe, et omnis nexus orationis declarat, et locus Virgilii, quem Silius imitatus eſt, Aen. IV, 65. *Heu vatum ignarae mentes.* — 103. *non proſpera dona*, enſem ab Aenea relictum, quo Dido periit, ergo funeſtum, infelicem.

104. Aeneas Annam interrum-

Tellurem hanc iuro, vota inter noſtra frequenter
Auditam vobis; iuro caput, Anna, tibique
Germanaeque tuae dilecti, invitus, Iuli,
Reſpiciens, aegerque animi tum regna reliqui
Veſtra, nec abſceſſem thalamo, ni magna minatus
Meque ſua ratibus dextra impoſuiſſet, et alto
Egiſſet rapidis claſſem Cyllenius Euris.
Sed cur, (heu ſeri monitus!) cur tempore tali
Incuſtodito ſaevire dediſtis amori?
Contra ſic infit, volvens vix murmur anhelum
Inter ſingultus, labiiſque trementibus Anna:
Nigro forte Iovi, cui tertia regna laborant,
Atque atri ſociae thalami nova ſacra parabam,
Quîs aegram mentem et trepidantia corda levaret
Infelix germana tori; furvaſque trahebam
Ipſa manu, properans ad viſa pianda, bidentes.
Namque aſper ſomno dirus me impleverat horror,
Terque ſuam Dido, ter cum clamore vocarat,

Et

cens," cuius bonum ſenſum ſcilicet non ſatis adſequebatur. v. nott. 107. *dilecti mitis Iuli* vulg. pro quo ex editt. priſcis Heinſius expreſſit *dilecti invitus Iuli.* Sed Lefeb. ſervavit lectionem Cod. Colon. et Tell. *dilectum mitis Iuli*, hoc ſenſu: Iuro, dilectum tibi germanaeque tuae, caput mitis Iuli. 115. *labrisque* Colon. et ſic Lefeb. 121. *Nam ſomno aſperſam dirus*

rumpit, *repetitus*, denuo captus *amore* Didonis. Quae ſequuntur, variata ſunt ex Ovid. l. l. 613. ſeqq. habentque diſceſſus a Didone excuſationem. — 108. *reſpiciens, aegerque.* Ita Virgil. A. IV, 395. *Multa gemens, magnoque animum labefactus amore, Iuſſa tamen divum exſequitur, claſſemque reviſit.* cf. Aen. V, 3. *moenia reſpiciens* etc. — 109. Eadem excuſatio eſt Aeneae ap. Virg. l. l. 356. *Nunc etiam interpres Divum, Iove miſſus ab ipſo celeres mandata per auras detulit.* cf. v. 258 ſeqq. et 556. ſeqq.

114. Ornata imago Annae ex intimo dolore ſingultantis. 116. Plutonem deſcribit, *cui tertia regna laborant*, exquiſite pro, qui tertiis regnis imperat, nempe infernalibus, ut Iupiter coelo, Neptunus mari. cf. Virg. A. IV, 635. ſeqq. — 120. *viſa*, ſomnia, quae propric Didonis erant,

Anna

Et laeta exsultans ostenderat ora Sychaeus.
Quae dum abigo menti, et, sub lucem, ut visa secundent,
Oro coelicolas, ac vivo purgor in amni;
Illa, cito passu pervecta ad litora, mutae
Oscula, qua steteras, bis terque infixit arenae.
Deinde amplexa sinu late vestigia fovit;
Ceu cinerem orbatae pressant ad pectora matres.
Tum rapido praeceps cursu, resolutaque crinem,
Evasit propere in celsam, quam struxerat ante
Magna mole, pyram: cuius de sede dabatur
Cernere cuncta freta et totam Carthaginis urbem.
Hic

rus etc. coni. N. Heins. quod et edid. Lefeb. Probat coniecturam Drakenborch. Meus me sensus impedit, quominus probem. Nescio quid absurdi habeat illa formula hoc in loco. Ornatus longe alius est in Virg. A. I, 691. a Lefeb. laudato. Silii manum lubentius agnoscerem, si legeretur: *nam me asper somno dirusque impleverat horror.* 125. *in antro* vulg. quod Dausqueius male defendebat. Ex Colon. Modius reposuit *in amni.* 133. *iuncta freta* coni. N. Heins. h. e. propinqua, vicina. Sic ed. Lefeb.

Anna nunc sua facit. Alluditur ad Virgil. A. IV, 460. cf. Ovid. Heroid. VII, 99. seq. — 125. *vivo in amni*, fluviali lympha Virg. l. l. 635. cf. Aen. II, 719.

126. Quaeri possit, unde Anna aliis rebus occupata, illa omnia, quae Dido ageret, scire potuerit. Sed hoc leve est. At quam dissimilem a Virgiliana, Didonem Silius exhibet! Quid istud est mollitiei, et importunae teneritatis, qua Dido ad litora tendit, vestigia Aeneae exosculans? Nempe Anna Siliana, in omni narratione hoc agit, ut ne Aeneam, cuius hospitio gaudebat, offenderet, adeoque illa quoque ad *voces blandas* pertinebunt, quas Anna *pro tempore* addebat, ut vidimus supra v. 80. Sed dum Silius istud consilium suum sequebatur, naturae veritatem neglexit, quam quomodo Virgilius in Didone servaverit, videre licet ex praestantissimo loco Aen. IV, 586. seqq. — In ornatu vers. 129. imitatus est Ovidium Met. VIII, 538. *cineres haustos ad pectora pressant.*

130. cf. Virgil. A. IV, 645. seqq. At quam ibi omnia splendidiora! Et quinam iste affectus, quodve consilium est Didonis, quo *Phrygiam vestem* et *monile* induit? —

135.

Hic Phrygiam vestem et baccatum induta monile,
Postquam illum infelix hausit, quo munera primum
Sunt conspecta, diem, et convivia mente reduxit,
Festasque adventu mensas, teque ordine Troiae
Narrantem longos, se pervigilante, labores,
In portus amens rorantia lumina flexit.
(Atque haec sparsa comam Divis in morte profudit:)
  Dî longae noctis, quorum iam numina nobis
Mors instans maiora facit, precor, inquit, adeste,
Et placidi victos ardore admittite manes.
Aeneae coniux, Veneris nurus, ulta maritum,
Vidi constructas nostrae Carthaginis arces.
Nunc ad vos magni descendet corporis umbra.
Me quoque fors dulci quondam vir notus amore

Ex-

140. Hic versus, qui in MStis et priscis editt. non legitur, primum a Nicandro in Iuntinam insertus est. Vt spurium, uncis inclusit Drakenborch. 145. Versus octoginta et plures proxime sequentes usque ad vers. 225. a vetustis absunt exemplaribus. Qui nunc leguntur, eos primus And. Asulanus in editionem suam a. 1523. procusam invexit, depromtos ex collectaneis criticis Iacobi Constantii, editis Fani a. 1508. qui eos ad Baptistam Guarinum e Galliis fuisse missos affirmat cap. 92. Haec N. Heinsius.

135 - 39. Haec diluta sunt post illa Virgiliana: *hic postquam Iliacas vestes notumque cubile Conspexit, paulum lacrimis et mente morata.* Sed quaenam sunt, quorum in ultimo mortis momento Dido Siliana recordatur? dies, quo munera Aeneas dedit, convivia, mensae, narratio Aeneae.

141 - 50. Comparent, quibus hae elegantiae curae sunt Virgil. A IV, 651 - 58. et sentiant, annon altius animum suum afficiant, quae Dido ultima verba dicit. Quid autem? nonne excusandus erit imitator, si posterior minus bene dixit, quae Virgilius prior ita dixerat, ut a nemine alio melius dici possent? Scilicet istud omnis imitationis vitium et incommodum est. — *Di longae noctis*, infernales; *quorum numina mors maiora facit*, h. e. quorum favore nunc mihi morti propinquae inprimis opus est, quos nunc praecipue colo et veneror. Sed qualis, quaeso, haec est benevolentiae captatio! — 147. 48. Non male haec dicta sentio, pro consilio quidem Annae, of-

fen-

Exspectat, curas cupiens aequare priores.
Haec dicens, ensem media in praecordia adegit,
Ensem Dardanii quaesitum in pignus amoris.
Viderunt comites, tristique per atria planctu
Concurrunt: magnis resonant ululatibus aedes.
Accepi infelix, dirisque exterrita fatis,
Ora manu lacerans, lymphato regia cursu
Tecta peto, celsosque gradus evadere nitor.
Ter diro fueram conata incumbere ferro,
Ter cecidi exanimae membris revoluta sororis.
Iamque ferebatur vicina per oppida rumor.
Tum Cyrenaeam fatis agitantibus urbem
Devenio; hinc vestris pelagi vis appulit oris.
Motus erat, placidumque animum mentemque quietam
Troïus in miseram rector susceperat Annam.
Iamque omnes luctus omnesque e pectore curas
Dispulerat, Phrygiis nec iam amplius advena tectis
Illa videbatur. Tacito nox atra sopore
Cuncta per et terras et lati stagna profundi
Con-

156. *Ter Phrygio rueram conata incumbere ferro* coni. N. Heins. 158. *serebatur* coni. eiusd.

fensionem Aeneae evitandi. At quam splendidiora et veriora ad affectum praesentem animi Virgiliana Dido pronuntiat, vers. 661. 62.

150. *quaesitum in p. a.* haec sunt commentarii loco ad illa Virgil. l. l. v. 647. *ensemque recludit Dardanium, non hos quaesitum munus in usus.* — Ad vers. 151. seq. cf. Virgil. v. 664. seq. et ad 153. Virgil. v. 672.

156. 57. Mira parodia praestantissimae scenae, qua Virgilius Didonem animam efflantem exhibuit, l. c. 690. — *cecidi revoluta*, ita nempe dolor vires attriverat, ut non valerem consilium mortis exsequi. — 159. Breviter tangit Anna, quae iam antea v. 54. seq. pluribus occupaverat.

161. 62. Sententiae verborum dignitas deest. Quis in carmine tali *placidum animum mentemque quietam*, facile ferat?

165. seqq. Quae Ovidius Fast. III, 639. seq. breviter narrat, ea Silius per longiores verborum ambages, et vario ornatu poetico extensa per-

Condiderat, triſti cum Dido aegerrima vultu
Has viſa in ſomnis germanae effundere voces:
His, ſoror, in tectis longae indulgere quieti,
Heu! nimium ſecura, potes? Nec, quae tibi fraudes
Tendantur, quae circumſtent diſcrimina, cernis?
Ac nondum noſtro infauſtos generique ſoloque
Laomedonteae noſcis telluris alumnos?
Dum coelum rapida ſtellas vertigine volvet,
Lunaque fraterno luſtrabit lumine terras:
Pax nulla Aeneadas inter Tyrioſque manebit.
Surge, age, iam tacitas ſuſpecta Lavinia fraudes
Molitur, dirumque nefas ſub corde volutat.
Praeterea (ne falſa putes haec fingere ſomnum)
Haud procul hinc parvo deſcendens fonte Numicus
Labitur, et leni per valles volvitur amne.
Huc rapies, germana, viam tutoſque receptus.
Te ſacra excipient hilares in flumina Nymphae,
Aeternumque Italis numen celebrabere in oris.
Sic fata in tenuem Phoeniſſa evanuit auram.
Anna novis ſomno excutitur perterrita viſis,
Itque timor totos gelido ſudore per artus.
Tunc, ut erat tenui corpus velamine tecta,
Proſiluit ſtratis, humilique egreſſa feneſtra
Per patulos currit plantis pernicibus agros:

Donec

172. *At* Ald. *Ab* coni. Livineii, et idem mox *ſentis* pro *noſcis.*

perſequitur. — 174. variatam ſententiam v. lib. VII, 476. *coelum ſtellas volvere,* poetica ratione dictum. Nam proprie ſtellae in coelo ſe volvunt. De *fraterno lumine Lunae* diximus ad lib. IV, 483. — 177. Ovid. l. l. v. 633. *Omnia promittit, falſumque Lavinia vulnus mente premit tacita, diſſimulatque fremens.* —

179. Virgiliana verba e lib. VIII, 42. *ne vana putes haec fingere ſomnum.* — 182. *rapies viam.* v. ad lib. I, 570. — 185. nota ratio Deum abeuntem deſignandi apud poetas. Sic Mercurius ap. Virgil. A. IV, 278. *Procul in tenuem ex oculis evanuit auram.*

188. ſeqq. cf. Ovid. l. c. v. 643.

Donec arenoſo (ſic fama) Numicius illam
Suſcepit gremio, vitreiſque abſcondidit antris.
  Orta dies totum radiis impleverat orbem,
Cum nullam Aeneadae thalamis Sidonida nacti,
Et Rutulum magno errantes clamore per agrum,
Vicini ad ripas fluvii manifeſta ſequuntur
Signa pedum: dumque inter ſe mirantur, ab alto
Amnis aquas curſumque rapit. Tum ſedibus imis
Inter caeruleas viſa eſt reſidere ſorores
Sidonis, et placido Teucros affarier ore.
Ex illo primis anni celebrata diebus
Per totam Auſoniam venerando numine culta eſt.
  Hanc poſtquam in triſtes Italûm Saturnia pugnas
Hortata eſt, celeri Superum petit aethera curru,
Optatum Latii tandem potura cruorem.
Diva Deae parere parat, magnumque Libyſſae
Ductorem gentis nulli conſpecta petebat.
Ille, virûm coetu tum forte remotus ab omni,
Incertos rerum eventus bellique volutans,
Anxia ducebat vigili ſuſpiria voce.
Cui

195. Barthius hunc verſum adulterinum vocat. Lefeb. ed. *En*, pro *Et*. 210. *vigili nocte* pro *voce* coni. N. Heinſ. vel potius Livineii. Burman. ad Ovid. Heroid. pag. 37. *nocte* praefert, ut MSS. lectionem, et ſic ed. Lefeb.

v. 643. — 197. *ab alto aquas curſumque rapit amnis*, dum aquis utrinque reductis fundum alvei apertum oſtendebat, ut Anna a Troianis conſpici poſſet inter *ſorores coeruleas* ſ. Nymphas reſidens. Iſtud miraculum fundi amnis aperti debemus ingenio Silii, ad παράδοξα huius generis inprimis proni. Multo probabilius apud Ovidium *ſuſtinuit tacitas conſcius amnis aquas*, h. e. aquarum murmur et ſtrepitum coercuit, et ipſa Anna *loqui viſa eſt*. — 201. *Ex illo* tempore, *primis anni diebus*, Idibus Martiis, quod antiquis temporibus apud Romanos anni initium erat. Ovid. l. l. v. 523. *Idibus eſt Annae feſtum geniale Perennae*.

203. Redenndum eſt ex longis ambagibus, quas poetae narratio fecerat, ad verſ. 38. cum quo cohaerent, quae nunc ſequuntur. 205. *potura* Iuno *Latii cruorem*, pro vulg.
ſe

Cui Dea ſic dictis curas ſolatur amicis:
Quid tantum ulterius, rex o fortiſſime gentis
Sidoniae, ducis cura aegreſcente dolorem?
Omnis iam placata tibi manet ira Deorum,
Omnis Agenoridis rediit favor. Eia, age, ſegnes
Rumpe moras, rape Marmaricas in proelia vires.
Mutati faſces. Iam bellum atque arma Senatus
Ex inconſulto poſuit Tirynthius heros:
Cumque alio tibi Flaminio ſunt bella gerenda.
Me tibi, ne dubites, ſummi matrona Tonantis
Miſit. Ego Oenotris aeternum numen in oris
Concelebror, veſtri generata e ſanguine Beli.
Haud mora ſit: rapido belli rape fulmina curſu,
Celſus Iapygios qua ſe Garganus in agros
Explicat. Haud longe tellus. Huc dirige ſigna.
(Haec, ut Roma cadat, ſat erit victoria Poenis.)
Dixit, et in nubes humentia ſuſtulit ora.

 Cui

217. *Mutati faſces iam; bellum* etc. ed. Lefeb. 218. *Exin conſulto* Lefeb. *Senatu Ex inconſulto* coni. Livineii, a Cortio notata. 223. Hunc verſum ut ſpurium delevit Lefeb, 226. Neque Codices MSti, neque editiones Aldinam praegreſſae hunc verſum habent, quem Drakenborch. effictum putabat ad imaginem verſus 233. libri VII. *una, ut debellet, ſatis eſt victoria Poeno.* Delevit illum Lefeb. 227. *evanida ora* primus Wolſius in edit. Baſil. procuderat, quam lectionem receperunt Colinaeus, D. Heinſ. Dausq. et Cellar. In caeteris eſt *viventia ora*, pro quo N. Heinſ. malebat *uventia.* Lectio noſtra *humentia* emendata ex vitioſa ſcriptura Cod. Colon. *amentia.*

ſe exſatiatura calamitate Romanorum, quam optabat.

216. *Marmaricas vires*, copias Libycas, exercitum tuum. 217. *mutati faſces;* alii conſules et duces Romani creati ſunt; Fabius depoſuit imperium belli. *Senatus ex inconſ.* temerario Senatus decreto. Nam conſultius foret, Fabii imperium producere. — 219. *cum alio Flaminio*, cum Varrone, quem ſeditioſum et temerarium collegam ipſe Aemilius Paulus vocat apud Livium XXII, 40. et cap. 44. Varroni Flaminii temeritatem obiicit. 223. *belli fulmina*, de militibus Punicis, explicat Drakenb. quibus Hannibal omnia tanquam fulminibus proſtraverit. Vt Scipiones *fulmina belli* dixit ſup. lib. VII, 106. cf. v. 216. — 227. cf. v. 185. *humen-*

Cui dux, promiſſae revireſcens pignore laudis:
Nympha, decus generis, quo non ſacratius ullum
Numen, ait, nobis, felix oblata ſecundes.
Aſt ego te, compos pugnae, Carthaginis arce
Marmoreis ſiſtam templis, iuxtaque dicabo
Aequatam gemino ſimulacri munere Dido.
Haec fatus ſocios ſtimulat tumefactus ovantes:
Pone graves curas tormentaque lenta ſedendi,
Fatalis Latio miles. Placavimus iras
Coelicolûm: redeunt Divi. Finita maligno
Hinc Fabio imperia et mutatos Conſule faſces
Nuntio. Nunc dextras mihi quiſque atque illa referto,
Quae Marte excluſus promittere magna ſolebas.
En, numen patrium ſpondet maiora peractis.
Vellantur ſigna, ac Diva ducente petamus
Infauſtum Phrygibus Diomedis nomine campum.
Dum-

230. *optata* coni. Burman. 232. *Marmoream* ed. Lefeb. pro *ſiſtam* N. Heinſ. coni. *ſtatuam*. 233. *ſimulacri numine* vulg. quod expreſſit Lefeb. *munere* ex editt. priſcis N. Heinſ. 234. *tumefactus* lectio emendata ab N. Heinſio ex *tum factus* quod exhibebant Codices Colon. et Oxon. cum ed. Rom. In Vulg. erat *tum feſtus*. Dausqueius corrigebat *ſocios ſtimulat feſtinus ovansque*, vel *ovatque*, vel *ſtimulatum it feſtus ovantes*. 240. *Marti, cluſus* Lefeb. Sic Colon.

humentia ora dicit, ut Nymphae, quae ex aqua venerat. 228 *revireſcens*, recreatus promiſſis Annae. 230. *felix*, propitia. Ita Virg. Ecl. V, 65. *ſis bonus, o, felixque tuis.* 231. *campos pugnae*, ſi victor diſceſſero. 233. *aequatam ſ. m.* ornate pro imaginem tuam iuxta Didonis ſimulacrum ponam.

235. ſeqq. *tormenta lenta ſed.* Nimirum inſtar tormentorum et poenae fuerat militibus Poenis, cum Fabio cunctante pugnae nulla copia eſſet. Solenne Silio, *ſedere* eos, qui fruſtra tempus conſumunt, ſpe fruſtrantur et nihil agendo efficiunt. v. inf. lib. XII, 64. *Fatalis Latio*, quaſi dicat, mox victor future, et exitium Romanis allature miles. 239. 40. Nunc mihi praeſtate, milites, eam virtutem, quam olim, cum pugnae copia non eſſet, iactabatis, et promittebatis. 241. *numen patr.* Annam appellat. — 243. *Diomedis campo,*

Dumque Arpos tendunt inſtincti pectora Poeni,
Subnixus rapto plebeii muneris oſtro,
Saevit iam Roſtris Varro; ingentique ruinae
Feſtinans aperire locum, fata admovet Vrbi.
Atque illi ſine luce genus, ſurdumque parentum

244. *inſtincti* ex Colon. pro vulg. *inſtructi*. 246. *ſaevit iam* ex Colon. Vulg. *ſaevitiam*. Oxon. *ſerviciam*, unde Barthius legebat *ſervitium*.

campo, ſive latius Apuliam, ſive Cannenſem tractum deſignari, nota obſervatio eſt. Nititur autem haec appellatio fabulis graecorum de Diomedis in Daunia, Apuliae parte, ſedibus. Is enim a Troia Argos reverſus, poſt multos errores, quibus et Aetoliam adiiſſe tradebatur, in ſinum Adriaticum, cuius et *inſulae* aliquot *Diomedeae* dictae, nave evectus in Daunorum finibus conſedit, ibique urbem condidit, cui ab Argis Peloponneſi, nomen *Argos Hippium* (poſt *Argyrippa*, *Arpi*) impoſuiſſe fertur. v. Strab. VI, p. 434. Iuſtin. XX, 1. et pluribus eadem docens Heynius in Excurſ. ad Virg. Aen. XI, 243. Hinc et caetera eiusdem tractus nomina fluxere, ut *Graium aequor* inf. v. 259. *Aetoli campi* lib. I, 125. et IX, 495.

244. *inſtincti*, excitati, alacres facti voce Hannibalis. v. ſup. lib. IV, 231. Vocabulo Livius et Tacitus ſaepe utuntur. — 245. Materiem imaginis Varronianae, quam in ſequentibus poeta adumbrat, maxime, ut aſſolet, ex Livio congeſſit, in cuius libro XXII, cap. 25. 26. 34. ſeq. ſingula veluti lineamenta orationis reperies. *ſubnixus oſtro pl. m.* exquiſite pro, indutus purpura conſulari, quam *rapuerat*, h. e. invito ſenatu ſibi conciliaverat, unde *plebeium conſulem* Livius vocat cap. 40. In verbis memor Silius fuiſſe videtur loci Virgil. Aen. IV, 216. ubi Paris *Moeonia mentum mitra crinemque madentem ſubnixus, rapto potitur.* v. ibi Heynius. — 246. *ſaevit roſtris.* cf. Liv. cap. 38. *Conciones*, inquit, *prius quam ab urbe ſigna moverentur, conſulis Varronis multae ac feroces fuere* etc. — 247. *fata adm. urbi*, dum temeritate periculum auget, et calamitatem Romanam, poſtea Cannenſi clade inductam, accelerat.

248. ſeqq. Humile et ignobile Varronis genus obviis paſſim metaphoris deſignat, *ſine luce*, et *mutum nomen.* v. ſup. lib. VI, 74. et Heyn. ad Vir-

Nomen, et immodice vibrabat in ore canoro
Lingua procax. Hinc auctus opes, largusque rapinae
Infima dum vulgi fovet, oblatratque Senatum;
Tantum in quassata bellis caput extulit urbe,
Momentum ut rerum et fati foret arbiter unus,
Quo conservari Latium victore puderet.
Hunc Fabios inter, sacrataque nomina Marti
Scipiadas, interque Iovi spolia alta ferentem
Marcellum, fastis labem suffragia caeca
Addiderant, Cannasque malum exitiale fovebat
Ambitus, et Graio funestior aequore campus.
Idem, ut turbarum sator, atque accendere sollers
Invidiam, pravusque togae, sic debilis arte
Belligera, Martemque rudis versare, nec ullo
Spectatus ferro, lingua sperabat adire
Ad dextrae decus, atque e Rostris bella ciebat.
Ergo alacer, Fabiumque morae increpitare professus,
Ad

249. pro *et* Lefeb. ed. *at* male. Nam inter vitia Varronis et hoc ponitur. 250. *opum* coni. Livineii a Cortio notata. 251. *Senatu* pro Senatui, coniecerat ad marginem libri sui Vossius. 258. *Cannasque* restituit N. Heins. ex scriptis et priscis editt. Wolfius in Bas. ediderat primus *Cannisque*. 265. *professus ad vulgum* iunxit Lefeb. interpungens post *vulgum*. Deinde idem *adovantia* pro vulg. *et ovantia*, in quibus sane copula otiosa

Virgil. IX, 343. et XII, 397. in Excurs.

255-58. Hunc consulem temerarie creatum, summorum virorum nominibus in fastos relatis adiunxerant. De *Marcello* v. ad lib. I, 132. seq. — *labem*, veluti maculam quandam, qua istorum nominum splendor conspurcetur. — 259. *ambitus*, quo Varro auram popularem captaverat, et consulatus dignitatem sibi conciliaverat, *Cannas fovebat*, quatenus creatio Varronis cladem Cannensem Romanis adtulit; quare etiam mox *campus* Martius, in quo illa creatio facta est, *funestior Graio campo* dicitur. v. ad vers. 243.

261. *pravus togae* etc. homo pace et bello iners et imperitus. Vide molestam poetae luxuriem, inscitiam rei bellicae tribus formulis variantis. 263. *lingua — decus*, concionando et declamando com-

Ad vulgum, in Patres et ovantia verba ferebat:
Vos, quorum imperium eſt, Conſul praecepta modumque
Bellandi poſco. Sedeone, an montibus erro,
Dum mecum Garamas et aduſtus corpora Maurus
Dividit Italiam? An ferro, quo cingitis, utor?
Exaudi, bone Dictator, quid Martia plebes
Imperitet. Pelli Libyas, Romamque levari
Hoſte iubet. Num feſtinant, quos plurima paſſos
Tertius exurit lacrimoſis caſibus annus?
Ite igitur, capite arma, viri. Mora ſola triumpho
Parvum iter eſt. Quae prima dies oſtenderit hoſtem,
Et Patrum regna et Poenorum bella reſolvet.
Ite alacres, Latia devinctum colla catena
Hannibalem, Fabio, ducam, ſpectante, per Vrbem.
  Haec poſtquam increpuit, portis arma incitus effert,
Impellitque moras; veluti cum carcere rupto
Auriga indocilis totas effundit habenas,
Et, praeceps trepida pendens in verbera planta,
Impar fertur equis; fumat male concitus axis,

 Ac

otioſa videtur. Barthius *reſonantia*. N. Heinſ. verſum ita legendum exiſtimabat: *Ad vulgum in Patres petulantia verba ferebat.* 268. pro *an* Livineius, notante Cortio, coni. *aut*, N. Heinſ. *ac*. 271. *Martia pubes* editt. priſcae. 272. *pelli Libyas* Modius ex Colon. Vulg. *bello Libyes*. Oxon. *iubent*.

compenſare ſtudebat virtutis et artium bellicarum penuriam. cf. Liv. XXII, 38.

275. *mora ſola* etc. h. e. mora facilem, adeoque ignobilem triumphum parit. Nam virtute non opus eſt, ubi hoſtem ſedendo et cunctando atteris. — Ad verſ. 276. cf. Liv. l. c. cap. 38. ubi Varro ait, *ſe quo die hoſtem vidiſſet, bellum perfecturum.* 279. *Fabio ſpectante*, cum amara ironia dictum puta. Fabius ſpectabit, quod ipſe efficere non poterat.

281. Comparationem coloribus Virgilianis adumbratam ex his locis agnoſces. Georg. III, 103. Aen. V, 147. X, 586. Similem de Flaminio locum conferre iuvabit e lib. IV, 710. ſeqq. Poteſt enim utile eſſe videre, quomodo variaverit poeta ſermonem, cum

Ac frena incerto fluitant diſcordia curru.
Cernebat Paullus (namque huic communia Campus
Iura atque arma tulit) labi, mergente ſiniſtro
Conſule, res, peſſumque dari: ſed mobilis ira
Turbati vulgi, ſignataque mente cicatrix
Vndantes aegro frenabat corde dolores.
Nam cum perdomita eſt armis iuvenilibus olim
Illyris ora viri, nigro allatraverat ore
Victorem invidia, et ventis iactarat iniquis.
Hinc inerat metus et durae reverentia plebis.
Sed genus admotum Superis, ſummumque per altos
Attingebat avos coelum. Numerare parentem
Aſſaracum retro praeſtabat Amulius auctor,
Aſſaracuſque Iovem: nec, qui ſpectaſſet in armis,
Abnue-

293. *agitarat* editt. priſcae.

cum duos ſimilis ingenii et animi homines deſcribit.

285. *communia iura et arma*, ut collegae Varronis in conſulatu et imperio belli. cf. lib. IV, 713. 14. De re cf. Liv. XXII, 38. ſeq. — 289. *ſignatam mente cicatricem* exquiſite dicit poeta ignominiam, qua iniuſte notatus erat Paullus bello Illyrico, ex quo plebis invidia illi adhaeſerat, ut mox verſſ. 291-94. traditur. Eius igitur rei conſcientia effecit, ut Paullus *undantes dolores*, h. e. indignationem ſuam e Varronis collegae temeritate exortam, *corde frenaret*, et ſilentio premeret. Idem commemorat Livius cap. 35. *Tum experta nobilitas, parum fuiſſe virium in competitoribus, L. Aem. Paullum, qui cum M. Livio conſul fuerat, et damnatione collegae, et ſua prope ambuſtus evaſerat, infeſtum plebi, diu ac multum recuſantem, ad petitionem compellit.* Atque ipſe Paullus ap. Liv. cap. 40. ait, *ſe populare incendium priore conſulatu ſemiuſtum effugiſſe.* Idem Paullo Varro Conſul exprobrat infra lib. IX, 25. ſeq.

295. ſeqq Silius gentem Aemiliam refert ad Amulium, filium Procae regis Albanorum, qui Aſſaracum inter proavos numerabat, unde facilis ad Iovem adſcenſus erat. Nam Aſſaracus fuit nepos Erichthonii, filii Dardani, qui ex Iove et Electra natus fuerat. Alias opiniones commemorat Feſtus in *Aemilia gens*. cf. Plutarch in vita Numae, et Paulli. — 298. *nec — abnueret genus*, h. e. virtus viri

Abnueret genus. Huic Fabius iam caſtra petenti:
Si tibi cum Tyrio credis fore maxima bella
Ductore, invitus vocem hanc e pectore rumpam,
Fruſtraris, Paulle, Auſoniam. Te proelia dira,
Teque hoſtis caſtris gravior manet: aut ego multo
Nequidquam didici caſus praenoſcere Marte.
Spondentem audivi, (piget, heu! taedetque ſenectae,
Si, quas proſpicio, reſtat paſſura ruinas!)
Cum duce tam fauſti Martis, qua viderit hora,
Sumturum pugnam. Quantum nunc, Paulle, ſupremo
Abſumus exitio, vocem hanc ſi Conſulis ardens
Audivit Poenus! Iam latis obvia, credo,
Stat campis acies, exſpectaturque ſub ictu
Alter Flaminius. Quantos, inſane, ciebis
Varro viros! Tu, pro Superi! tu protinus arma?
Tu campum noſcas ante, exploreſque trahendo
Quantum hoſti victus. Tu non, quae copia rerum,

310. *audierit* coni. N. Heinſ. 313. *tum protinus arva*, *Tum campum noſcas ante* ed. Lefeb. 315. Vulg. *quantum hoſtis ritus valeat.* Hoc primus Marſus, eumque ſecuti alii expreſſerunt. In Colonienſi erat, *quam ritus hoſtis, tu non quae.* Vnde N. Heinſ. ſcribendum putabat *quantum hoſti victus, tu non quae copia* etc. vel etiam, *quantum hoſtis victu valeat.* In Rom. pr. et Mediol. *Quantum ictus hoſtis valeat, quae* etc. Denique Lefeb. edidit: *exploresque trahendo Ritus hoſtis; tum vero, quae copia rerum* etc. ſed ſine interrogatione. Burmannus legebat: *Quantum hoſti victus, tum, quae ſit copia rerum.*

viri divinam illam ſtirpem probabat omnibus.

300. ſeq. Haec ex oratione Fabii ap. Livium XXII, 39. expreſſa ſunt. — 303. *multo Marte*, multo uſu bellico. 305 - 308. cf. ſup. verſ. 276.

313 - 18. Vim et ſenſum huius loci non videtur adſecutus eſſe interpres recentior Francogallicus, dum ſigna interrogandi a Drakenborchio ſervata ſuſtulit, et ſtatuit Fabium non tam ad Varronem, quam ad Paullum ſermonem dirigere. Immo vero Fabius, uti coeperat verſu 312. ita quoque in omni hoc ſequenti loco Varronis imperitiam cum temeritate pugnandi coniunctam acerbe increpat, quam quidem acerbitatem mirifice adiuvant iſtae interrogationes. *Tu protinus arma?* tu, qui neque hoſtis tui vim, nec pugnandi modum hoſtilem, nec

Quae natura loci, quod ſit, rimabere ſollers,
Armorum genus? Et ſtantem ſuper omnia tela
Fortunam aſpicies? Fer, Paulle, in devia recti
Pectora: cur, uni patriam ſi affligere fas eſt,
Vni ſit ſervare neſas? Eget improbus arto
Iam victu Libys, et, belli fervore retuſo,
Laxa fides ſociûm eſt. Non hic domus hoſpita tecto
Invitat patrio, non fidae moenibus urbes
Excipiunt, renovatque pari ſe pube iuventus.
Tertia vix ſupereſt, crudo quae venit Hibero,
Turba virûm. Perſta, et lenti meditamina belli
Cautus ama. Si qua interea invitaverit aura,
Annueritque Deus, velox accede ſecundis.
Cui breviter maeſto Conſul ſic ore viciſſim:
Mecum erit haec prorſus pietas, mentemque feremus
In Poenos, invicte, tuam. Nec me unica fallit
Cun-

316. *locis* Lefeb. 318. *Fortunam aſpice. te fer, Paulle, in devia recti pectora* coni. Barth. Aliter N. Heinſ. fer Paullum *in devia recti pectora*, hoc ſenſu: toto Paullo, atque omni tua prudentia incumbe eo, ut obnitaris inconſultis coeptis temerarii Varronis. Senſum vidit vir doctus, ſed iſta emendatione tamen non opus erat. Lefeb. edidit: *fer, Paulle, indevia recti Pectora*, quae verſione ſua ita reddidit: Sois toujours irréprochable. Sed de his vid. nott. 319. pro *fas eſt* in editt. Rom. et Mediol. *par eſt*. 321. *recluſo* vulg. *retuſo* Mod. ex Colon. 322. *laſſa fides* Lefeb. ex Rom. 2. *fluxa*, vel *lapſa* coni. N. Heinſ. 327. *irritaverit* ſcripti, pro quo Heinſ. coni. *tibi faverit*.

naturam loci noſcis, tu audes illico arma capere, et hoſtem adgredi? *Tu non ſtantem ſuper o. t. fortunam adſpicies*, h. e. tu non reputas, quanta fortuna nunc hoſtes utantur? Iam igitur demum, poſtquam hanc Varronis inſcitiam et temeritatem perſtrinxerat, ad Paullum ſe convertit, *fer, Paulle, pectora, in devia recti*, h, e. oppone te, reſiſte huic tantae audaciae et temeritati. cf. Fabii oratio apud Liv. XXII, 39. e qua omnis hic locus natus eſt.

329. cf. breviorem Paulli orationem ap. Livium cap. 40. unde poeta omnia, quamvis paullo loquacior, expreſſit. 330. *Mecum erit — pietas*, h. e. mea in te et patriam pietas mihi aderit, ut tibi morem geram, atque ex tua ſententia hoſtes tractem. Formula petita e Virgil. Aen. IV, 115.

Cunctandi ratio, qua, te graſſante, ſeneſcens
Hannibal oppreſſum vidit conſidere bellum.
Sed quaenam ira Deûm? Conſul datus alter, opinor,
Auſoniae eſt, alter Poenis. Trahit omnia ſecum,
Et metuit demens, alio ne Conſule Roma
Concidat. E Tyrio conſortem accite Senatu:
Non tam ſaeva volet. Nullus, qui portet in hoſtem,
Sufficit inſano ſonipes. Incedere noctis
Quae tardent curſum, tenebras dolet: itque ſuperbus
Tantum non ſtrictis mucronibus; ulla retardet
Ne pugnas mora, dum vagina ducitur enſis.
Tarpeiae rupes, cognataque ſanguine nobis
Tecta Iovis, quaeque arce ſua nunc ſtantia linquo
Moenia felicis patriae, quocunque vocabit
Summa ſalus, teſtor, ſpreto diſcrimine, iturum.
Sed

337. locum in vulgatis vitioſe expreſſum, Modius recte emendavit ex Colonienſi, cum quo congruebant MSti Heinſ. et editt. priſcae. 339. Modiana emendatio hoc incommodi habet, quod *incedere noctis tenebrae*, pro ingruere, paullo moleſtius et inſolentius dicitur. Quamvis ea ſententia non eſt ſine ullo ſenſu, ut Lefeb. opinabatur. Alii aliter coniecerunt. Heinſius ita: *intendere noctis, quae tardent curſum, tenebras dolet.* vel ſic: *nec cedere noctis, quae tardent curſum, tenebras dolet.* Lefeb. edidit: *inſidere* (*noctis Quae tardent curſum tenebrae*) *dolet.* Il fremit de rage d'être obligé de reſter dans le camp, par rapport à l'obſcurité des ténèbres qui arrêtent ſa fouque. Mihi olim ſimpliciſſima ratio videbatur legendi: *incedere noctu, Quod tardent curſum tenebrae, dolet.*

315. *mecum erit iſte labor*, ubi vid. Heyn. et ad Aen. I, 675. — 332. *ſeneſcens*, vires et ferociam nihil agendo conſumens. v. ad lib. II, 456.

334-42. Mire in his poeta auxit acerbitatem linguae Paullinae. Nihil fingi poterat mordacius et invidioſius adverſus Varronem. 337. 38. Accerſite vobis e Senatu Carthaginienſi ducem aliquem belli, et conſulem; is non tantopere ſaeviet in perniciem Romanorum, ut hic Varro. Eum ſenſum loci primus Drakenborch. recte vidit, caeteris interpretibus caecutientibus.

347-50. Expreſſit poeta illa Liviana: *ſi quid adverſi caderet*, inquit Paullus, *hoſtium ſe telis potius, quam ſuffragiis iratorum civium caput obiecturum.* Illud vero exquiſito modo dictum, *haud vos* mora-

Sed ſi ſurda mihi pugnabunt caſtra monenti,
Haud ego vos ultra, nati, dulcemque morabor
Aſſaraci de gente domum; ſimilemve videbit
Varroni Paullum redeuntem ſaucia Roma.
Sic tum diverſa turbati mente petebant
Caſtra duces. At praedictis iam ſederat arvis
Aetolos Poenus ſervans ad proelia campos.
Non alias maiore virûm, maiore ſub armis
Agmine cornipedum concuſſa eſt Itala tellus.
Quippe extrema ſimul gentique Vrbique timebant;
Nec ſpes certandi plus uno Marte dabatur.
Faunigenae ſocio bella invaſere Sicano
Sacra manus Rutuli, ſervant qui Daunia regna,
Lauren-

351. *tum diverſa* Barth. et Heinſ. emendarunt pro vulg. *tumidi verſa.*

morabor pro vulg. ad vos nunquam redibo.

351. *diverſa turbati mente,* contrariis conſiliis et propoſitis a ſe invicem diſcrepantes; Varro temerarius et ferox, Paullus cautus et prudens. *Diſſimiles diſcordesque* Livius appellat lib. XXII, 41.

354. ſqq. Sequitur longus recenſus copiarum Latinarum ex omni Italia ad pugnam Cannenſem conſcriptarum, cui valde ſimilis eſt narratio copiarum Hannibalis lib. III, 222. ſq. Livius XXII, 36. hoc tantum tradit: *multiplicatos exercitus eſſe, et auctores diſcrepare in numero et genere copiarum definiendo.* Ergo in promtu eſt, Silium, ut poetam, definite et per partes hunc locum tractaſſe, ut varietate rerum lectorem teneret, vel potius ut doctrinam ſuam exprομeret, et imitandi conſilio ſatisfaceret. Nam in eo genere recenſus praeiverat Virgil. Aen. VII, 647. ſq. coll. X, 163. ſq. ubi copiae Etruſcae recenſentur. Neque in omni hoc loco aliquis ſuccenſeat poetae, cum animadverterit ſubtilitatis geographicae non valde tenacem, et modo latius, modo anguſtius definientem regionum tractus. Id enim poetae condonandum eſſe, Virgilii ipſius exemplum evincit, de quo vid. Heyn. in Exc. ad lib. Aen. VII, 714.

358. *Faunigenae*, Latini. Nam Latinus a Fauno ortus, Pici nepos et abnepos Saturni habebatur. cf. Virg. A. VII, 45. ſq. Mox *Rutuli* iidem. *Sicanos* ſocios nunc Rutulis iungit Virgilii exemplo Aen. VIII,

Laurentique domo gaudent, et fonte Numici:
Quos Castrum, Phrygibusque gravis quondam Ardea misit,
Quos celso devexa iugo Iunonia sedes
Lanuvium, atque altrix casti Collatia Bruti.
Quique immite nemus Triviae, quique ostia Tusci
Amnis amant, tepidoque fovent Almone Cybelen.
Hinc Tibur, Catille, tuum, sacrisque dicatum
Fortunae Praeneste iugis, Antemnaque prisco

Crustu-

VIII, 328. *Tum manus Ausonia et gentes venere Sicanae.* Ad eum locum Heynius docuit, pro Siculis dictos, qui olim loca inter Lirim et Tiberim incoluerint. Vid. ibi plura in Excurs. p. 219. et ad VII, 795. — Mox ut *Latium* designet, *Daunia regna*, *Laurentem domum*, et *Numicum* nominat, more poetico. v. ad lib. I, 665.

360. *Castrum* Inui, quo nomine Pan dictus est, ibi cultus. cf. Virg. A. VII, 775. — *Ardea Phrygibus gravis*, molesta, infesta Troianis, quia Turnus eos ex Italia pellere conabatur. De *Ardea* vid. lib. I, 293. sq. — *Lanuvium* inter Ariciae nemus et Pometiam situm, cultu Iunonis Sospitae clarum. vid. Liv. XXII, 1. et infra lib. XIII, 364. — *Collatia*, ad ripam Anienis fluv. patria Bruti, qui *castus* poetae dicitur, quatenus Tarquinii libidinem in Lucretia ultus est. Virgil. Aen. VI, 818. *animamque superbam ultoris Bruti.*

364. *Nemus Triviae*, Aricinos designat, in cuius tractus nemoribus Diana Trivia culta est. Iam *immite* dicitur, ob barbaricum ritum, quo is, qui templo Dianae praeesse volebat, cum aliis digladiari usque ad vulnera debebat. Strabo lib. V. p. 366. *βαρβαρικὸν καὶ σκυθικὸν ἔθος* appellat. Sup. lib. IV, 369. *immitis Aricia.* — *Tusci amnis*, Tiberis, ut ex Etruria venientis. *Tiberim Tuscum* Virgil. Georg. I, 499. Eo Ostienses poeta designat. — *Almo* fluv. prope Romam in Tiberim influens, hodie *Dachia.* Ibi colebatur Cybele, cuius simulacrum illius aquis lavebatur. Hinc expedias illa: *fovent tepido Almone Cybelen.* cf. Vibius Seq. de Flum. Ovid. Fast. IV, 337. Martial. III, 47. et interpp. ad Valer. Fl. VIII, 239. Cluver. Ital. II. cap. 10. p. 718.

366. *De Tibure* v. sup. lib. IV, 225. — In *Praeneste* fanum et oraculum Fortunae memoravit Strabo V, p. 364.

et

Crustumio prior, atque habiles ad aratra Labici:
Nec non sceptriferi qui potant Thybridis undam,
Quique Anienis habent ripas, gelidoque rigantur
Simbruvio, rastrisque domant Aequicula rura.
His Scaurus monitor: tenero tunc Scaurus in aevo;
Sed iam signa dabat nascens in secula virtus.
Non illis solitum crispare hastilia campo,
Nec mos pennigeris pharetram implevisse sagittis;
Pila volunt, brevibusque habiles mucronibus enses:
Aere caput tecti surgunt super agmina cristis.
At quos ipsius mensis seposta Lyaei
Setia, et incelebri miserunt valle Velitrae,
Quos Cora, quos spumans immiti Signia musto,
Et quos pestifera Pomptini uligine campi,

Qua

379. *e celebri* coni. N. Heins. Veliternus ager, inquit, minime ignobilis, sive vetustatem oppidi ipsius, et frequentiam civium spectes, unde et Caesar Augustus duxit originem, sive ubertatem agri, et vini in eo praestantissimi proventum. Sic etiam edidit Lefeb. 380. *immiti* Colon. Vulg. *inimico*.

et cf. Cicer. de Divin. II, 41. — 368. *Labici* s. Labicani, a Labico oppido vetusto inter Gabios et Praenestinos. — 369. Accolas Thybridis et Anienis designat. *Sceptriferi*, ob Romani imperii maiestatem et potentiam. Sic Ovid. Met. II, 259. *Cuique fuit rerum promissa potentia Tibrim.* — *Simbruvii* lacus ex Aniene in Aequorum regionibus confluunt. In formula *rastris domant arva* praeivit Virgil. A. IX, 608.

372. *monitor*, dux. 374. *crispare* hastilia, pro vibrare, gerere, e Virgilio duxit, Aen. I, 313. — *pennigeris* πτεροεισι, noto epitheto. — Ad vers. 376. cf. Virgil. A. VII, 664. — 377. In prosa dices: aereas cassides cum cristis gerunt.

378. sq. Iam ex alia Latii regione, e Volscis, excitos milites describit poeta. Primam urbem *Setiam* dicit *ipsius Lyaei mensis sepositam*, h. e. generosissimi vini feracem, quod ipsius Bacchi poculis et mensis dignum sit. Eius vini laudes passim obviae. v. Strab. V, p. 229. Plin. XIV, 6. Etiam *Signiae* mustum immite, hoc est, austerius et adstringens, memorant Strabo et Plin. l. l. et Martial. XIII, 116. *liquidum Signina morantia ventrem.* De *Pomptinis* paludibus, nota res.

Versus

Qua Saturae nebuloſa palus reſtagnat, et atro
Liventes coeno per ſqualida turbidus arva
Cogit aquas Vfens, atque inficit aequora limo,
Ducit avis pollens, nec dextra indignus avorum
Scaevola, cui dirae caelatur laudis honora
Effigie clypeus. Flagrant altaribus ignes,
Tyrrhenûm valli medio ſtat Mucius ira
In ſemet verſa, ſaevitque in imagine virtus.
Tunc icti ſpecie ruere acri in bella magiſtro.
Cernitur effugiens ardentem Porſena dextram.

Quîs

386. *durae* coni. Livineii a Cortio notata. 390. Verſum ſpurium iudicabat Barthius. Scilicet, ut collocatus erat, nullum ſenſum dabat, nec in libris veteribus mire diſcrepantibus illius ſanandi ſpes erat. N. Heinſii coniecturas recenſere nihil attinet. Locum conclamatum cenſebat Drakenborch. de quo conſtituendo non ipſe audeat, donec integriores codices eruantur. Dicam tamen quid ego ſentiam de hoc verſu. Scilicet quo in loco nunc collocatus eſt, neceſſario ad effigiei in clypeo caelatae deſcriptionem pertinebat. Enimvero in hiſtoria Scaevolae nihil erat, quod ſententiae eius verſus faveret. Burmannus quidem ita legi poſſe putabat, *Tunc icti ſpecie furere in fera bella miniſtri Cernitur* etc. hoc ſenſu, Porſenam ſpecie purpurati ſeu ſcribae vulnerati in furorem actum eſſe: deinde Lefeb. ita edidit, *Tunc icti ſpecie, finire, hoc, bella, Magiſtro Cernitur* etc. Sed ut taceam corrigendi audaciam nimiam, ſunt illa profecto ita comparata, ut in effigie nullo modo exprimi poſſint, nec ullum fere in ea re momentum faciant. Omnino arbitror transponendum eſſe verſum, id quod iam Barthius et Livineius ſuaſere. Verſu illo *Cernitur* etc. finitur clypei deſcriptio. Iam additur verſus, mea ſententia ſic legendus: *Hac acti ſpecie ruere acri in bella magiſtro.* Sermo eſt de militibus, quos Scaevola illo clypeo indutus ducebat: hac

clypei

Verſus 382. 83. variati ſunt, quamvis luxuriante nimis ornatu affuſo, ex Virgil. A. VII, 801. 2. *Qua Satura iacet atra palus, gelidusque per imas Quaerit iter vallis atque in mare conditur Vfens.* Ergo, ut iam Heynius notavit, Saturae palus prope Vfentem fluv. et Pomptinas pal. ſita fuit. Plura v. ap. Cluver. p. 1003. ſq.

385. Callide, ut in talibus ſolet, Silius Scaevolam ducem deſignavit, ut ſequens clypei deſcriptio locum haberet. In eo clypeo rerum a patribus geſtarum imagines deſcriptas retulit frequenti more poetarum, quo alibi etiam uſus erat, ut lib. I, 407. II, 158. IV, 150. X, 175. De Mucii Scaevolae facinore tirones legant Livii II, 10. Flor. I, 10. — De verſſ. 390. 91. vid. Var. Lect.

Quîs Circaea iuga, et ſcopuloſi verticis Anxur,
Hernicaque impreſſo raduntur vomere ſaxa,
Quîs putri pinguis ſulcaris Anagnia gleba,
Sulla Ferentinis Privernatumque maniplis
Ducebat ſimul excitis: Soraeque iuventus
Addita fulgebat telis. Hic Scaptia pubes,
Hic Fabrateriae vulgus; nec monte nivoſo
Deſcendens Atina aberat, detritaque bellis
Sueſſa, atque a duro Fruſino haud imbellis aratro.
At, qui, Fibreno miſcentem flumina, Lirim

Sulfu-

clypei effigie, quam admirabundi ſpectabant milites, acti ruebant in bella, magiſtro, h. e. duce tam acri et forti. Adſpectus clypei, in quo tantum facinus ex ducis familia depromtum, expreſſum erat, veluti inflammabat milites, ut talem ducem alacrius ſequerentur. Ita ſentio de hoc loco; iudicabunt doctiores.

392. *Circaea iuga*, et *Anxur* ſ. Tarracina prope mare ſita, Feronio lacu disiunguntur. cf. Virg. A. VII, 799. 800. Mox *Anagnia* in tractu Hernicorum ſaxoſo, *pinguis putri gleba*, ob ſoli fertilitatem. Formula e Virgilio hauſta, Georg. II, 203. *Nigra fere et preſſo pinguis ſub vomere terra, Et cui putre ſolum.* Hinc et *dives Anagnia* Virgil. A. VII, 684. cf. Sil. XII, 532. — 396. *Sorae* et *Frabateriae* in Volſcis ad fl. Lirim. Sed mox ad *Scaptiam* poeta evagatur, inter Sabinorum et Aequorum tractum ſitam. *Atina* in Volſcis. *Sueſſa* autem Drakenborchio non videtur eſſe Aruncia in ora Campaniae, ſed Pometia, urbs Latia. Quamvis audacior hic ſaltus poetae videri poſſit, quam in Auruncia, quae *Atinae* propior eſt. Enimvero tales ſaltus ſolennes Silio ſunt, et favet Drakenborchio, quod addit *detritam bellis.* Nam Tarquinius Sabinis devictis Sueſſam Pometiam obſedit, et vi expugnavit, armatis omnibus interfectis. cf. Liv. I, 49. Flor. I, 7. 5. Aurel. Vict. 8. — 400. *a duro haud imbellis aratro*, h. e. iuxta agriculturae ſtudium etiam bellicoſa. Formulam rariorem ſupra explicavimus ad lib. I, 614

401. Proprie Fibrenus Liri flumen miſcet, quia Liris illius influentis aquas accipit Sed haec ſaepe poetae invertere ſolent. De *Liri*, eiusque tacito flumine v. ad lib. IV, 350. — *ſulfureum*, quod in eo tractu Campaniae ſulfur naſcitur, auctore Plin. XXXV, 15. Sed is in collibus praecipue Leucogaeis collocat. Ergo ad colorem aquae fortaſſe rectius epithe-

Sulfureum, tacitisque vadis ad litora lapsum
Accolit, Arpinas, accita pube Venafro
Ac Larinatum dextris, socia hispidus arma
Commovet, atque viris ingens exhaurit Aquinum.
Tullius aeratas raptabat in agmina turmas,
Regia progenies, et Tullo sanguis ab alto.
Indole pro! quanta iuvenis, quantumque daturus
Ausoniae populis ventura in secula civem!
Ille, super Gangen, super exauditus et Indos,
Implebit terras voce, et furialia bella
Fulmine compescet linguae, nec deinde relinquet
Par decus eloquii cuiquam sperare nepotum.
  Ecce inter primos Therapnaeo a sanguine Clausi
Exsultat

405. Abest hic versus ab edit. Rom. 413. *eloquio* vulg. quod servavit Lefeb.

epitheton referas, quo sensu et lutei saepe fluvii poetis dicuntur. — 403. *Venafrum* opp. Campaniae ad Vulturnum fl. — *Larinates*, incolae Larini opp. in Frentanis ad mare siti. Mela II, 4. et Plin. III, 11. in Appulis collocant. 405. *Aquinum ingens*, μεγάλη πόλις Straboni, in limine Campaniae. *Frequens municipium* Cicero appellat Philip. II, 41.

406. sq. Copiarum illarum ducem poeta fingit Tullium, ex Tulli Volscorum regis progenie ortum. Inde ansam arripit in Ciceronis ex eadem stirpe progeniti laudes excurrendi. *Quantum daturus civem*, Ciceronem, latiori sensu, quatenus iste Tullius in proavis Ciceronis numeratur. — *aeratas turmas*, ut *aeratas acies* Virgil. A. VII, 703. *hastatas* dixit Valer. Fl. VI, 120. — *raptabat* pro vulg. ducebat, ut saepe Virgil. Aen. VII, 725. X, 178. Mox *vocem*, et *fulmen linguae* eloquentiae designandae servire, notum esse debet. *Furialia bella* autem maxime Catilinam et Antonium tangunt, quorum furores dicendo Cicero repressit.

414. In Nerone, quem copiarum Sabinarum ducem finxit poeta, manifeste adludit ad Claudium Neronem, cuius familia ex Attio Clauso orienda e Sabinis Romam venit. Iam cum Sabini ex Laconia originem trahant, *Therapnaeum sanguinem* dicit, a Therapne opp. Laconiae. Hinc et infr. lib. XV, 546. idem Cl. Nero *Amyclaeus nepos* vocatur. cf. Virgil. Aen. VII, 506.

Exſultat rapidis Nero non imitabilis auſis.
Hunc Amiterna cohors, et Bactris nomina ducens
Caſperia, hunc Foruli, magnaeque Reate dicatum
Coelicolûm Matri, nec non habitata pruinis
Nurſia, et a Tetrica comitantur rupe cohortes.
Cunctis haſta decus, clipeuſque refertur in orbem,
Conique implumes, ac laevo tegmina crure.
Ibant, et laeti pars Sancum voce canebant
Auctorem gentis, pars laudes ore ferebant,
Sabe, tuas, qui de proprio cognomine primus
Dixiſti populos magna ditione Sabinos.

Quid,

421. *vertice et inplumes, ac levi tegmine cruris Ibant*, Vulg. Haec Modius ex Colon. emendavit. 422. *Sancum* N. Heinſius poſuit. Vulg. *Sanctum.* 424. *proprio* exhibebant Codd. Colon. Oxon. et Putean. Vulg. *patrio.* 425. pro *dixiſti* N. Heinſ. coni. *rexiſti.*

506. cuius loci memorem Silium fuiſſe exiſtimo, ibique Heyn. nott. et Liv. II, 16.

416-19 Oppida Sabina recenſet, ſecutus quidem Virgilium in Aen. VII, l. l. qui agri Sabini fines latius producit, quam veteres conſueverant. Sic *Amiternum* oppidum a Ptolomaeo in Veſtinis locatum, cum Strabone et Plinio ad Sabinos refert. — Quod *Caſperiam* a *Bactris* nomen ducere ait, alluſio eſt ad Bactrianos in Oriente, Caſpium mare contingentes. Ita poſt Marſum Cellarius. *Foruli*, inter Amiternum et recentiorem civitatem *Aquila*, nunc *cività Tomaſſa.* v. Heyn. ad Virg. VII, 714. in Excurſ. — *Reate dicatum* ſacrum Cybeli. v. Heyn. l. l. — *Nurſia*, hodie Norcia, verſus fontes Naris ad radices Appennini, unde *habitata pruinis*, h. e. frigida, ut Virgil. verſ. 716. — *Tetricas rupes* in Picenis montium iugis ad orientem Nurſiae fuiſſe, docuit Cluver. p. 692. v. Virgil. v. 713.

420-25. Omnem hunc locum de armatura Sabinorum ad imitationem Virgilii refinxit Aen. VII, 685. ſq. *Tegmina laevo crure*, e Livio hauſiſſe videtur, qui lib. IX, 40. Samnites narrat ſiniſtrum crus ocrea tectum habere. Modius hanc cauſam addit, quod Sabinis iam olim Pelasgi mixti fuerint, quorum, ut et Aetolorum, autore Ariſtotele, mos eſſet, ut dextro crure nudo, ſiniſtro tecto in aciem prodirent, contra conſuetudinem militarem a Vegetio I, 20. deſcriptam. v. Heyn. ad Virg. l. l.

Quid, qui Picenae ſtimulat telluris alumnos,
Horridus et ſquamis et equina Curio criſta?
Pars belli quam magna venit! Non aequore verſo
Tam creber fractis albeſcit fluctus in undis:
Nec coetu leviore, ubi mille per agmina virgo
Lunatis acies imitatur Martia peltis,
Perſtrepit et tellus et Amazonius Thermodon.
Hic et, quos paſcunt ſcopuloſae rura Numanae,
Et quîs litoreae fumant altaria Cuprae,
Quique Truentinas ſervant cum flumine turres,

 Cernere

426. *Quid, qui* omnes libri ſcripti et editi ante Nicandrum, qui in Iunt. primum expreſſerat *Et qui.* 428. *Aequore verno* coni. N. Heinſ. 431. pro *imitatur Martia* Barthius coni. *iniit Mavortia* Heinſ. *meditatur.*

l. l. in Exc. — In ſequentibus poeta imitatus eſt Virgiliana illa verſ. 698. de copiis Etruſcis Meſſapi: *Ibant aequati numero, regemque canebant.* In *Sanco*, gentis auctore, et *Sabo*, qui illi nomen dederit, non facile dici poteſt, quosnam ſecutus ſit auctores, cum conſtet has origines valde variatas eſſe veteribus. Virgilius quidem Aen. VII, 178. *patrem Sabinum* appellat, Cato autem in Origg. ait: nomen Sabinis impoſitum a Sabo divi Sagni gentilis filio. Is traditur fuiſſe Deus Sabinorum, *Medius Fidius* dictus, et condidiſſe Cures Sabinorum quondam caput. Hos igitur et ſimiles mythos ſequutus eſt Silius. v. interpp. ad Ovid. Faſt. VI, 213. et Dionyſ. Halic. II, 49.

426-47. Picentes populos apte poſt Sabinos recenſet, ut ab his ortos. v. Plin. III, 13. *horridus* ornate, pro indutus. v. ad lib. I, 423. — *ſquamas* ad loricam ſquamis munitam refero. — *Pars bell magna*, ad multitudinem copiarum deſignandam. Imitatur Virgilium A. X, 427. ubi Lauſus *ingens pars belli* vocatur. Illas copias cum fluctibus maris et Amazonum agminibus comparat. — *aequore verſo*, ventis turbato, ut Virgil. A. X, 208. *marmore verſo.* cf. Burm. ad Valer. Fl. IV, p. 400. De *Amazonibus* v. ad lib. I, 73. ſq. — *Numana et Cupra* ad mare Adriat. unde haec *litorea*, maritima, ut ab alia montana diſtinguatur. *Fumant altaria* Iunoni, quae ipſa Cupra dicta eſt, ut patet ex inſcriptt. ap. Gruter. p. 1016. — 435. *Truentinas turres*, Truentum oppidum ad Truenti fluminis oſtium

Cernere erat: clipeata procul ſub ſole coruſco
Agmina, ſanguinea vibrant in nubila luce.
Stat fucare colus nec Sidone vilior Ancon,
Murice nec Libyco: ſtatque humectata Vomano
Hadria, et inclemens hirſuti ſignifer Aſcli.
Hoc Picus, quondam nomen memorabile ab alto
Saturno, ſtatuit genitor, quem carmine Circe
Exutum formae volitare per aethera iuſſit,
Et ſparſit plumis croceum fugientis honorem.

Ante

437. *vibrant rutilantia luce* coni. Heinſ. Drakenborch. ſi quid mutandum ſit, legi poſſe putat *ſanguineam vibrant in nubila lucem.* 441. *Vepicus* Vulg. pro quo N. Heinſ. coni. *Hoc Picus.* Nam in ſcriptis libris erat *Vopicus.* Ed. Rom. et Mediol. *Vt Picus quondam.* Pro *ſtatuit genitor* Dausqueius contendebat legendum *Fauni* vel *Fatui.* Sic et Livineium conieciſſe, et in edit. Baſil. Henrici Petri editum eſſe notavit ad marginem Silii ſui Cortius. 443. *exemtum* editt. priſcae.

oſtium marit. *Sanguineam lucem*, ad colorem aeris rutilantis refer, ut ſaepe poetae. cf. Virgil. Eclog. X, 27. Aen. II, 207. — *vibrant in nubila*, late ſplendent Virgil. A. VII, 526. *Aera fulgent et lucem ſub nubila iactant.*

438. *ſtat*, pro adeſt. *Ancon*, ab Ancona opp. ad mare ſito. Lanae et vellerum tinctorum praeſtantiam in eadem Ancona commemoravit praeter Silium Martial. XIII, 125. — *Hadria, humectata*, ornate pro ſita ad Vomanum fl. — *Aſclum*, in Picenis, *hirſutum* dicit, fortaſſe ob ſilvas montium, quibus cinctum fuit oppidum auctore Strabone V, p. 369. niſi quis lubentius amplectatur rationem Marſi, qui ſtatuit ad plumas Pici alludi. De Pico, quem urbis conditorem prodit Silius, fabulam fuſe narravit Ovid. XIV, 333. ſq. et attigit Virg. A. VII, 189. Strabo lib. V, p. 368. narrat: *Picenos ex agro Sabino in ea loca migraſſe, pico ave iter ductoribus monſtrante, unde nomen genti.* Paulo aliter Feſtus v. *Picena.* — 444. *ſparſit honorem* pro vulg. croceas pennas addidit. *Honor* poetis dicitur, quicquid aliquam rem ornat. In ſequentibus quae de Aeſi Pelasgorum rege et Pelasgis Piceni agri incolis dicit, in his veterum ſcriptorum famam ſecutus videtur, qui Pelasgos tradiderunt in ſinum Adriaticum impulſos, in Italiam immigraſſe. cf. Dionyſ. Hal. I, 28. Offendere illud poſſit, quod Silius Aeſin fluvium ſimul in agro Piceno et mox in Vmbria collocat. Sed id ideo

factum

Ante (ut fama docet) tellus poſſeſſa Pelaſgis,
Quîs Aeſis regnator erat, fluvioque reliquit
Nomen, et a ſeſe populos tum dixit Aſilos.
Sed non ruricolae firmarunt robore caſtra
Deteriore, cavis venientes montibus, Vmbri.
Hos Aeſis Sapiſque lavant, rapidaſque ſonanti
Vertice contorquens undas per ſaxa Metaurus,
Et lavat ingentem perfundens flumine ſacro
Clitumnus taurum, Narque albeſcentibus undis
In Thybrim properans, Tiniaeque inglorius humor,
Et Clanis, et Rubico, et Senonum de nomine Sena.
Sed pater ingenti medios illabitur amne
Albula, et admota perſtringit moenia ripa.
His urbes Arna, et laetis Mevania pratis,
Hiſpellum, et duro monti per ſaxa recumbens
Narnia, et infeſtum nebulis humentibus olim

 Iguvium,

447. *Aſiſos* edidit Lefeb. Iam Scaliger ita coniecerat, quod *Aſili* in Italia ignoti erant. Notiores ſunt Aſiſinates ab Aſiſio oppido Vmbriae. Nunc autem de Piceno agro agitur. 455. *Claſis* ed. Lefeb. 457. *admota* ex Colon. Heinſius. Vulg. *immota*. *praeſtringit* ed. Lefeb. 458. *latis* Vulg. 459. N. Heinſ. coni. *et dumoſa iugi per ſaxa.*

factum, quod fluvius ille duas iſtas regiones interfluit, et utriusque veluti limites facit. Vnde ab alio ad hunc, ab alio ad illum tractum relatus eſt, ut a Plinio III, 14. ad Vmbriam.

448-69. Vmbrorum, quorum iam copias recenſet Silius, tractum Aeſi et Sapi fluminibus terminat. Caeteri fluvii, quos magno numero addit, in medio agro fluunt. De *Clitumno* ſimilis locus eſt ſupr. lib. IV, 545. ſq. ubi v. notata et Heyn. ad Georg. II, 146. unde Silius hauſit. — *Tiniae ingl. humor*, quatenus eſt fl. exiguus et rivi ſimilior. *Clanim*, *Rubiconem* et *Senam* fl. disiunctis maxime regionibus ſitos, nulla ſubtilitate geographica iungit. Clanis adeo in finibus Etruriae trans Tiberim oritur ex Cluſia palude, unde in Tiberim influit. Itaque Cluver. p. 701. *Claſin* legebat, ut innueretur Claſius, qui per Vmbriam currens in Tiniam influit. — *Albula* vetus nomen Tiberis. cf. Virg. Georg. IV, 369. Aen. VIII, 332. — *medios*, populos Latinos. — De *Mevania* v. ſup. ad lib. VI, 645.

Narnia

Iguvium, patuloque iacens ſine moenibus arvo
Fulginia: his populi fortes, Amerinus, et armis
Vel raſtris laudande Camers, his Saſſina dives
Lactis, et haud parci Martem coluiſſe Tudertes.
Ductor Piſo viros ſpernaces mortis agebat
Ora puer, pulcherque habitum: ſed corde ſagaci
Aequabat ſenium, atque aſtu ſuperaverat annos.
Is primam ante aciem pictis radiabat in armis;
Arſacidum et fulvo micat ignea gemma monili.
Iamque per Etruſcos legio completa maniplos
Rectorem magno ſpectabat nomine Galbam.

Huic

461. *Inginum*, *Igninum*, *Inginium*, *Ingenium* errores librariorum. Colon. *Ignuvium*, vel potius *Iguvium*. Occurrit in inſcriptione Gruter. p. 347. vid. Cluver. Ital. II, 7. p. 624. — 466. Ita Modius ex Colon. Vulg. *ore puer*, *puerique habitu*. Oxon. *Ora puer*, *puerque habitu*. Burmannus coniecerat: *Ora puer: puerosque habitu*, *ſed corde ſagaci Aequabat ſenium*. 468. *primum* Dausq. et Colinaeus. Deinde vulgo poſt *armis* non interpungebatur, quod fecit N. Heinſ. ex Colon. *raptis ſuperabat in armis* legebatur in ed. Rom. pr. et Mediol. *ut fulvo* Heinſ. ex Colon. et Lefeb. pro vulg. *et f.*

Narnia recumbens d. m. poetice pro, in monte ſita. cf. Martial. VII, 92.

A verſ. 462. maxime disiunctas a ſe invicem urbes, pro more, nominat, *Ameriam*, prope Tiberim et *Camertem* in agri Piceni finibus; *Saſſinam* autem ſ. Sarſinam ad fl. Sapin in Septentr. Vmbriae termino, celebratam a multis aliis lactis ubertate. Martial. III, 58. *metam lactis Saſſinate de Silva*. De *Tudertibus* v. lib. IV, 22. — 467. *aſtu ſuper. annos*, prudentior pro aetate. Similes formulas de praecoci virtute iuvenili v. lib. IV, 428. et VI, 20. — 468. *picta arma* ab Heynio ad Virgil. A. VIII, 588. XII, 281. recte relata eſſe ad diverſorum metallorum mixturam, non ad picturam proprie dictam, etiam haec Silii imitatio confirmat. Vix poterat dicere Piſonem his armis *radiare*, ſi picturam intellexiſſet. Conferunt Homeri τεύχεα ποικίλα χαλκῷ ut Iliad. ε, 504. — In ſeq. verſu eſt comparatio Virgiliana Aen. X, 134. ſed magis definite ad Arſacidas ſ. Perſas accommodata.

470. ſeq. Sequuntur Etruſcorum copiae, quarum ducem dum Galbam nominat, adludit ad Galbam Imperatorem, qui auctore Sueton. cap. 2. *in atrio ſtemma propoſuit, quo paternam* origi-

Huic genus orditur Minos, illuſaque tauro
Paſiphae, clarique dehinc ſtant ordine patres.
Lectos Caere viros, lectos Cortona ſuperbi
Tarcontis domus et veteres miſere Graviſcae.
Nec non Argolico dilectum litus Haleſo
Alſium, et obſeſſae campo ſqualente Fregellae.
Affuit et ſacris interpres fulminis alis
Faeſula, et antiquus Romanis moenibus horror

472. Non dubitavi lectionem Cod. Agrippini Heinſio probatam et a Villebrunio receptam reponere, pro vulg *inviſaque*. Illa aptior etiam eſt Virgilianis illis Aen. VI, 24. *ſuppoſta furto Paſiphae*. ubi v. Heyn. 475. *Grabiſcae* Colon. 477. In editt. priſcis *Vſium*. 477. *Fregenae* Marſ. Sic et ſcribendum cenſuit Cluver. Ital. II, 2. p. 498. quod in deſcriptione Etruriae minus recte *Fregellae*, quae Volſcorum urbs eſt, memorari poſſent. Sic et ed. Lefeb. In ſcriptis tamen *Fregellae*.

originem ad Iovem, maternam ad Paſiphaen; Minois uxorem, referret. — *illuſa*, vid. Varr. Lect. — *Caere* opp. prope mare Tyrrh. olim *Agylla*. Strab. V, p. 337. Plin. V, 5. unde Virgilio *Agyllina urbs*, *ſedes* Aen. VII, 652. VIII, 478. — *Cortonam* urbem, cum poeta *Tarcontis domum* appellat, certos auctores ſecutus eſſe videtur. Nam alii alias urbes ab illo conditas tradunt, quos accurate recenſuit Heyn. Excurſ. 3. ad Aen. VIII, 603. Fortaſſe etiam, cum ille Tarco in conditoribus populi Etruſci vulgo numeraretur, Silius pro arbitrio Cortonam illi adſignavit. cf. Strab. V, p. 336. — *Graviſcae* ſunt trans Minionem fl. verſus occidentem.

476. ſq. *Argolicus Haleſus*, quem Virgil. Aen. VII, 723. *Agamemnonium* vocat, *Alſii* opp. ad oram maritimam ſiti conditor Silio dictus; quamvis alii, notante Heynio in Exc. l. l. Faliſcorum originem et nomen ab eo repetebant, ut Ovid. Faſt. IV, 73. 74. Amor. III, 13. 31. ſq. Solin. cap. 8. Serv. ad Aen. VII, 695. Ea ſententia quidem Heynio veri ſimilior videtur ob nominis ſimilitudinem; quam tamen in Alſio non minorem deprehendimus. — *Fregenae* itidem ad oram marit. prope Alſium verſus orientem. *campum ſqualentem* omnino ſterilem, incultum intellige, ſive paludoſa, ſive arenoſa regio fuerit. Vtroque enim modo poetis campi *ſqualere* dicuntur. v. ſup. lib. III, 655. Virgil. Georg. I, 507. — *Faeſula* prope Florentiam ad radices Appenn. *Interpres fulm.* quatenus ibi erant augures, qui fulminis portenta

Clusinum vulgus; cum, Porsena magne, iubebas
Nequidquam pulsos Romae imperitare Superbos.
Tunc quos a niveis exegit Luna metallis,
Insignis portu, quo non spatiosior alter
Innumeras cepisse rates, et claudere pontum,
Maeoniaeque decus quondam Vetulonia gentis.
Bissenos haec prima dedit praecedere fasces,
Et iunxit totidem tacito terrore secures:
Haec altas eboris decoravit honore curules,
Et princeps Tyrio vestem praetexuit ostro:
Haec eadem pugnas accendere protulit aere.
His mixti Nepesina cohors Aequique Falisci,

Qui-

486. *procedere* Oxon. 487. *vinxit* ed. Rom. pr. et Mediol. 491. *His mixti* ex Colon. Vulg. *hos iuxta.* Putean. *his mixta.* Oxon. *his iuxta.*

portenta servabant et interpretabantur. — *Clusinum vulgus* e Clusio opp ad Clanium fl Ibi Porsenna regnabat, qui cum vellet Tarquinios restituere, Romanis bellum intulit, Ianiculo occupato. v. Strab. V, p. 336 Hinc *antiquum horrorem*, h. e. horribiles olim Romanis Clusinos dicit, quamvis Etruscorum in genere illud bellum erat. cf. Dionys. Hal. V, 21. Liv. II, 10. Virgil. A. VIII, 646.

482. sq. *Luna* opp. cum portu amplissimo eius nominis, in finibus Ligurum et Etruriae ad Macram fl. v. Strab. V, p. 339. *niveis met.* candido marmore, cuius passim in Plinio mentio fit. — *Vetuloniae* poeta tribuit, quod in genere de Etruria valebat, insignium magistratus apud Romanos usum. Haec insignium translatio facta est, postquam Tarquinius Priscus Etruriam bello subegerat. De re vid. Liv. I, 8. Flor. I, 5. et Strabo V, p. 336. Sallustius Cat. 52. ait: *Insignia magistratuum ab Tuscis pleraque sumsimus.* Dionysius Hal. III, 61. notat nonnullos contendere, iam a Romulo fasces cum securibus institutos fuisse. Deinde addit: *ἐδὲν δὲ κωλύει τὸ μὲν εὕρημα Τυῤῥηνῶν εἶναι, χρήσασθαι δ' αὐτῷ πρῶτον Ῥώμυλον παρ' ἐκείνων λαβόντα· κομισθῆναι δὲ καὶ Ταρκυνίῳ σὺν τοῖς ἄλλοις βασιλικοῖς κόσμοις, καὶ τὰς δώδεκα πελέκεις.* — De tuba a Tyrrhenis inventa, quam vers. 490. designat, vid. ad lib. IV, 167. sq. et V, 12.

491. sq. Quae his versibus recensentur oppida, in tractu meridionali Etruriae versus

Tiberim

Quique tuos, Flavina, focos, Sabatia quique
Stagna tenent Ciminique lacum, qui Sutria tecta
Haud procul, et facrum Phoebo Soracte frequentant.
Spicula bina gerunt; capiti cudone ferino
Sat cautum: Lycios damnant haftilibus arcus.
Hae bellare acies norant. At Marfica pubes
Et bellare manu, et chelydris cantare foporem,
Vipereumque herbis hebetare et carmine dentem.
Aeetae prolem Angitiam mala gramina primam
Monftraviffe ferunt, tactuque domare venena,
Et lunam excuffiffe polo, ftridoribus amnes
Frenantem, ac filvis montes nudaffe vocatis.

495. Sic Modius ex Colon. pro vulg. *caput his cudone ferino Stat cautum.* 498. pro *chelydris*, quia praeter exemplum correpta penultima fit, N. Heinf. coni. *atque hydris.* 500. *Angitiam* ex Colon. Vulg. *Anquitiam* ed. Rom. pr. et Mediol. *Agnitiam.* Sed cf. Heyn. in Var. lect. ad Virgil. A. VII, 759. —

Tiberim quaerenda funt. *Nepe* f. Nepet, unde Nepefini. *Falifci* f. Falerii, quos etiam Virgil. A. VII, 695. Aequos Falifcos vocat. *Flavina*, unde *Flavinia arva* Virgil. l. l. quorum hodie nullum veftigium extat. — *Sabatia* ftagna, ad quae urbs Sabate, et *Cimini* lacus Virgilio memoratus l. c. Non procul ab his verf. Septentr. *Sutrium* et mons *Soracte*, de quo vid. ad lib. V, 175. fq. — 495. Haec expreffa funt e Virgil. l. c. verf. 687. de Sabinis: *pars fpicula geftant Bina manu, fulvosque lupi de pelle galeros Tegmen habent capiti.* Pro his folum *cudonem* pofuit Silius, quae eft pellis ferina cruda. — 496. *Damnant haftilibus*, exquifite pro, haftilibus utuntur fpretis arcubus. *Lycios* arcus, ut genus praeftantius, more poetarum. cf. Virg. A. VII. 816.

497. Locus de Marfis, ferpentum incantatione claris, factus eft ad exemplum Virg. Aen. VII, 750. fq. v. Plin. VII, 2. XXV, 1. et cf. fupr. lib. I, 411. III, 300. V, 354. de incantationibus Libycis, ubi fimiles rerum formulae. 500. De *Anguitia* forore Circes et Medeae, filiae Aeetae, regis Colchidos, cuius et meminit Homer. Od. κ, 136. fq. vid. Heyn. ad Virg. l. l. Excurf. VIII. — *mala gramina* pro, medicata, veneficio apta, iam Virgil. dixit Aen. II, 471. — Sequuntur teratologiae artis magicae a multis poetis fimilibus in locis memoratae. v. interpp. ad Horat. Epod. V, et

Sed populis nomen posuit metuentior hospes,
Cum fugeret Phrygias trans aequora Marsya Crenas,
Mygdoniam Phoebi superatus pectine loton.
Marruvium, veteris celebratum nomine Marri,
Vrbibus est illis caput, interiorque per udos
Alba sedet campos, pomisque rependit aristas.
Cetera in obscuro famae, et sine nomine, vulgi
Sed numero castella valent: coniungitur acer
Pelignus, gelidoque rapit Sulmone cohortes.
Nec cedit studio Sidicinus sanguine miles,
Quem

505. *Marsya* Heins. restituit ex Colon. ubi *Marsua.* vulg. *Martia.* Editt. priscae *Marsia.* Pro *Crenos* scripti libri *frenos*, quod probabat Heins. pro imperio dictum. Salmasius ad Solin. p. 586. coni. *Phrygias crenas*, N. Heins. *Phrygios threnos*, quorum alterutrum placebat Drakenborchio. Lefeb. edidit, *Phrygias trans aequora Martia crenas.*

et XVII. Lucán. VI, 420. sq. Tibull. I, 2. 32. Ovid. Met. VII, 194. sq. Virgil. Eclog. VIII, 69.

504. sq. Cum poeta Marsorum nomen a Marsya Phryge repetit, qui cantu citharae ab Apolline superatus in Italiam migraverit, certos auctores secutus videtur. Nam vulgaris fabula tradit Marsyam superatum ab Apolline excoriatum esse. v. Ovid. Fast. VI, 607. Metam. VI, 382. sq — *Phrygias Crenas*, regionem illam ubi Marsyae cum Apolline certamen, *Avlocrenen* Plinio V, 29. et XV, 44. ubi montem vocat, e quo Maeander oriatur. — *Mygdoniam loton* pro tibia Phrygia, quae ex loto frutice fingi solebat. Plin. XVII, 32. de loto: *ad tibiarum cantus expetitur.* cf. Heins. ad Ovid. Met. IV, 759. et inf. lib. XI, 432.

507. *Marruvium* Marsorum praecipua urbs ad Lacum Fucinum, s. Marrubium, unde Virgil. A. VII, 750. *Marrubiam gentem* dixit. Ad eundem lacum vers. Septentr. *Alba* Fucentis opp. *sedet*, pro sita est, cum notatione planioris et depressioris tractus. v. ad lib. VI. 647. — *pomis rependit aristas*, frugibus arvorum destituta regio, pomis abundat. — 512. *Pelignorum* ager post Marsos vers. Orientem, inter iuga Apennini quaerendus, ubi *Sulmo* opp. de quo v. Ovid. Fast. IV, 79. et infr. lib. IX, 76.

513. *Sidicinus* ex Teano Sidicino opp. Campaniae, et Calibus, vicina urbe, cuius originem graecam poeta fingit ex Calae,

Quem genuere Cales. Non parvus conditor urbi
(Vt fama eſt) Calais, Boreae quem rapta per auras
Orithyia vago Geticis nutrivit in antris.
Haud ullo levior bellis Veſtina iuventus
Agmina denſavit, venatu dura ferarum:
Quae, Fiſcelle, tuas arces, Pinnamque virentem,
Paſcuaque haud tarde redeuntia tondet Avellae;
Marrucina ſimul Frentanis aemula pubes
Corfinî populos, magnumque Teate trahebat.
Omnibus in pugna fertur ſparus, omnibus alto
Aſſuetae volucrem coelo demittere fundae.
Pectora pellis obit caeſi venatibus urſi.

Iam

514. *Non parvae conditor urbis* vulg. Ex ſcriptis et editt. priſcis Heinſ. locum emendavit. 517. pro vulg. *haud illo* Barth. et Heinſ. ex membranis *haud ullo*. Heinſ. etiam coni. *levior belli*. Sed quidni Silius variaverit in his loquendi formis? 518. *venatu induta* coni. Heinſ. pro induta pellibus et exuviis ferarum, non improbante Drakenb. 520. *Aveiae* ſ. *Aviae* coni. Heinſ. et Cluver. II, 12. p. 750. Sic et ed. Lefeb. 523. *offertur* Colon. *affertur* Oxon. *in pugnam fertur* placuit Heinſio. Lefeb. edidit *in pugnam offertur*. 524. *dimittere* vulg. *demittere* ex Putean. cf. ſupr. ad lib. II, 96.

Calae, Boreae et Orithyae filio. infr. lib. XII, 525. *Threiciam Calen* dicit.

517. *Veſtini* inter Picentes et Marrucinos Vomano et Aterno fluviis terminantur. *haud levior bellis*, caeteris non minus bellicoſior. v. ad lib. IV, 544. Ad illos refert *Fiſcellum* montem, quamvis hic remotior ab agro Veſtinorum in finibus Sabinorum ſitus erat, fontemque Naris fluv. praebebat. — *Avellae* urbs Campaniae, vix in Veſtinis numeranda. v. Var. Lect.

520. Veſtinos verſ. Merid. ſequuntur *Marrucini* et *Frentani* populi. Illis accenſet Silius *Corfinium*, quam tamen Pelignorum metropolin appellat Strabo V, p. 369. non contra dicente Plinio V, 12. Rectius in Marrucinis *Teate* ponitur, *magnum*, ut illorum metropolis, auctore etiam Strabone l. l. — 524. *volucrem demittere coelo*, omnino peritiam fundae tractandae deſignat. v. ſupr. lib. II, 96. et Virgil. V, 542. Sed ratio poetica eſt, quod *fundae adſuetae* dicuntur, cum id proprie de hominibus valeat fundam tractantibus. 525. *pellis obit*, tegit, formula Virgiliana Aen. VIII, 553. *quem fulva leonis Pellis obit totum.*

Iam vero, quos dives opum, quos dives avorum
E toto dabat ad bellum Campania tractu,
Ductorum adventu vicinis sedibus Osci
Servabant; Sinuessa tepens, fluctuque sonorum
Vulturnum, quasque evertere silentia, Amyclae,
Fundique, et regnata Lamo Caieta, domusque
Antiphatae compressa freto, stagnisque palustre
Liter-

526. *agrorum* coni. Heins. vid. nott.

526. sq. Sequuntur copiae ex Campania excitae. *Osci*, vetus Ausonum gens, circa Lirim antiquitus habitans, unde in *vicinis* Campaniae *sedibus* collocat poeta. v. Strab. V, p. 371. *Sinuessa tepens*, ob thermas salubres. v. Strab. V, p. 357. Plin. XXXI, 2. Tacit. XII, 66. *Vulturnum* opp. ad flumen eiusdem nominis, a vulture dictum, unde *rapax* et *sonorum* poetis. *Vadosum* Virgilius dixit Aen. VII, 729. — *Amyclae* inter Tarracinam et Caietam ad mare sitae. Eas cum dicit *evertisse silentia*, alludit ad narrationem, quae de Amyclis Laconicis in Servianis legitur ad Virg. A. X, 564. Nempe cum saepe falso adventus hostium nuntiaretur, et inani terrore civitas quassaretur, lege cautum est, ne quis unquam hostes adventantes ulterius nunciaret. Postea cum vere hostis adveniret, nullo nunciante ex improviso civitas capta est. Hinc dicta est urbs *silentio*, et *tacendo* periisse, ut est in versu Lucilii apud Servium, et Virgilius *tacitas* *Amyclas* appellavit. Sed haec cum proprie pertinerent ad Amyclas Laconicas, postea ad Latinas traducta sunt, noto more poetarum, quo origines et fabulas graecas ad oppida Latii transferre solebant. Caeterum Ausonum Amyclae a serpentibus deletae sunt auctore Plin. III, 5. Plura de his disseruit Heyn. in Exc. ad Virgil. l. l. — *Fundi* prope Tarracinam ad mare. Vnde ager et lacus Fundanus saepe obvius. *Caieta* regnata *Lamo*, rege Laestrigonum, qui in his regionibus, inprimis *Formiis*, sedes habuisse dicuntur, v. Homer. Od. κ. Plin. III, 5. et supr. ad lib. VII, 275. De *Lamo* cf. Horat. Carm. III, 17. Mox *domum Antiphatae* Formias dicit, a rege Laestrigonum Antiphata. v. Homer. l. l. et Ovid. Met. XIV, 233. sq. *compressa freto*, pro simpl. pressa, h. e. mari propinqua. *Premere* enim poetis dicitur rem, quicquid illam propius attingit. — De *Literno* v. ad lib. VII, 654.

Literuum, et quondam fatorum conſcia Cyme:
Illic Nuceria, et Gaurus navalibus acta,
Prole Dicarchea; multo cum milite Graia
Illic Parthenope, ac Poeno non pervia Nola,
Allifae, et Clanio contemtae ſemper Acerrae:
Sar-

534. *Illic Nuceria: et Gauri navalibus acta Prole Dicarchea, multo cum milite, Graia Illic Parthenope* coni. Heinſ. Lefeb. edidit *et Gaurus navalibus aptus. Prole Dicarcheâ, multo cum milite Graia Illic Parthenope*, et vertit: les nombreux bataillons de la Grecque Parthenope, qui eſt de même origine que Dicearque. Sed ne haec quidem mihi ſatisfaciunt. Puto veram loci lectionem nondum conſtitutam. Inprimis dubito, an Silius Gauri mentionem ideo fecerit, ut populos ex eo monte accitos ſignificaret. Deinde vocem *acta* ſalvam eſſe, perſuadet locus Strabonis lib V, p. 376. ἑξῆς δ' εἰσὶν αἱ περὶ Δικαιαρχίαν ἀκταὶ, καὶ αὐτὴ ἡ πόλις. etc. *navalibus apta* etc. Vulg.

533. ſq. *Cyme*, graeca forma, pro Cumae. Et adludit poeta ad Sibyllam Cumanam, quae non Aeneae ſolum ad eius antrum Cumas delato fata expoſuit (v. Virgil. Aen. VI, 65. ſq.), ſed et infr. lib. IX, 57. dicitur cladem Cannenſem praedixiſſe. v. Strab. V, p. 372. — *Gaurus* mons circa Avernum lacum et Puteolos. Sic Lucan. II, 667. *Si convulſo vertice Gaurus Decidat in fundum penitus ſtagnantis Averni.* — 535. *prole Dicarchea*, h. e. cum colonis Puteolanis, quod oppidum Graecis *δικαιαρχία* dictum, hodie Pozzuolo. v. Strab. V, p. 376. Plin. III, 5. — *Graia Parthenope* eſt Neapolis, colonia Cumanorum, quam et poſtea Chalcidenſes incoluerunt, et ex Pithecuſis Athenisque venientes, unde nova civitas dicta eſt. v. Strab. l. l. p. 377. Nominis cauſam praebuit Parthenope Sirene, cuius ſepulcrum ibi oſtendebatur. cf. Plin. III, 5. et infr. lib. XII, 33. ſq. — *Nola* quare *Poeno non pervia dicatur*, infra lib. XII, 161. ſqq. pluribus traditur. Nam cum Hannibal eam urbem expugnare vellet, Marcellus virtute effecit, ut re infecta urbem ille relinqueret. v. Liv. XXIII, 16.

537. ſq. *Allifae* in remotiori tractu Campan. verſus Septentr. ad flumen Vulturn. quaerendae ſunt. Hoc oppidum Samniticum vocat Strabo V, p. 364. — Supra Nolam verſus Sept. ſunt *Acerrae* ad Clanii ſ. Literni fl. ripas. *contemtae Clanio*, vexatae, infeſtatae crebris fluvii iſtius inundationibus. Praeivit in eadem re Virgil. Georg. II, 225. *vacuis Clanius non aequus Acerris.* — *Sarraſtes*, populi accolae

Sarraſtes etiam populos totaſque videres
Sarni mitis opes: illic, quos ſulfure pingues
Phlegraei legere ſinus, Miſenus, et ardens
Ore giganteo ſedes Ithaceſia Baii;
Non Prochyte, non ardentem ſortita Typhoea

Inari-

colae Sarni fl. et *Sarni opes*, copiae militum ex eius fluminis vicinia collectorum, ut Virgil. Aen. VIII, 685. *opem barbaricam*, et *vires Orientis.* cf. Virgil. Aen. VII, 738. et quae ibi Heynius in Exc. e Servio notavit. — *Phlegraei campi*, ſecundum Polyb. II, 17. III, 92. et Plin. XVIII, 11. inter Cumas et Capuam, ſ. Nolam quaerendi ſunt. Is tractus ob vicinum Veſuvium totus ſulfureus et ardens. *Miſenum opp.* poſt Baias in mare procurrens. In *Baiarum* deſcriptione poeta, ut ſolet, fabulas et origines Graecas reſpicit. Ergo *Ithaceſiam ſedem* vocat, a Baio, Vlyſſis Ithacenſis ſocio. cf. inf. lib. XII, 114. Deinde cum fabula extaret, Typhoeum gigantem in his locis fulmine deiectum et ſepultum eſſe, *ardentem ore gig.* appellavit. v. ad lib. IV, 277. et Strab. V, p. 376. ſeq.

542. ſeqq. *Prochyte* et *Inarime*, quam et Pithecuſas, ſ. Aenariam vocarunt, quamvis has quidam diſcernunt, inſulae ſunt Miſeno promontorio obiectae. Nomen *Inarime* tractum Virgilio, quem caeteri ſecuti ſunt, ab ἀρίμοις Homeri Iliad. β, 783. ubi in ea inſula Typhoeum ſtratum narrat. Itaque Virgil. A. IX, 716. *durum cubile Inarime Iovis imperiis impoſta Typhoeo.* Sic et Lucan. V, 101. *Conditus Inarimes aeterna mole Typhoeus.* Nam ignes ſubterranei e gigantibus terrae incluſis naſci credebantur. Idcirco, cum hae inſulae; et omnis vicinus Campaniae tractus, igneus et ſulfureus eſſet, Virgilius, ſive antiquiores auctores, ſive arbitrium ſuum ſecutus, et nomen et fabulam Homericam ad has inſulas adcommodavit. v. inf. lib. XII, 143. et Heyn in Exc. ad Virgil. l. l. Caeterum in Typhoeo Silius ſibi non conſtat, cum eandem inſulam *Iapeto* impoſitam dicit lib. XII, 148. Alii etiam *Enceladum* appellant, et Typhoeum ſub Aetna monte condunt, ut ipſe Silius lib. XIV, 197. Immo Virgil. A. III, 578. *Aetnam Encelado impoſitam* dicit. Et in eo genere valde variarunt poetae. cf. Gierig. ad Ovid. Metam. V, 346.

Inarime, non antiqui ſaxoſa Telonis
Inſula, nec parvis aberat Calatia muris;
Surrentum, et pauper ſulci cerealis Abella:
In primis Capua, heu! rebus ſervare ſerenis
Inconſulta modum, et pravo peritura tumore.
Laetos rectoris formabat Scipio bello.
Ille viris pila, et ferro circumdare pectus
Addiderat; leviora domo de more parentum
Geſtabant tela, ambuſtas ſine cuſpide cornos:
Aclydis uſus erat, factaeque ad rura bipennes.
Ipſe inter medios venturae ingentia laudis
Signa dabat, vibrare ſudem, tramittere ſaltu
Murales foſſas, undoſum frangere nando
Indutus thoraca vadum: ſpectacula tanta

Ante

548. *laetos rectoris* ex Oxon. Vulgatum *lectos venturo formabat* primus dederat Wolfius in Baſil. *Lectos rectores* editt. Rom. Mediol. Parm. *lectos rectoris* Marſ. et alii. 550. *leviora adeo* coni. Heinſ. vel *leviora duo.* Burmannus coni. *leviora manu.* Drakenborch. *leviora domo de more parentum Geſtarant tela*, hoc ſenſu: Scipionem Campanos, quibus praeerat, pilis ac thorace armaſſe, cum domo non niſi leviora tela et ambuſtas ſudes attuliſſent. Hic certe verus ſenſus eſt loci.

543. ſeqq. *Telonis inſula*, Capreae, exemplo Virgilii Aen. VII, 735. qui Telonem Teleboum regem narrat Capreas habuiſſe, quas Teleboi Tapho inſula relicta adiiſſent. v. Tacit. Ann. IV, 67. et Suet. Tib. 40. et quae dicta ſunt ad lib. VII, 418. — *Abella pauper ſ. Cer.* h. e. frugum Cerealium minus ferax. Ergo Virgil. A. VII, 740. *maliferam* vocavit. — *In primis Capua,* ut metropolis Campaniae. Haec felicitate et fortuna ſua abutens et ſuperbiens cum ad Poenos defeciſſet poſt pugnam Cannenſem, a Romanis occupata et recepta eſt, eiusque agri ſorte diviſi. Hoc poeta verſ. 547. expreſſit. cf. Livius XXIII, 2. XXV, 20. et XXVI, 14. 16.

548. ſeqq. *formabat bello*, ad bellum, inprimis armorum apparatu conſtituendo, qui porro deſcribitur. — *leviora*, ut lignea, cornos. De ſenſu loci v. var. Lect. *Aclydes* etiam Virgil. A. VII, 730. Campanis tribuit, iacula amento illigata v. ſup. ad lib. III, 363. — 555. *frangere nando* v. ad lib. III, 457. et Burm. ad Valer. Fl. III, 481.

Ante acies virtutis erant. Saepe alite planta
Ilia perfoſſum, et campi per aperta volantem
Ipſe pedes praevertit equum: ſaepe arduus idem
Caſtrorum ſpatium et ſaxo tramiſit et haſta:
Martia frons, facileſque comae, nec pone retroque
Caeſaries brevior: flagrabant lumina, miti
Aſpectu, gratuſque inerat viſentibus horror.
  Affuit et Samnis, nondum vergente favore
Ad Poenos; ſed nec veteri purgatus ab ira.
Qui Batulum, Nucraſque metunt, Boviania quique
Exagitant luſtra, aut Caudinis faucibus haerent,

Et

566. *Nucrasque metunt* ex Colon. et Oxon. quibuscum conſentiunt editt. priſcae, Marſi Ven. et Martini Herbipol. Primus Nicander in Iunt. *colunt* poſuerat. 567. *exagitant* ex Colon. pro vulg. *exercent*. Putean. et ed. Parm. *Fatigant*.

557. Scipio ſpecimina virtutis bellicae edebat, currendo et iaculando. Ornatus verborum paſſim in Silio ſimilis occurrebat. v. ad lib. VII, 67. — 559. *arduus*, ut equo inſidens, antea *pedes*. — *Saxo tramiſit*. Id poteſt de funda intelligi; quamvis etiam ad exemplum Homeri ſaxa manu iacere ſolebant heroes. Sed neutrum videtur ſatis aptum eſſe *arduo*, et equitanti. — 561. *faciles comae*, ſive molles caput ambientes leni lapſu, quibus horrida et dura caeſaries contraria eſt, ut *facilis fiſcina* Virgilio Georg. I, 266. quia ex viminibus mollibus et flexibilibus facta eſt, ait Heynius; ſive quod malim, ita incomtae, ut nulla ars, nullus cultus mollior apparet, quippe a quo viri gravitas abhorrebat. Ita fere ſemper voc. *facilis* Silius adhibet, v. lib. I, 613. ſeqq. et XI, 286. ubi *faciles menſae* Campanorumguloſitati opponuntur. — verſſ. 562. 63. gravitas Scipionis cum gratia oris et comitate mixta ſatis ornate delineatur. Sed haec magis ſentiri, quam explicari poterunt.

564 ſeqq. Copiae e Samnitibus conſcriptae. *nondum vergente — Poenos*, cum nondum ad Poenos defeciſſent, quod factum eſt poſt cladem Cannenſem. v. Liv. XXII, 61. et infr. lib. XI, 7. — *veteri ab ira* Romanorum, cum quibus per multos annos bellum geſſerunt, et tandem Veturio Poſthumioque Coſſ. ingenti clade apud Caudinas Furculas facta, ſub iugum miſſi ſunt.

v. Liv.

Et quos aut Rufrae, quos aut Aeſernia, quoſve
Obſcura incultis Herdonia miſit ab agris.
Bruttius haud diſpar animorum, unaque iuventus
Lucanis excita iugis, Hirpinaque pubes
Horrebat telis, et tergo hirſuta ferarum.
Hos venatus alit. Luſtra incoluere, ſitimque
Avertunt fluvio, ſomnique labore parantur.
Additur his Calaber, Sallentinaeque cohortes,
Nec non Brundiſium, quo deſinit Itala tellus.
Parebat legio audaci permiſſa Cethego;

Cui

568. *Ruria*, *Rufrie*, *Rufae*, *Rufeiae*, *Rufre*, variant libri. Vnde *Rufras* maxime probavit Drakenborch. ob locum Virgil. Aen. VII, 739. ubi *Rufras* itidem ex vetuſtioribus libris Heinſius reſtituerat. 575. *Sallantinaeque* Oxon. *Sallentinaeque* Colon. et editt. priſcae, ut ap. Virgil. Aen. III, 400.

v. Liv. IX, 2. Flor. I, 16. et Liv. XXIII, 5. in oratione conſulis Rom. ad Campanorum legatos. — *Batulum* et *Nucras* incerti ſitus eſſe docuit Cluver. Ital. p. 1200. Heynius tamen in Exc. ad Virgil. A. VII, 737. in finibus Hirpinorum ſita ſuſpicatur, in quibus et *Rufras*, ſ. Rufrium collocat, quod oppidum cum Batulo coniungit. — *Bovianum* Livius IX, 31. caput Pentrorum Samnitium dicit ditiſſimum atque opulentiſſimum armis viriſque. Cluverius p. 1194. prope Tiferni fontes ad radices Apennini collocat. Silvoſum tractum poeta *luſtris* deſignat. *Exagitare* autem *luſtra* poetice pro, feras e luſtris ſilvarum excire, et venari. — *Caudium*, unde *Caudinae fauces*, ſ. Forculae, inter Beneventum et Calatiam, nobiles illa clade Samnitica, ut antea diximus. *Herdonia* in tractu Hirpinorum, quam Samniticam gentem Strabo appellat lib. V, p. 383.

570. ſeqq. Bruttii populi, et ipſi e Sabinis orti, coloniis in iſtas regiones deductis, poſt Lucanos tractum maritimum usque ad fretum Siculum obtinuerunt. v. lib. VI. Strab. init. — 575. *Sallentini* in Calabria peninſula tractum ſuum habebant. Ibi et *Brunduſium*, antiquum et nobile oppidum. Quod autem poeta addit in eo oppido *Italiam deſinere*, id non eſt ad ſubtilitatem geographicam exigendum. Enimvero qui in Graeciam tranſire vellent, ex portu Brunduſii Italiam relinquebant, ideoque finis Italiae Brunduſium utcunque dici poterat.

Cui ſocias vires, atque indiſcreta maniplis
Arma recenſebant; nunc ſeſe oſtendere miles
Leucoſiae e ſcopulis, nunc quem Picentia Paeſto
Miſit, et exhauſtae mox Poeno Marte Cerillae,
Nunc Silarus quos nutrit aquis, quo gurgite tradunt
Duritiem lapidum merſis inoleſcere ramis.
Ille et pugnacis laudavit tela Salerni
Falcatos enſes, et quae Buxentia pubes
Aptabat dextris irraſae robora clavae.
Ipſe, humero exſertus gentili more parentum,
Difficili gaudebat equo, roburque iuventae
Flexi cornipedis duro exercebat in ore.
Vos etiam acciſae deſolataeque virorum
Eri-

580. *e populis* Colon. Sed vulgatum *ſcopulis* tuetur Salmaſ. ad Solin. p. 49. quoniam tota haec inſula ſcopuloſa fuerit. 581. *Cerillae* pro *Carillae* N. Heinſ. ex MStis Colon. et Oxon. reſtituit. gr. *κηρίλλοι* Strab. lib. VI. Deinde idem coni. *exuſtae*. 587. *humerum* coni. Livineius notante Cortio. 589. *Flexi* Mod. ex Colon. Vulg. *flexu*. 590. *acciſae* Mod. ex

erat. v. Strabo lib. VI, p. 433.

578. ſeq. Copiis e Calabria accitis alias addit, veluti ſocios, ex tractu Lucaniae. Primum *Leucoſiam* inſulam nominat, Lucaniae obiectam, graece *λευκωσιαν* et *λευκοσιαν*. Vnde Silio licebat ſecundam corripere, ut Ovid. Met. XV, 708. — *Picentia* Picentum metropolis, cum qua *Paeſtum* ſ. Poſidoniam iungit, quamvis ad Lucanos magis pertinentem. Sed vid. Strab. lib. V. in fine. — *Cerillae* in finibus Bruttiorum, ab Hannibale deletum oppidum. *Silarus* fluv. Picentes a Lucanis diſpungens, auctore Strab. l. l. Eius aquae vim, ligna lapidis inſtar indurandi, idem Strabo diſerte commemorat. — *Salernum* in Picent. opp. maritimum, cui *falcatos enſes* tribuit, ut Campanis Virgil. Aen. VII, 732. *Buxentium* in Lucania verſus Bruttios, *πυξὰς* Straboni lib. VI. init.

587. *Ipſe*, Cethegus, e verſ. 577. — *exſertus humero*, proprio Cethegis habitu, a L. Cethego, qui primus exerto humero pugnaverat. Vnde *cinctuti Cethegi* Horat. Piſ. 50. et Lucan. II, 543. — 588. *difficili*, feroci, aſpero, frenorumque impatienti, unde mox *durum os* tribuit.

590. ſeqq. Sequuntur copiae militum, quas poeta e Gal-

Eridani gentes, nullo attendente Deorum
Votis tunc vestris, casura ruistis in arma.
Certavit Mutinae quassata Placentia bello:
Mantua mittenda certavit pube Cremonae,
Mantua Musarum domus, atque ad sidera cantu
Evecta Aonio, et Smyrnaeis aemula plectris.
Tum Verona Athesi circumflua, et undique sollers
Arva coronantem nutrire Faventia pinum.
Vercellae, fuscique ferax Pollentia villi,
Et quondam Teucris comes in Laurentia bella
Ocni prisca domus, parvique Bononia Rheni.
Quique gravi remo, limosis segniter undis,
Lenta paludosae proscindunt stagna Ravennae.

ex Colon. pro *attritae* ut est in Marsi etiam ed. altera. *metitae* Putean. 591. *accedente* vel *intendente* coni. N. Heins. 596. *Aönio* ex Colon. vindicavit Heins. Reliqui libri valde variant *Andino*, *Achino*, *Achivo*, *Ascraea*. Sed vid. nott.

Gallia Cisalpina conscriptas fingit. Hae gentes *Eridani* accolae, *accisae*, attritae fuerant inprimis Hannibale istam regionem populante. *Placentia quassata*, quod in eius vicinia ad Trebiam Romani ab Hannibale victi sunt.

595. *Mantuam* Virgilii Georgicis et Aeneade nobilem laudat, illis cum Hesiodi poemate, hac cum Homeri carmine comparatis. Hesiodi carmina *cantu Aeonio* designat. Nam Ascrae, Hesiodi patria, est Boeótiae vicus, cuius incolae et Aeones dicti. Ipse Virgilius Georgica sua, ob argumenti similitudinem, *Ascraeum carmen* dixit Georg. II, 176. *Smyrnaeis plectris* Homeri carmen significat, a Smyrna Homeri patria a multis celebrata. — 597. *Verona Ath. circumflua*, quia hic fluvius Veronam ambit a latere Sept. v. Serv. ad Virg. Aen. IX, 679. — *Faventia*, in tractu Cispadano inter Bononiam et Ravennam quaerenda. — *Vercellae* in regione transpad. ad fluv. Sessitem ex Lepontiis decurrentem. Cis Padum ad Tanarum fl. *Pollentia* opp. *ferax fusci villi*, ob ovium nigrarum copiam auctore Plin. VIII, 48. secundum lectionem a Salmasio correctam ad Solin. p. 316. cf. Martial. Ep. XIV, 157.

600. seqq. De *Ocno*, Tiberis et Mantus filio v. Virgil. Aen. X, 198. ubi traditur Mantuam condidisse, et a matre nomi-

Tum Troiana manus, tellure antiquitus orti
Euganea, profugique sacris Antenoris oris.
Nec non cum Venetis Aquileia superfluit armis.
Tum pernix Ligus, et sparsi per saxa Vagenni
In decus Hannibalis duros misere nepotes.
Maxima tot populis rector fiducia Brutus
Ibat, et hortando notum accendebat in hostem.
Laeta viro gravitas, ac mentis amabile pondus,

Et

606. *superfluit* Barth. et Heins. ex MStis posuerunt. Vulg. *perfurit*. Marsi ed. Paris. *superfuit*. 607. *Vagenni* ex Colon. Reliqui *Bageni*, *Vageni*.

nominasse. Cum autem Silius iam antea Mantuam memorasset, neque ideo iterum Ocni domus de Mantua intelligi possit, Heynii ad Virg. locum in Exc p. 419. opinio est, Silium *patrias oras* Virgilii adeoque etiam Ocni domum de *Bononia* accepisse, unde ad Mantuam condendam excurrisset. Enimvero ita Silius loquitur, ut ab Ocni domo distinguere Bononiam videatur. Relinquitur ergo, Silium incommode loquutum esse. — *Ravennae* tractum paludosum Strabo confirmat lib. V. p. 327. At quanta verborum luxurie Silius paludis notionem inculcat!

604. 605. Patavinos describit, e Patavio Venetorum oppido, quod ab Antenore conditum, veteres tradidere. cf. Liv. I, 1. Deinde Virgilius Aen. I, 247. de Antenore ab Achivis profugo: *Hic tamen ille urbem Patavi, sedesque locavit Teucrorum, et genti nomen dedit, armaque fixit Troia.* vid. ibi Heyn. et cf. Dionys. Hal. I, 20. Iustin. XX, 1. et infr. lib. XII, 212. seq. — 606. *Aquileia* opp. in sinu maris Adriat. septentr. *superfluit*, ad magnam copiam militum refer. 607. *Vagenni* et ipsi Ligures, in Alpibus maritimis habitarunt, agrum exilem et saxosum colentes. Vnde *per saxa sparsos*, et *duros nepotes* poeta nominat, exemplo Virgilii, qui Georg. II, 168. *adsuetum malo Ligurem* dixit. *In decus Hannibalis* missi sunt Ligures, quia cum caeteris ad Cannas victi sunt ab Hannibale

609. seq. In *Bruto* duce poetam adludere ad Brutum nepotem Catonis Vtic. Marsus disputat. Elogium viri simile illi, quod de Scipione vidimus sup. vers. 562. 63. *Laeta gravitas*, est, comitate temperata; mox mira metaphora *pondus animi amabile* vocat. Eadem est *virtus sine* tri-

Et ſine triſtitia virtus. Non ille rigoris
Ingratas laudes, nec nubem frontis amabat,
Nec famam laevo quaerebat limite vitae.
Addiderat ter mille viros, in Marte ſagittae
Expertos, fidus Sicula regnator ab Aetna.
Non totidem Ilva viros, ſed lectos cingere ferrum,
Armarat patrio, quo nutrit bella, metallo.
  Ignoſſet, quamvis avido committere pugnam,
Varroni, quicunque ſimul tot tela videret.
Tantis agminibus Rhoeteo litore quondam
Fervere, cum magnae Troiam invaſere Mycenae,
Mille rates vidit Leandrius Helleſpontus.
  Vt ventum ad Cannas, urbis veſtigia priſcae,
Deſigunt diro ſigna infelicia vallo.

617. *laetos gignere ferrum* Colon. N. Heinſ. coni. *laetos ſtringere ferrum*, vel *fingere ferrum*. Lefeb. edidit: *Nae, totidem Ilva viros; et laetos gignere ferrum Armarat patrio*, etc.

triſtitia, quam et ulterius v. 612. 13. deſcribit, ut in hoc loco exemplum habeamus poetae luxuriantis, et paene ludentis. — 614. Famam non quaerebat malis artibus. *Limitem vitae* dixit, ut graeci ſequiores τὴν ὁδὸν ſ. πορείαν τȣ̃ βίȣ, et *cardinem vitae* inf. lib. IX, 140. Iam quid ineſſe poſſit in voc. *laevus*, ſi de vitae ratione ſermo eſt, facile patet. Quicquid autem ſit, moleſtum et difficilem verborum ornatum ſentio.

615-18. Acceſſit iſtis copiis auxilium ab Hierone Syracuſano miſſum. Is eſt, Siliana dicendi formula, *regnator ab Aetna S.* Sed *ter mille viros* non tam ex fide hiſtoriae, quam arbitrio poetico Silius poſuit. Nam legati Syracuſani apud Livium XXII, 37. pronunciant, mille ſagittariorum et funditorum miſiſſe Hieronem. — *Ilva* inſula orae Etruriae obiecta gr. Αἰθαλία, et ferri proventu nobilis. v. Plin. III, 6. et Virgilii locus Aen. X, 173. a Silio expreſſus.

619. 20. Qui tot Romanorum copias ſimul vidiſſet, condonaſſet fortaſſe Varroni fervorem pugnandi, nempe quia in tantis auxiliis audacia excuſationem habet. — Mox comparat haec agmina Romana cum copiis Graecis, quae traiecto Helleſponto Troiam invaſerant. *Mycenas*, exemplo

Nec, tanta miseris iamque impendente ruina,
Cessarunt Superi vicinas prodere clades.
Per subitum attonitis pila exarsere maniplis,
Et celsae toto ceciderunt aggere pinnae,
Nutantique ruens prostravit vertice silvas
Garganus, fundoque imo mugivit anhelans
Aufidus, et magno late distantia ponto
Terruerunt pavidos accensa Ceraunia nautas.
Quaesivit Calaber, subducta luce repente
Immensis tenebris, et terram et litora Sipus:
Obseditque frequens castrorum limina bubo.
Nec densae trepidis apium se involvere nubes
Cessarunt aquilis: non unus crine corusco
Regnorum eversor rubuit letale cometes.
Castra quoque et vallum rabidae sub nocte silenti
Irru-

626. *iamiam impendente* coni. Livineii. 635. *emersis* coni. Heins. Lefeb. edidit *immersus*. 637. Locum in libris scriptis vitiose expressum primus Lipsius ad Tac. Ann. XII, 64. ita constituit, uti a Drakenborchio editus est. Livineius tamen pro *apium* coni. *avium*.

plo Virgilii, ut caput regni, et Agamemnonis regiam, pro Graiis posuit. — *Mille rates*, numero rotundo, ut aiunt, ad exemplum Virgil. A. II, 198. ubi v. Heyn. et sup. lib. III, 229. — *Hellesp. Leandrius*, a Leandro in eius aquis submerso, cum ex Abydo ad Heronem amasiam enatare vellet. Nota fabula ex carmine Musaei et Ovid. Ep. XVIII, 19.

626. Sequitur prodigiorum, cladem Cannensem praedicentium, recensus, praeeunte quidem Livio XXII, 36. a Silio institutus, sed in immensum auctus more et exemplo poetarum, qui relicta fide historiae, quaevis tristia et atrocia ex eo genere colligere, animorumque admirationem captare solent. Loca poetarum similia multi congesserunt, ut Virgilii Georg. I, 465. seq. Lucan. I, 335. Ovid. Met. XV, 782. seq. Petron. Satyr. 122. Stat. Theb. II, 401. seq. — 635. *Sipus*, graeca forma, pro Siponti, opp. Apuliae marit. — 636. *Bubonem* tristioris ominis avem saepe usurparunt poetae. cf. Virgil. A. IV, 462. — 637. examina apium passim in prodigiis numerata reperies. v. Plin. XI, 17. 18. Lucan.

Irrupere ferae, raptique ante ora paventum
Adiunctos vigilis sparserunt membra per agros.
Ludificante etiam terroris imagine somnos,
Gallorum visi bustis erumpere manes:
Terque quaterque solo penitus tremuere revulsae
Tarpeiae rupes, atque atro sanguine flumen
Manavit Iovis in templis, lacrimaeque vetusta
Effigie patris large fluxere Quirini.
Maior et horrificis sese extulit Allia ripis.
Non Alpes sedere loco, non nocte dieve
Ingentes inter stetit Apenninus hiatus.
Axe super medio, Libyes a parte, coruscae
In Latium venere faces, ruptusque fragore
Horrisono polus, et vultus patuere Tonantis.
Aetnaeos quoque contorquens e cautibus ignes

642. *abiunctos* h. e. dissitos, coni. Livineius. 644. Modius ex Colon. et Barth. ex Oxon. locum emendarunt. Vulgatum erat *Gallorum visi bustis rupere nitores.* Rom. pr. et Mediol. e *bustis.* ed. Parm. et Rom. *e bustis erumpere manes.* 645. *revulso* coni. Heins. 646 *fulmen* Oxon. Putean. et priscae editt. hoc sensu: fulmen, quod statua Iovis manu gerebat, sanguine manasse. 648. *largae* ed. Parm.

Lucan. II, 116. seq. Virgil. A. VII, 64. et ibi Cerda. Valer. Max. I, 6. Nunc insident *aquilis*, signis militaribus. — *Cometae* prodigium et Virgilio usurpatum Georg. I, 488. cf. Cic. de Nat. D. II, 5. et Plin. II, 25.

644. *Gallorum manes*, qui olim in obsidione Romae perierint, non male nunc e bustis excitat poeta, ut similis calamitatis portentum. De ipso omine vid. sup. lib. VI, 179. et Lucan. I, 580. — 647. prodigia adumbrata e Virgil. Georg. I, 480. *moestum illacrumat templis ebur, aeraque sudant.* 652. *axe medio*, e meridie. *Vultus Iovis* patent, phantasmate poetico, cum fulmina micant. Nam tum dicebatur coelum aperiri, s. *discedere*, ut Virgil. A. IX, 20. et *polus ruptus*, αἰθηρ ἀμφιραγεις, χασμα coeli, aliis poetis passim. In reliquo ornatu montis ardentis ante oculos habuit Virgil. A. III, 574. ubi Aetna, *attollit globos flammarum et sidera lambit.* Discant comparando tirones luxuriem Silianam

Vesbius intonuit, ſcopuliſque in nubila iactis
Phlegraeus tetigit trepidantia ſidera vertex.
Ecce inter medios belli praeſagus, et ore
Attonito ſenſuque ſimul, clamoribus implet
Miles caſtra feris, et anhelat clade futura.
Parcite, crudeles Superi, iam ſtragis acervis
Deficiunt campi, video per denſa volantem
Agmina ductorem Libyae, curruſque citatos
Arma virûm ſuper atque artus et ſigna trahentem.
Turbinibus furit inſanis, et proelia ventus
Inque oculos inque ora rotat. Cadit immemor aevi
Nequidquam, Thraſymene, tuis Servilius oris
Subductus. Quo, Varro, fugis? Pro Iuppiter! ictu
Procumbit ſaxi feſſis ſpes ultima Paullus.
Ceſſerit huic Trebiá exitio. Pons ecce cadentum
Corporibus ſtruitur, reicitque cadavera fumans
Aufidus, ac victrix inſultat belua campis.
Geſtat Agenoreus noſtro de more ſecures
Conſulis, et ſparſos lictor fert ſanguine faſces.

In

656. *Vesbius* ex *Lesbius* vitioſa Colon. ſcriptura reſtituit Heinſ. In Vulg. erat *Lemnius*. Deinde *e faucibus* coni. Heinſ. et ſic editt. Marſi Ven. et Pariſ. 661. *acervos* coni. Heinſ. 663. *curſusque* coni. eiusd. quam probat Drakenb. 664. pro *artus* variant libri *artes*, *aras*, *arces*. 671. Sic Modius ex Colon. pro vulg. *tacitusque cadavera fundit Aufidus.* Oxon. *tacitoque cadavera fumans.* Ed. Parm. *iactoque cadavere fumat.* Bar-

nam a magnifica brevitate Maronis dignoſcere.

665. *proelia ventus rotat i. o.* Audacius haec dicta expedias licet ex lib. IX, 506. ſeq. ubi narratur, quicquid armorum coniectum in Poenos fuerit, id vento reiectum eſſe in ora Romanorum. Itaque *proelia* dixit, ipſa arma, clipeos, lanceas, caſſides, quae vento deturbata ad ora virorum allidebant. — Sequentia, quae miles praedicit, Varronis fuga, mors Pauli, lib. IX. et X. narrantur. — *victrix bellua*, elephanti, quibus in ea pugna Hannibal utebatur. — Omnino a verſu 670. usque ad finem libri varie ornatur haec una ſenten-

In Libyam Auſonii portatur pompa triumphi.
O dolor! hoc etiam, Superi, vidiſſe iubetis?
Congeſto, laevae quodcunque avellitur, auro
Metitur Latias victrix Carthago ruinas.

Barthius coniecit *arctusque cadavera fumat.* Heinſius *reſtatque cadavere fumans Auſ.* et ſic quoque Cortius ad marginem Silii ſui emendabat. Caeterum *reicit* ſcriptum ut Virgil. Ecl. III, 96. *paſcentis a flumine reice capellas.*

---

tentia: *Romani vincimur a Poenis.* — 677. 78. Adludit poeta ad annulos aureos, quorum tres modii poſt Cannenſem pugnam ab Hannibale Carthaginem miſſi ſunt, auctore Plinio XXXIII, 1. et Liv. XXIII, 12. At definitionem iſtam annulorum (*aurum, quod laevae manui avellitur*) quis in hoc loco expectet, aut probare poſſit?



C. SILII ITALICI

PVNICORVM

LIBER IX.

ARGVMENTVM.

Interim Varro, Paullum segnitiae graviter accusans, ardebat cupiditate pugnandi, qua itidem Hannibal flagrabat. Paullus severa oratione furorem Consulis coercere adnititur. Nocte insequente funestum et ominosum facinus patratum est. Satricus quidam ex Carthaginiensium castris in patriam urbem in Pelignis tendens, a filio Solimo insciente quis esset, lethale vulnus accipit. Is cum propius accedens patrem agnosceret Mancini fratris interfecti armis indutum et moribundum, facinoris dolore ita affectus est, ut quamvis confirmatus patris excusatione et solatio, tamen, hoc mortuo, sibi ipse mortem conscisceret. — Hannibal postquam milites suos partim memoria pristinae virtutis et fortunae recolenda, partim praemiis promittendis ad certamen excitaverat, copias eductas ad Aufidum fluvium collocat. Varro quoque milites, qui variis ominibus territi pugnam recusabant, increpans, simulque in Paullum invehens, agmen ad proelium educit. Committitur pugna atrox et cruenta, Diis omnibus e sedibus coeli turbatis. Initio anceps pugnae eventus fuit. Sed mox Romanorum acies cum immensa caede militum disrupta et dissipata. Eminet in ea pugna virtus Scaevolae, mortem gloriosam appetentis. Sequuntur singulorum caedes atroces. Iam adsunt Scipio, Varro, Curio, Brutus. Scipio et Hannibal primi congrediuntur. Hic Mars et Pallas, ille Scipioni, haec Hannibali favens, gravi inter se certamine pugnant. At Iris a Iove missa discordiam tollit. Itaque absente Pallade Mars pugnam instaurat. In ea pugna Vulturnus ventus a Iunone Romanis immissus obstitit, adiuvit autem Poenos. Tum Pallas furorem Martis apud Iovem accusans, consecuta est,

est, ut Iridis monitu Mars e campo secederet. Iam Poenus magno impetu militum et elephantorum turba Varronem aggreditur. Belluae Romanis perniciosae partim ignibus in turres, quas portabant, iniectis, in fluvium ruunt praecipites, partim telis eminus petuntur. Has inter clades Paullus Varronis temeritatem gravi oratione reprehendens, undique circumfusis hostium copiis sese infert. Varro consilii inopia et desperatione actus ex pugna excessit.

TVRBATO monstris Latio, cladisque futurae
Signa per Ausoniam prodentibus irrita Divis,
Haud secus, ac si fausta forent et prospera pugnae
Omina venturae, Consul traducere noctem
Exsomnis, telumque manu vibrare per umbras,
Ac modo segnitiae Paullum increpitare, modo acres
Exercere tubas nocturnaque classica velle.
Nec minor in Poeno properi certaminis ardor.
Erumpunt vallo, fortuna urgente sinistra,
Consertaeque manus: iam, sparsi ad pabula campis
Vicinis raptanda, Macae fudere volucrem
Telorum nubem. Ante omnes invadere bella
Mancinus gaudens, hostilique ungere primus
Tela cruore, cadit; cadit et numerosa iuventus.
Nec pecudum fibras Varro et contraria Paullo
Au-

4. *Omina* Putean. cum editt. priscis. Vulg. *omnia*. 6. *segnitie* vulg. et sic Lefeb. ex tribus antiquis, pro *segnitiei*, ut ait. 10. *iam* ex Oxon. Barth. pro vulg. *nam*. 13. Sic Barth. et Heins. ex MStis et editis emendarunt pro vulg. *hostili tingere*.

2. *Signa irrita*, quia a Varrone negligebantur, quamvis a Diis Latio propitiis ad cladem evitandam proposita essent.

9-14. Proelium tumultuarium describitur, procursu magis militum, quam iussu imperatorum ortum, auctore Livio XXII, 41. qui ibi narrat, *haud parem Poenis eam dimicationem fuisse; ad mille et septingentos caesos, non plus centum Romanorum sociorumque occisis.*

15-18. Varro non abstinuisset

Auſpicia incuſante Deûm compeſceret arma,
Ni ſors alterni iuris, quo caſtra reguntur,
Arbitrium pugnae properanti in fata negaſſet.
Quae tamen haud valuit perituris millibus una
Plus donaſſe die. Rediere in caſtra, gemente
Haud dubie Paullo, qui craſtina iura videret
Amenti ceſſura viro, fruſtraque ſuorum
Servatas a caede animas: nam turbidus ira
Infenſuſque morae, dilata ob proelia, ductor:
Siccine, ſic, inquit, grates pretiumque rependis,
Paulle, tui capitis? Meruerunt talia, qui te
Legibus atque urnae dira eripuere minanti?
Tradant immo hoſti revocatos ilicet enſes,
Tradant arma, iube, aut pugnantum deripe dextras.
Sed vos, quorum oculos atque ora humentia vidi,
Vertere cum Conſul terga, et remeare iuberet,

Ne

25. *ſic* ex Colon. Vulg. *nunc*. 29. pro *aut* Livineius coni. *et*. *dextris* coni. Heinſ. et ſic edidit Lefeb. 30. *humentia* ex Colon. In caeteris libris recurrunt notae iſtius vocabuli variationes, *liventia*, *viventia*, *libentia*, *uventia*.

nuiſſet a pugnando, niſi eo die Paulus imperium habuiſſet. Haec eſt *ſors alterni iuris*. cf. lib. VI, 612. Livius l. c. 41. *Victoribus effuſe ſequentibus, metu inſidiarum obſtitit Paulus conſul, cuius eo die, (nam alternis imperabant) imperium erat* — *properare in fata* de Varrone temere periculum pugnandi facturo, ut *fata irritare* ſup. lib. V, 234.

19. ſeq. Haec ſors, hoc imperium Pauli non plus quam unius diei moram militibus perituris fecit. Nam cum altero die imperium penes Varronem eſſet, (*craſtina iura*) is pro ferocia ſua copias adverſus hoſtem erumpere iuſſit, v. Liv. 45.

25. ſeqq. Haec expreſſa ſunt e Livio l. l. ubi Varro Paulum increpans inducitur. De re cf. lib. VIII, 290. ſeqq. 27. *urnae — minanti*, ſuffragiis Paulo ſupplicium allaturis. 29. *pugn. deripe dextras*, invidioſe et acerbe in Paulum cunctantem dicta, et adumbrata ex ſimili oratione Varronis ap. Livium cap. 44. *ſe conſtrictum a collega teneri; ferrum atque arma iratis et pugnandi cupientibus adimi militibus.*

30 - 37. Varro milites ad impetum in hoſtem faciendum

Ne morem et pugnae ſignum exſpectate petendae:
Dux ſibi quiſque viam rapito, cum ſpargere primis
Incipiet radiis Gargana cacumina Phoebus.
Pandam egomet propere portas. Ruite ocius, atque hunc
Ereptum revocate diem. Sic turbidus aegra
Peſtifero pugnae caſtra incendebat amore.
At Paullus, iam non idem nec mente nec ore,
Sed qualis ſtratis deleto milite campis
Poſt pugnam ſtetit, ante oculos atque ora futuro
Obverſante malo; ceu iam ſpe lucis ademta,
Cum ſtupet exanimata parens, natique tepentes
Nequidquam fovet extremis amplexibus artus:
Per toties, inquit, concuſſae moenia Romae,
Perque has, nox Stygia quas iam circumvolat umbra,
Inſontes animas, cladi parce obvius ire:

Dum

32. pro *morem* Heinſ. coni. *Martem*. 33. *capito* vulg. Sed Mod. ex Colon. *rapito*. Mox vulg. *primus* cum Dausqueio ſervavit Lefeb. tres antiquos et Aſulan. laudans. Sed mentio locorum Virgil. VI, 255. et Val. Fl. V, 332. nunc ſola nihil definire poteſt. MSti et editt. priſcae *primis*. 35. *propere* Colon. Oxon. et ed. Rom. In aliis *prope*. Vulg. *primus*. 39. *dilecto* vulg. *delèto* Barth. et Heinſ. e MStis.

dum excitat. Itaque vetat ne expectent *morem pugnae*, qui in eo eſt, ut ordine e caſtris copiae procedant, et ſignum imperatoris obſervent. — 33. Nota exquiſite dictum *ſpargere radiis cacum.* Nam proprie radii ſparguntur. Sed ita Virgil. A. IV, 584. *Prima novo ſpargebat lumine terras Aurora.*

38. ſeqq. In Livio, cuius narrationes Silius, pro lubitu, ſive contrahere reticendo, ſive ornando dilatare ſolet, traditur paſſim Paulus obſtitiſſe Varroni erupturo, etiam atque etiam dixiſſe, praevidendum et praecavendum eſſe, ut cap. 41. et 42. Ex his igitur veluti veſtigiis Livianis poeta hanc omnem Pauli orationem effinxit, non ſine delectu rerum et verborum ſatis apto ad movendum et perſuadendum. — 41. Comparatio cum matre in nati moribundi extremis amplexibus haerente, eo pertinet, quod Paulus futuram calamitatem veluti praeſentiens animo, irritis precibus ad Varronem factis,

Dum tranſit Divûm furor, et conſumitur ira
Fortunae, novus, Hannibalis, ſat, nomina ferre
Si diſcit miles, nec frigidus aſpicit hoſtem.
Nonne vides, cum vicinis auditur in arvis,
Quam ſubitus linquat pallentia corpora ſanguis?
Quamque fluant arma ante tubas? Cunctator et aeger,
Vt rere, in pugnas Fabius quoſcunque ſub illis
Culpatis duxit ſignis, nunc arma capeſſunt.
At quos Flaminius — Sed dira avertite, Divi.
Sin noſtris animus monitis precibuſque repugnat;
Aures pande Deo. Cecinit Cymaea per orbem
Haec olim vates, et te, praeſaga, tuoſque
Vulgavit terris, proavorum aetate, furores.
Iamque alter tibi, nec perplexo carmine, coram
Fata cano vates; ſiſtis ni craſtina ſigna,

Firma-

55. *At quos* ex Colon. Heinſius poſuit. Vulgo deleta apoſiopeſi *haud quos Flaminius* etc. 57. *Crynea* vulg. *Cumaea* Colon. Frequentiorem huius Codicis ſcripturam *Cymaeus* praetulit Drakenb.

factis, fruſtra conatus ſit eius temeritatem cohibere. — 47-49. Sufficiet tam diu cunctari et meliorem fortunae converſionem expectare, dum miles uſu et aſſuetudine Hannibalem timere dediſcat. *frigidus*, metu veluti exanimatus, ut mox abſolutiore imagine declaratur verſ. 50. ſeq. *arma fluunt*, e manibus excidunt, antequam tuba claſſicum canit. cf. verſ. 120. et Virg. A. XI, 424.

52-54. Fabius ille, quem tu cunctatorem, et aegrum, ſ. ignavum rebaris, conſervavit milites iſtos, qui nunc arma capeſſunt. Ineſt exprobratio Varronis cum Fabii excuſatione. *Signa culpata*, dicit, quatenus omnis methodus Fabiana a Varrone repre-henſa fuerat. 55. *At quos Flaminius* — eſt apoſiopeſis, qua declarare Paulus volebat, milites diſciplina Flaminii imbutos, trepidare potius, et armis abiectis fugam circumſpicere. — 56. 57. Si nolis mihi obtemperare, Diis certe obtempera. De *Cymaea* v. ad lib. VIII, 533. et cf. Liv. XXV, 12. — *proavorum aetate*, ſimpl. olim. Marſus autem addit, ad tempus Tarquinii Superbi reſpici, quo Romani primum carmina Sibyllina nacti ſint.

61. *ſiſtis n. c. ſ.* niſi cras a pugna

Firmabis noſtro Phoebeae dicta Sibyllae
Sanguine. Nec Graio poſthac Diomede ferentur,
Sed te, ſi perſtas, inſignes Conſule campi.
Haec Paullus, lacrimaeque oculis ardentibus ortae.
Nec non et noctem ſceleratus polluit error.
Xanthippo captus, Libycis tolerarat in oris
Servitium Satricus, mox inter praemia regi
Autololum dono datus ob virtutis honorem:
Huic domus et gemini fuerant Sulmone relicti
Matris in uberibus nati, Mancinus, et una
Nomine Rhaeteo Solimus: nam Dardana origo,
Et Phrygio genus a proavo, qui, ſceptra ſecutus
Aeneae, claram muris fundaverat urbem
Ex ſeſe dictam Solimon: celebrata colonis
Mox

72. *Solymus* vulg.

pugna abſtinueris. Nam altero die imperium penes Varronem futurum erat. 63 De *Diomede*, quae huc pertinent, v. ad lib. VIII, 243. Senſus eſt: campi non amplius in poſterum Diomedei appellabuntur, ſed potius a te, cui clades Romanorum debebitur, campi Varroniani.

66. Hoc verſu praeludit poeta ſequenti epiſodio, quo profugum ex caſtris Poenorum narrat a filio imprudenter interfectum. Hunc ergo *ſceleratum errorem* appellat, quo nox polluta fuerit, veluti prodigio et omine funeſto, ut v. 178 notatur.

67. ſeqq. Narrationem ſequentem Silium finxiſſe ad exemplum Taciti Hiſt. III, 25. de Iulio Manſueto, poſt Dausqueium Drakenborchius notavit. Neque id quidem nego: Sed primam occaſionem huius omnis epiſodii arripuiſſe videtur ex Livii XXII, 42. ubi narrat ſervos duos, qui Servilio atque Attilio Conſulibus inter pabulatores excepti a Numidis fuiſſent, profugiſſe ad dominos etc. Haec narrationis Livianae veluti momenta quaedam lubenter Silius arripere ſolet, quibus ſua phantaſmata ſuperſtruat.

70. ſeqq. *Satrici* nomen haud dubie e Satrico Latii oppido finxit. In caeteris fabulam tetigit ab Ovidio memoratam Faſt. IV, 79. Solymum quendam Aeneae e Troia comitem fuiſſe, qui urbem condidiſſet e ſuo nomine dictam Solimon, vel Sulmonem,

Mox Italis paulatim attrito nomine Sulmo.
Ac tum barbaricis Satricus cum rege catervis
Advectus, quo non ſpretum, ſi poſceret uſus,
Noſcere Gaetulis Latias interprete voces.
Poſtquam poſſe datum Peligna reviſere tecta,
Et patrium ſperare larem, ad conamina noctem
Advocat, ac furtim caſtris evadit iniquis.
Sed fuga nuda viri: ſumto nam prodere coepta
Vitabat clypeo, et dextra remeabat inermi.
Exuvias igitur proſtrataque corpora campo
Luſtrat, et exutis Mancini cingitur armis.
  Iamque metus levior: verum, cui demta ferebat
Exſangui ſpolia, et cuius nudaverat artus,
Natus erat, paullo ante Maca proſtratus ab hoſte.
Ecce ſub adventum noctis primumque ſoporem,
Alter natorum Solimus, veſtigia vallo
Auſonio vigil extulerat, dum ſorte viciſſim
Alternat portae excubias, fratriſque petebat
Mancini ſtratum ſparſa inter funera corpus,
Furtiva cupiens miſerum componere terra.
Nec longum celerarat iter, cum tendere in armis
Aggere Sidonio venientem conſpicit hoſtem.

Quod-

77. *at tum* Putean. cum ed. Rom. pr. et Mediol. Sic edidit Lefeb. 83. *nam* ex MStis et editt. vetuſtis Heinſ. pro vulg. *quia*, quod primus Nicander in Iuntina ediderat.

nem. Ergo Satricum Sulmone, in Pelignis, natum, eiusque filios Solimum et Mancinum effinxit. De ea fictione v. Cluver. Ital. ant. II, 14. p. 757.

77-79. Satricus interpretis munere apud Gaetulos, vel Autotoles, quos in copiis ſuis Hannibal habebat, fungebatur. cf. lib. III, 288. et 306.

86. *Mancini*, cuius obitus ſupra verſ. 13. memoratus fuit. Caveant mirari, qui in hoc loco verſantur, qua tandem fortuna accidere credibile ſit, ut pater arma quaerens quibus ſe induat, in nullius alius, quam filii arma incidat. Scilicet in natura rariſſime eveniunt, quae phantaſia poetica ſtudium et artem adhibens facili negotio gignit.

95. *furtiva — terra*, furtim

Quodque dabat Fors in ſubitis necopina, ſepulcro
Aetoli condit membra occultata Thoantis.
Inde, ubi nulla ſequi propius pone arma, virumque
Incomitata videt veſtigia ferre per umbras,
Proſiliens tumulo contorquet nuda parentis
In terga, haud fruſtra, iaculum: Tyriamque ſequentum
Satricus eſſe manum et Sidonia vulnera credens,
Auctorem caeci trepidus circumſpicit ictus.
   Verum ubi victorem iuvenili robore curſus
Attulit, et notis fulſit lux triſtis ab armis,
Fraternuſque procul, luna prodente, retexit
Ante oculos ſeſe, et radiavit comminus umbo;
Exclamat iuvenis, ſubita flammatus ab ira:
Non ſim equidem Sulmone ſatus tua, Satrice, proles,
Nec frater, Mancine, tuus; ſatearque nepotem
Pergameo indignum Solimo, ſi evadere detur
Huic noſtras impune manus. Tu nobile geſtes
Germani ſpolium ante oculos, referaſque ſuperba,
Me ſpirante, domus Pelignae perfidus arma?
Haec tibi, cara parens Acca, ad ſolatia luctus
Dona

111. *non ſim* et mox *fatearque* Modius ex Colon. — Vulg. *ſum, fateorque*, quod edidit Lefeb. 114. Locus a Modio e Colon. emendatus. Vulg. *Hinc noſtra te impune manus.* Putean. *Hinc veſtra nunc impune manu.* Oxon. *Hinc veſtra impune manu.* 116. *ſpectante* in Rom. 1. 117. Vulg. *Haec tibi, care parens, apta ad ſolatia.* Modius ex Colon. *care parens Acca.* Alii libri ſcripti

tim fratrem ſepulturus. 99. *Thoantis* nomen e Virgilio notum, ubi inter Graecos numeratur, Aen. II, 262 et X, 415. Extat etiam Thoantis Aetolorum regis memoria ap. Homer. in Catal. Il. β, 638.

103. *nuda in terga.* Ergo lorica non erat indutus Satricus. — 105. *caecus ictus*, nota metaphora dicitur, qui in tenebris, averſo, et a latente infertur, ut *caecum vulnus* Virg. A. X, 733.

111. ſq. Callide poeta ita Solimum locutum induxit, ut Satrici patris et Mancini fratris, Accaeque etiam matris mentionem faceret. Caeteroquin Satricus ſcire non potuiſſet, ſe a filio percuſſum et filii mortui armis indutum eſſe. Color orationis eſt ut ap. Homer. Il. β, 260. 117. *Acca* nomen

Dona feram, nati ut figas aeterna ſepulcro.
Talia vociferans ſtricto mucrone ruebat.
Aſt illi iam tela manu, iamque arma fluebant,
Audita patria, natiſque, et coniuge, et armis;
Ac membra et ſenſus gelidus ſtupefecerat horror.
Tum vox ſemanimi miſeranda effunditur ore:
Parce, precor, dextrae, non ut mihi vita ſuperſit,
(Quippe nefas hac velle frui) ſed ſanguine noſtro
Ne damnes, o nate, manus. Carthaginis ille
Captivus, patrias nunc primum advectus in oras,
Ille ego ſum Satricus, Solimi genus. Haud tua, nate,
Fraus ulla eſt. Iaceres in me cum fervidus haſtam,
Poenus eram. Verum, caſtris elapſus acerbis,
Ad vos et carae properabam coniugis ora.
Hunc rapui exanimi clipeum: ſed iam, unice nobis,
Haec fratris tumulis arma excuſata reporta.
Curarum tibi prima tamen ſit, nate, referre
Ductori monitus Paullo, producere bellum
Nitatur, Poenoque neget certamina Martis.
Augurio exſultat Divûm, immenſamque propinqua
Stragem acie ſperat. Quaeſo, cohibete furentem
Varro-

ſcripti *Acca*, ab ignorantibus verum nomen librariis corruptum. Pro *haec tibi* Oxon. et Putean. cum ed. Parm. *Nec tibi*, quam lectionem iudicat Drakenborch. tolerari poſſe, ſi poſt vocem *feram* ſignum interrogandi ponatur, hoc fere ſenſu: Videremne hoſtem fratris arma geſtare? *nec* tibi ea, o mater, ad ſolatium luctus ferrem? ut nati ſepulcro figeres. 123. pro *tum* Oxon. *cum*. 130. *verum ut caſtris* Scaliger ad oram codicis ſui olim notaverat, et in contextum recepit Cellarius. 136. *Poeno Marti*, hoc eſt, Hannibali, coni. N. Heinſ. 138. *cohibete* ex MStis Heinſ. pro vulg. *probibete*.

nomen Latinum: nota eſt Acca Laurentia, Fauſtuli uxor, et Acca Camillae ſoror ap. Virg. Aen. XI, 823.

126. *ne damnes*, ne polluas. cf. v. 169. — 129. *fraus*, culpa. 130. *Poenus eram*, ſc. tibi, tu me Poenum hoſtem eſſe opinabaris; ergo caedis meae culpam non habes.

134 ſq. Egregius locus, non ſolum ob affectum paternum, quo filium parricidam conſolatur, ſed et propter exemplum ſummae conſtantiae, et patriae amoris, quo triſtiſſima in

Varronem: namque hunc fama eſt impellere ſigna.
Sat magnum hoc miſerae fuerit mihi cardine vitae
Solamen, caviſſe meis. Nunc ultima, nate,
Invento ſimul atque amiſſo redde parenti
Oſcula. Sic fatus galeam exuit, atque rigentis
Invadit nati tremebundis colla lacertis,
Attonito et nitens verbis ſanare pudorem
Vulneris impreſſi, telum excuſare laborat.
Quis teſtis noſtris, quis conſcius affuit actis?
Non nox errorem nigranti condidit umbra?
Cur trepidas? Da, nate, magis, da iungere pectus.
Abſolvo pater ipſe manum, atque in fine laborum
Hac condas oculos dextra, precor. At miſer, imo
Pectore ſuſpirans, iuvenis non verba viceſque
Alloquio vocemve refert; ſed ſanguinis atri
Siſtere feſtinat curſum, laceroque ligare
Ocius illacrimans altum velamine vulnus
 Tandem inter gemitus miſerae erupere querelae:
Siccine te nobis, genitor, Fortuna reducit
In patriam? ſic te nato, natumque parenti
Impia reſtituit? Felix o terque quaterque

145. *Attonitoque timens* ſcripti et editt. vetuſtae, excepto Colonienſi, qui vulgatam a Drakenb. lectionem exhibebat. Illud quoque Lefeb. edidit et laudavit locum Homeri ſimilem Il. σ, 32. ſqq. ubi Antilochus Achilli caedis Patrocli nuntio attonito et ſuſpiranti manus tenet, quia timebat, ne ille dolore victus iugulum ſibi ferro diſcinderet. Sed ſi cui rectius videatur, *attonitum* nunc ex pudore, non ex deſperatione, cogitare, ei lectio Cod. Colonienſis magis probabitur. *Attonitumque timens* coni. Livineii. Heinſius videtur locum non intellexiſſe, cum exiſtimaret hunc et ſequentem verſum ſpurium eſſe. Nam verſſ. 147. ſqq. neceſſario pendent ab illis duobus. 149. pro *magis*, quod mihi quoque ſemper ineptum videbatur, D. Heinſius coni. *manus*. Nec forte eam coniecturam improbaſſet Nicolaus, niſi in ſequenti verſu recurreret. Sed poteſt hic locus ita accipi, ut, ſi quidem idonea declamatio accedat, in utroque verſu *manus* iſta non ſit abſurda.

in ſorte conſtitutus et animam agens Satricus rerum Romanarum curam gerit, et ſaluti conſulit. 140. Aurea ſententia! — *caviſſe meis*, popularibus meis conſilio profuiſſe.

Frater, cui fatis genitorem agnoſcere ademtum!
Aſt ego, Sidoniis imperditus, ecce, parentem
Vulnere cognoſco. Saltem hoc, Fortuna, fuiſſet
Solamen culpae, dubia ut mihi ſigna dediſſes
Infauſti generis. Verum linquetur iniquis
Non ultra Superis noſtros celare labores.
Haec dum amens queritur, iam, deficiente cruore,
In vacuas ſenior vitam diſperſerat auras.
Tum iuvenis, maeſtum attollens ad ſidera vultum:
Pollutae dextrae et facti Titania teſtis
Infandi, quae nocturno mea lumine tela
Dirigis in patrium corpus, non amplius, inquit,
His oculis et damnato violabere viſu.
Haec memorat, ſimul enſe fodit praecordia, et, atrum
Suſtentans vulnus, mananti ſanguine ſignat
In clipeo mandata patris, FVGE PROELIA VARRO:
Ac ſummi tegimen ſuſpendit cuſpide teli,
Defletumque ſuper proſternit membra parentem.
  Talia venturae mittebant omina pugnae
Auſoniis Superi, ſenſimque abeuntibus umbris
Conſcia nox ſceleris roſeo cedebat Eoo.
Ductor in arma ſuos Libys, et Romanus in arma
Excibant de more ſuos: Poeniſque redibat,
Qualis nulla dies omni ſurrexerit aevo.
Nec verborum, inquit, ſtimulantum, Poenus, egetis,
Hercu-

165. Verſum ex Colon. emendavit Modius. Vulgatum erat *non hos tolerare labores.* 173. *memorans* coni. N. Heinſ. 183. *ſurrexerat* ed. Parm.

160. *cui fatis ademtum*, cui deſtinatum non erat, qui prius moreretur, quam patrem agnoſceret. 163. *dubia ſigna.* Optat Solimus, ut indicia, quibus patrem agnovit, dubia et incerta fuiſſent. Tum enim ipſe non ſciviſſet, ſe patrem interfeciſſe. Enimvero, cur Fortunam accuſat? Nonne ſe ipſe patri prodiderat? cf. verſſ. 111. ſq. — 174. *ſuſtentans vulnus*, premens, inhibens, ne iuſto citius erumperet ſanguis, quo clipeum inſcribere volebat.

184 ſq. Oratio Hannibalis ad milites huc redit, ut rerum hactenus

Herculeis iter a metis et Iapygis agros
Vincendo emenſi: nuſquam eſt animoſa Saguntos:
Conceſſere Alpes: pater ipſe ſuperbus aquarum
Auſonidum, Eridanus captivo defluit alveo.
Strage virûm merſus Trebia eſt, atque ora ſepulto
Lydia Flaminio premitur, lateque refulgent
Oſſibus, ac nullo ſulcantur vomere campi.
Clarior his titulus, pluſque allatura cruoris
Lux oritur. Mihi magna ſatis, ſat vero ſuperque
Bellandi merces ſit gloria: cetera vobis
Vincantur. Quidquid diti devexit Hibero,
Quidquid in Aetnaeis iactavit Roma triumphis;
Quin etiam Libyco ſi quid de litore raptum
Condidit, in veſtros veniet ſine ſortibus enſes.
Ferte domos, quod dextra dabit: nil victor honoris

185. *Iapygas* coni. Heinſ. et ſic ed. Leſeb. 192. Sic Modius et Heinſ. ex MStis dederunt. Vulg. *Clarior his titulus plus allatura cruoris Lux oritur*, quod ſervavit Leſeb. 193. *vera* vulg. *vero* Putean. et editt. priſcae. 196. *et Aetnaeis* vulg. quod edidit Leſeb. *in* ſcripti et editt. vet. 199. *ductor* in ſcriptis et Marſi ed. Venet. Sic et Leſeb. In caeteris *victor*.

actenus geſtarum, et laborum xantlatorum memoriam re- iovet, virtutisque praemia olliceatur. Huius argumenti liquoties vidimus orationes, t lib. IV, 60. ſq. ubi v. dicta. — *Herculeis metis*, extremum Iiſpaniae occid. tractum de- gnari, ſaepe diximus. v. lib. II, 4. V, 395. — 189. *mer- is Trebia*, oppletus cadaveri- us. Sed in fluviis maxime oetae προσωποποιῦσι. — 90. *ora Lydia*, circa Thraſy- ienum lacum, ubi Flaminius iem ſupremum obiit. De cau- s denominationis v. lib. IV, 20. et V, init.

192. 93. Maiorem gloriam, quam usquam antea conſecutus ſum, et magis cruentam victoriam, hic dies mihi adferet. — In ſequentibus Hannibal declarat, ſolam gloriam ſibi ſufficere, caetera victoriae emolumenta ſe militibus conceſſurum. Haec multo ornatu poetico, et ſatis accommodate ad arrogantiam Hannibalis notandam expreſſa ſunt. — 195. ſq. Quicquid opum Romani ex Hiſpania, Sicilia et Africa congeſſerunt, hoc eſt, omnis praeda Romana veſtra erit, eamque *ſine ſortibus*, i. e. promiſcue, ut quisque poteſt, capietis.

Ex opibus poſco. Raptor per ſecula longa
Dardanus edomitum vobis ſpoliaverit orbem.
Qui Tyria ducis Sarranum ab origine nomen,
Seu Laurens tibi, Sigeo ſulcata colono,
Arridet tellus, ſeu ſunt Byzacia cordi
Rura magis, centum Cereri fruticantia culmis,
Electos optare dabo inter praemia campos.
Addam etiam, flava Thybris quas irrigat unda,
Captivis late gregibus depaſcere ripas.
Qui vero externo ſocius mihi ſanguine Byrſae
Signa moves, dextram Auſonia ſi caede cruentam
Attolles, hinc iam civis Carthaginis eſto.
Neu vos Garganus Daunique ſefellerit ora;
Ad muros ſtatis Romae: licet avia longe

Vrbs

204. *Byzacia* ex Colon. idque probavit Cluver. It. Ant. IV, 14. p. 1261. Alii libri variant *Buxentia*, *Byrantia*, *Byzantia*. 206. *praemia* Mod. ex Colon. pro Vulg. *proelia*. 208. Ita Colon. Oxon. Pleraeque editiones vulgatam lectionem exhibent *Gurgitibus late captivis paſcere ripas*. 209. Vulg. *extremo cardine*. Haec Modius correxit ex Colon. *ſanguine* pro cardine etiam in Codd. Oxon. et Putean. extabat, et Marſus in Comment. agnoſcit. 212. *Gargani* Vulg. et ſic Lefeb. *Garganus* ex Oxon. et Putean. Deinde *ne* pro *neu* ed. Lefeb.

capietis. Sed vide, quomodo Silius, ut poeta, ſingulas iſtas regiones definite efferat. cf. Hannibalis orationem ap Liv. XXI, 43. unde haec paene ad verbum translata ſunt 200. *raptor Dard.* de Romanis victoribus, ut mox ſpoliare, acerbe et invidioſe dicit; *vobis*, in veſtrum uſum. Quam arroganter omnia!

202. Hannibal praemia ipſa nominatim recenſet, et primum quidem Carthaginienſibus (v. 202.) deſtinata. *Sigeum*, h. e. Troianum *colonum* Aeneam innuit, qui cum claſſe Troiana appellens Latio, primum in tellure Laurente conſedit. v. Heyn. ad Virg. Aen. VII, Exc. III, p. 108. — 204. *Byzacia rura* in Africa prope Syrtim minorem ubi et Byzacia urbs. Summam eius tractus fertilitatem pari modo Plinius laudat lib. V, 4. *Byzacium*, *eximiae fertilitatis regio*, *cum centeſima fruge agricolis foenus reddente terra*.

209-11. Populos externos, et ſocios, civitate Carthaginienſi donabo. 215. *hic*, hoc loco, hac acie, *hodie ruet* Roma. cf. lib. III, 511.

Vrbs agat, et noſtro procul a certamine diſtet,
Hic hodie ruet. Atque ultra te ad proelia miles
Nulla voco. Ex acie tende in Capitolia curſum.
 Haec memorat. Tum, propulſo munimine valli,
Foſſarum rapuere moras, aciemque, locorum
Conſilio, curvis accommodat ordine ripis.
Barbaricus laevo ſtetit ad certamina cornu
Bellator Naſamon, unaque immanior artus
Marmarides; tum Maurus atrox, Garamaſque, Maceſque,
Et Maſſylae acies, et ferro vivere laetum
Vulgus Adyrmachidae pariter, gens accola Nili,

Ff 4 Cor-

215. *Hic* Colon. Vulg. *haec*. vid. nott. 219. pro *Conſilio* N. Heinſ. coni. *conſimilem*. 221. *artus* MSti Mod. et Heinſ, *Arctus* vulg. *arcu* ed. Rom. pr. et Mediol. 224. *Adyrmachidae* ex Colon. et Oxon. Pro *pariter* Heinſius coniecerat *patrii* vel *Pharii Nili*. Sed Drakenborch. ſolam interpunctionem mutandam cenſuit *Vulgus Adyrm. pariter*, ut per appoſitionem *gens accola Nili* vocentur, laudans Scylac. in Periplo p. 105. ubi tradit illos populos ad Nilum habitaſſe. Sin hoc non placeat, legi poſſe putabat *Vulgus Adyrmachidae, et pariter gens accola Nili*, ut innuat Silius vel in genere omnes ad Nilum habitantes populos, vel nominatim Nubas, quibus verba verſus ſequentis conveniant, coll. lib. III, 268. vel denique Aethiopes, de quibus ſimilia Silius ibid. verſ. 265. Hunc forte ſenſum in mente habuit Lefeb. cum iungeret *pariter gens accola Nili*. —

218. *locorum conſilio*, pro regionis figura et ſitu, prouti locorum ſitus permittebat, aciem compoſuit. Miram locutionem recte Drakenborch. appellat.

220. ſqq. Aciem Punicam Silius ſuo maxime arbitrio uſus, craſſius collocat, quam Livius XXII, 46. qui accuratius equites et pedites diſtinguit, et utrorumque agmina ſeparatim ordinat. *Gallos*, ait, *Hiſpanosque equites prope ripam laevo in cornu, adverſus Romanum equitatum: dextrum cornu Numidis equitibus datum, media acie peditibus firmata, ita ut Afrorum utraque cornua eſſent, interponerentur his medii Galli et Hiſpani.* At vero Silius in laevo cornu Afros, in dextro Baleares et Hiſpanos, in media acie Carthaginienſes et Gallos collocat. In ducibus agminum Silius a Polybio diſcrepat, qui laevum cornu Aſdrubali, dextrum Hannoni adſignat lib. III, 115. Pro Hannone Livius cap. 46. Maharbalem

Corpora ab immodico ſervans nigrantia Phoebo:
Quis poſitum agminibus caput imperiumque Nealces.
At parte in dextra, ſinuat qua flexibus undam
Aufidus, et curvo circum errat gurgite ripas,
Mago regit: ſubiere leves, quos horrida miſit
Pyrene, populi, varioque auxere tumultu
Flumineum latus: effulget caetrata iuventus;
Cantaber ante alios, nec tectus tempora Vaſco,
Ac torto miſcens Baliaris proelia plumbo,
Baetigenaeque viri. Celſus media ipſa coercet
Agmina, quae patrio firmavit milite, quaeque
Celtarum Eridano perfuſis ſaepe catervis.
Sed qua ſe fluvius retro labentibus undis
Eripit, et nullo cuneos munimine vallat,
Turritae moles, ac propugnacula dorſo
Belua nigranti geſtans, ceu mobilis agger,
Nutat,

230. *auxere* Vulg. ad quod proxime accedit *anxere* cod. Oxonii, pro quo tamen *cinxere* coni. Heinſ. *hauſere* cum ſolo Putean. ed. Lefeb. qui pro more invehitur in Drakenborchium, quod *auxere* ſine ullo ſenſu ediderit. Nempe ille non praecipitabat iudicium. Quidni vero poeta hanc imaginem concipere poſſit, *flumineum latus*, hoc eſt, ripam *augeri* turba militum, dum locus, quem milites cum caſtris occuparunt, exinde altior, et plenior fieri videtur. Ex his phantaſiae poeticae ſimulacris plures metaphoras ortas eſſe, quis neſcit? Ita ſequetur, Villebrunium temere ſe geſſiſſe, qui in verborum ſuperficie haeſerit, et citius, quam opus eſſet, textum Silianum mutaverit. 240. *mobilis agger* MSti et editt. vetuſtae. In Marſi editt. idem partim in contextu legitur, partim in commentariis ſervarunt librarii. Vulgatum *molibus* defendit Dausqueius.

balem ponit. De ipſis gentibus v. quae dicta ſunt ad lib. III, 222. ſq. — 229. *quos Pyrene miſit*, Celtiberos, eosque *leves*, expeditos ad pugnam, γυμνοὺς Polybio. In ſequentibus Hiſpanos et Gallos Padum accolentes ſeparatim nominat. Hi enim ſunt *perfuſi Eridano*, qui frequentes inundationes faciebat. — 232. *nec tectus tempora Vaſco*, quem alibi dixerat *inſuetum galeae* lib. III, 358. — *Baetigenae*, Hiſpani Baetis fl. accolae.

237-41. In vadis fluvii elephantorum turma collocata erat. Loca vadoſa, ubi *fluvius ſe eripit*, h. e. relabitur, decreſcit, ἀναῤῥοιβδεῖ, ornate deſcribit, coloribus mutuatis a Virgil. Aen. XI, 628. ſq. *Turritae*

Nutat, et erectos attollit ad aethera muros.
Cetera iam Numidis circumvolitare, vagosque
Ferre datur cursus, et toto fervere campo.
  Dum Libys incenso dispensat milite vires,
Hortandoque iterum atque iterum insatiabilis urget
Factis quemque suis, et se cognoscere iactat,
Qua dextra veniant stridentis sibila teli;
Promittitque viris, nulli se defore testem:
Iam Varro, exacta vallo legione, movebat
Cladum principia; ac pallenti laetus in unda
Laxabat sedem venturis portitor umbris.
  Stant primi, quos sanguineae pendente vetabant
Ire notae clipeo, defixique omine torpent.
Iuxta terribilis facies; miseranda iacebant
Corpora in amplexu, natusque in pectore patris
Imposita vulnus dextra letale tegebat.
Effusae lacrimae, Mancinique inde reversus

Ff 5 Fraterna

242. *vagosque* Mod. ex Colon. Vulg. *citosque* quod primus Nicander in Iuntina edidit, cum in caeteris editionibus, atque etiam in Putean. et Oxon. vitiose scriptum esset *gyrosque*. Vulgatam lect. secutus est Lefeb. 244. *intenso* Oxon. et Putean. 254. *iacebat* Colon. ut ad *faciem* referatur. 255. *in pectora* coni. Livineius, notante Cortio.

ritae moles quare elephanti dicantur, notae causae sunt. Eo et reliquus ornatus pertinet, quod machinas in dorsis exstructas habeant, quas luxuriante varietate, *propugnacula*, *mobilem aggerem*, *muros*, vocat. Ad verss. 242. 43. cf. Liv. cap. 44. ubi Hannibalem dicit Numidarum procursatione hostes lacessivisse.

244. *dispensat vires*, dum agmina instruit, collocat, muneraque pugnae describit, ut infra de Varrone ait poeta vers. 267. — In verss. 246. 47. haec sententia est: Hannibal iactabat, se singulorum militum fortiter gesta animadvertere et distinguere posse.

249. Iam Varro copias educebat. Sed hanc sententiam cum acerba in Varronem ironia extulit poeta. Ergo *cladum principia* dixit, illarum copiarum mox futuram cladem denuntians. Eodem pertinet *portitor* Charon, *sedem laxans*, ad umbras mox ex hac clade venturas excipiendas.

252. *sanguineae notae.* cf. vers.

Fraterna ſub morte dolor, tum triſte movebat
Augurium, et ſimiles defuncto in corpore vultus.
Ocius erroris culpam deflendaque fata
Ductori pandunt, atque arma vetantia pugnam.
Ille, ardens animi, Ferte haec, ait, omina Paullo:
Namque illum, cui femineo ſtant corde timores,
Moverit iſta manus, quae, caede imbuta nefanda,
Cum Furiae expeterent poenas, fortaſſe paterno
Signavit moriens ſceleratum ſanguine carmen.
Tum minitans propere deſcribit munera pugnae;
Quaque feras ſaevus gentes aciemque Nealces
Temperat, hac ſeſe Marſo cum milite, cumque
Samnitum opponit ſignis, et Iapyge alumno.
At campi medio (namque hac in parte videbat
Stare ducem Libyae) Servilius obvia adire

Arma,

262. *omina* ſcripti et editi praeter Martin. Herbipol. et Dausq. qui *omnia*. 267. *properae* coni. N. Heinſ. 268. *Afras laevus gentes* coni. eiusd. ut innuatur Nealcem laevum cornu rexiſſe.

verſ. 175. — 261. *arma vetantia pugnam*, ille ipſe clipeus, ſanguine inſcriptus. Sed quaeri in hoc loco poteſt, unde milites illud Solimi parricidium reſciverint. Nam noctu factum erat, et inter ſolos. Et ſi fratres illos ex vultu noverant, quomodo patrem ab alterutro interfectum agnoſcere poterant? In ſequentibus etiam, verſ. 265. Varro ipſe felici hac coniectura utitur, *fortaſſe* morientem paterno ſanguine carmen ſceleratum ſignaſſe. Vnde hoc ſciebat? Scilicet poeta haec omnia ſciebat optime.

267. ſq. Recte Drakenborchius vidit, in ducibus ab utraque parte collocandis poetam non ſatis ſibi conſtare. Cum enim Servilio mediam aciem, Paulo dextrum cornu adſignet, ſequitur Varronem in laevo cornu fuiſſe, id quod etiam Livius et Polybius conſtanter narrant. Iam vero Silius dicit Varronis cornu oppoſitum fuiſſe illi, quod Nealces rexiſſet, et tamen ſupra v. 220. Nealcem cum Afris itidem in laevo cornu conſtituit. Itaque, cum cornu laevum ſemper dextro oppoſitum eſſe debeat, illam cornuum ſtationem non recte ſe habere intelligitur. Et ſane is error facile obrepere poterat poetae his rebus minus intento, praeſertim cum remotiora eſſent, quae ſupra de Nealce narraverat.

Arma, et Picentes Vmbrosque inferre iubetur.
Cetera Paullus habet dextro certamina cornu.
His super insidias contra Nomadumque volucrem
Scipiadae datur ire manum: quaeque arte dolisque
Scindent se turmae, praedicit spargere bellum.
Iamque propinquabant acies, agilique virorum
Discursu, mixtoque simul calefacta per ora
Cornipedum hinnitu, et multum strepitantibus armis,
Errabat caecum turbata per agmina murmur.
Sic, ubi prima movent pelago certamina venti,
Inclusam rabiem ac sparsuras astra procellas
Parturit unda freti, fundoque emota minaces
Exspirat per saxa sonos, atque acta cavernis
Torquet anhelantem spumanti vertice pontum.
Nec vero, fati tam saevo in turbine, solum
Terrarum fuit ille labor; discordia demens
Intravit

280. *strepitantibus* Modius et Barth. ex MStis vindicarunt. Vulg. *trepidantibus* quod defendit Dausq. simul *alis* pro *armis* coniiciens. *crepitantibus armis* Putean. 284. *pertulit* editt. vetustae. 287. *saevo turbine* cum vulg. ed. Lefeb. 289. *Intravit coelo* Heins. ex Colon. *luctavit coelo* Oxon. et Putean. cum ed. Rom. et Parmensi, quod Barthius probabat.

282. sq. De hac comparatione, quae maxime ad strepitum ex agmine progresso declarandum comparata est, vid. ad lib. VII, 569. et cf. Homer. Il. ξ, 393. sq. Singula nunc graviter et satis decente ornatu descripta sunt. *Sparsuras astra procellas*, audacius, sed non sine exemplo Virgilii (cf. Aen. III, 423.) dixit fluctus alte se attollentes. *parturit inclusam rab.* fortius quam, unda cum impetu prorumpit. Sed quae sequuntur eandem sententiam, luxurianti ornatu expressam, fundunt.

287. sq. Locum de certaminibus Deorum, ad exemplum θεομαχίας Homericae Il. v. 32. seqq. effictum, dubitari nequit; quam apte temporibus, quibus Silius scripsit, alia quaestio est. Saepe enim vidimus poetam talia ex Homero et Virgilio adsciscere, ubi similis occasio occurrat, magis imitandi ornandique studio, quam recto iudicio ductum. Nimirum cum iam gravis

Intravit coelo, Superoſque ad bella coegit.
Hinc Mavors, hinc Gradivum comitatus Apollo,
Et domitor tumidi pugnat maris: hinc Venus amens,
Hinc Veſta, et captae ſtimulatus caede Sagunti
Amphitryoniades, pariter veneranda Cybele,
Indigeteſque Dei, Faunuſque, ſatorque Quirinus,
Alternuſque animae mutato Caſtore Pollux.
Contra cincta latus ferro Saturnia Iuno,
Et Pallas, Libycis Tritonidos edita lymphis,
Ac patrius flexis per tempora cornibus Hammon,
Multaque praeterea Divorum turba minorum.
Quorum ubi mole ſimul venientum et greſſibus, alma
Intremuit tellus, pars implevere propinquos
Diviſi montes, pars ſedem nube ſub alta
Ceperunt: vacuo deſcenſum ad proelia coelo.
Tollitur immenſus deſerta ad ſidera clamor,
Phlegraeis quantas effundit ad aethera voces
Terrigena in campis exercitus: aut ſator aevi
Quanta Cyclopas nova fulmina voce popoſcit
Iupiter,

305. *effudit* ſcripti et editt. priſcae. Sic et Lefeb. *effundit* vulg.

gravis pugna inſtaret, et ſummae res agerentur, non abſurdum videbatur, Deos excitare, quorum diverſa in Troianos Achivosque ſtudia ex Homero et Virgilio nota, ad Romanos et Poenos adcommodarentur. — 293. *veneranda Cyb.* ut mater Deorum, πότνια. cf. Virgil. Aen. III, 111. X, 220. — 295. De Caſtore et Polluce locus claſſicus Homer. Od. λ, 302. Vnde Virgil. A. VI, 121. *fratrem Pollux alterna morte redemit.* Cum enim Caſtori mortali ex patre nato, Pollux e Iove natus immortalitatem impertiri cuperet, conſecutus eſt a Diis, ut quoties ipſe ad inferos deſcendiſſet, fratri interim in Olympo ſedes adſignaretur. Hinc *alternum animae*, et *mutatum Caſtorem* expedias licet. — A verſſ. 296. ſq. nominantur Dii Romanis infeſti. — De Palladis origine Libyca v. ad lib. III, 322.

304. ſqq. Ad verſ. 305. cf. lib. IV, 277. — *Cyclopas fulm. popoſcit*, h. e. iuſſit, ut ſibi fulmina facerent. Notum eſt illos Vulcano adminiſtros additos. cf. Virgil. Aen. VIII, 418. ſq. De Gigantibus in Olympum

Iupiter, exſtructis vidit cum montibus ire
Magnanimos raptum coeleſtia regna gigantas.
Nec vero prima in tantis concurſibus haſta
Vlla fuit. Stridens nimbus certante furore
Telorum ſimul effuſus, cupidaeque cruoris
Hinc atque hinc animae gemina cecidere procella.
Acrius inſanus dextra qua ducitur enſis,
Bellantum pars magna iacet. Super ipſa ſuorum
Corpora conſiſtunt avidi, calcantque gementes.
Nec magis aut Libyco protrudi Dardana niſu
Avertive poteſt pubes, aut ordine pelli
Fixa ſuo Sarrana manus, quam vellere ſede
Si coeptet Calpen, impacto gurgite, pontus.
 Amiſere ictus ſpatium, nec morte peracta
Artatis cecidiſſe licet. Galea horrida flictu
Adverſae

310. *procurſibus* ed. Lefeb. 311. *ſtridens nimbis effuſis* ed. Parm. Rom. pr. et Mediol. *ſtridens nimbis ſimul effuſus* editt. Marſi et Gryph. N. Heinſ. coni. *ſtrident nimbi effuſi.* 312. *rapidaeque* Oxon. et Putean. *rabidaeque* editt. priſcae. 314. Vulgatam lectionem hanc, quamvis vitio laborare videatur, libri editi et ſcripti exhibent. N. Heinſ. coni. *aſt acri inſanus.* Drakenborch. probabat coniecturam Burmanni *Ac prius inſanus dextra quam ducitur enſis* etc. hoc ſenſu: antequam ad manus ventum eſt, et cominus pugnabatur, iam emiſſo telorum nimbo bellantum magna pars iacebat. Sic et edidit Lefeb. Scilicet, quia coniectura placet, ſaepe etiam placet ſenſus. Sed nos in ſenſu eo, quem vulgata lectio fundit, recte acquieſcere poſſumus. 320. *coeptet* ex Colon. et Oxon. Heinſ. *tentet* vulg.

pum penetrare conantibus, vulgaris fabula, cuius fons eſt Hom. Od. λ, 314. ſq. unde ſaepe caeteri poetae hauſerunt. cf Ovid. Met. I. 151. ſq. Virgil. Georg. I, 280. Aen. VI, 580.

310. 12. Pugnae ſummus impetus declaratur. *Certans furor* eſt militum ſe invicem pugnando et caedendo ſuperare certantium. Hinc ille nimbus telorum, quia unusquisque primus eſſe cupiebat, qui hoſtem ſterneret. — 317-20. Immotae, ceu montes, utrinque ſtant acies. Iam poeticam rationem animadverte. De *Calpe* ſaepe vidimus. v. lib. I, 140. V, 395.

321-27. pugna confertiſſima deſcribitur, cuius ſimiles colores aliquoties iam uſurpavit poeta, Virgilii aliorumque exempla

Adverſae ardeſcit galeae, clipeuſque fatiſcit
Impulſu clipei, atque enſis contunditur enſe.
Pes pede, virque viro teritur: telluſque videri
Sanguine operta nequit, coelumque et ſidera pendens
Abſtulit ingeſtis nox denſa ſub aethere telis.
Quîs adſtare loco dederat Fortuna ſecundo,
Contorum longo et procerae cuſpidis ictu,
Ceu primas agitent acies, certamina miſcent.
At quos deinde tenet retrorſum inglorius ordo,
Miſſilibus certant pugnas aequare priorum.
Vltra clamor agit bellum, mileſque, cupiti
Martis inops, ſaevis impellit vocibus hoſtem.
Non ullum deſit teli genus. Hi ſude pugnas,
Hi pinu flagrante cient, hi pondere pili:
At ſaxis fundaque alius, iaculoque volucri.
Interdum ſtridens per nubila fertur arundo,
Interdumque ipſis metuenda falarica muris.

Speramuſ-

329. *τὸ et* Heinſ. delendum cenſebat, ut eſſet appoſitio. 335. *non ullum* ex Colon. reſtituit Heinſ. *nec ullum* habent Rom. pr. Mediol. et Marſi editt. quamvis ipſe Marſus in notis *non ullum*. 338. Hic verſus vulgo poſt ſequentem collocatus erat Heinſius ex Colon. et Oxon. ordinem invertit. In verſ. 339. idem coni. *interdum quaſſis*. Sed *interdumque* agnoſcunt libri ſcripti et editt. vetuſtae. cf. nott.

exempla ſecutus. v. lib. IV, 353. ſq. V, 218. Adde Lucan. II, 201. et IV, 781. Omnino autem locus expreſſus eſt e Virgil. A. IX, 807. ſq.

328. ſq. Hactenus de impetu primae aciei ſermo fuerat. Iam igitur in ſecunda acie eodem impetu haſtis pugnabatur. Deinde *inglorius ordo*, tironum in poſteriore acie, *miſſilibus certat*. — 333. 34. Qui in ultimis ordinibus ſtabant, quoniam manus conferre non poterant, ne tamen nihil agant, clamore hoſtem terrent, ſuosque accendunt. Simile exemplum adferunt e Curtio VI, 1. *Spectabant plures, quam inierant praelium, et qui extra teli iactum erant, clamore invicem ſuos accendebant.*

335. ſq. e Virgilio adumbrata Aen. II, 467. — De *Falarica* vid. lib. I, 350. Ne haec quidem in hac pugna aberat, quamvis non niſi muris evertendis apta.

Speramusne, Deae, quarum mihi sacra coluntur,
Mortali totum hunc aperire in secula voce
Posse diem? Tantumne datis confidere linguae,
Vt Cannas uno ore sonem? Si gloria vobis
Nostra placet, neque vos magnis avertitis ausis,
Huc omnes cantus Phoebumque vocate parentem.
Verum utinam posthac animo, Romane, secunda,
Quanto tunc adversa, feras! sitque hactenus, oro,
Nec libeat tentare Deis, an Troïa proles
Par bellum tolerare queat. Tuque, anxia fati,
Pone, precor, lacrimas, et adora vulnera, laudes
Perpetuas paritura tibi. Nam tempore, Roma,
Nullo maior eris. Mox sic labere secundis,
Vt sola cladum tuearis nomina fama.
Iamque, inter varias, Fortuna, utrinque virorum
Alternata vices, incerto eluserat iras

Eventu,

341. *aperiri* coni. Heins. Mediol., Vulg. *vos*. 344. *nos* Oxon. et editt. Rom. cum

340. Propius accessurus poeta ad pugnae Cannensis cladem narrandam, ita afficitur cogitatione calamitatis et atrocitatis, qua illa pugna caeteras omnes superaverat, ut Musis modeste profiteatur, se imparem huic negotio futurum, nisi se viribus adiuvent. Facit autem Virgilii et aliorum exemplo, ut in re ardua Musarum auxilium imploret. Huc e Virgilio pertinent Aen. VII, 37. et IX, 525. sq. — 343. *uno ore*. Nempe alibi poetae res arduas narraturi plures linguas, et plura ora sibi optare solent. vid. supr. lib. IV, 527. — 347. *sit hactenus*, utinam haec ultima tua, Roma, clades sit! — 351. Haec clades documento erit, quantum animi Romani tolerare queant. Itaque, auctore Cicerone Offic. III. *Hannibalis fractus animus est, cum post illam pugnam Romanos rebus afflictis tam excelso animo esse videret*. — 352. *labere secundis*. Elati enim Romani rebus secundis, inprimis post expugnatam a Mummio Carthaginem, luxuriae se dederunt, et a pristina virtute degenerarunt. Itaque *sola fama cladum, nomina tuebantur*, non amplius re et factis, sed sola pristinae virtutis memoria clari.

354-61. Primo congressu aequis viribus et pari fortuna pugnatum est. Sed vide, quam

mirifice

Eventu, mediaque diu pendente per ambas
Spe gentes, paribus Mavors flagrabat in armis.
Mitia ceu virides agitant cum flamina culmos,
Necdum maturas impellit ventus ariftas,
Huc atque huc it fumma feges, nutanfque viciffim
Alterno lente motu incurvata nitefcit.
Tandem barbaricis perfractam viribus acri
Diffipat incurrens aciem clamore Nealces:
Laxati cunei, perque intervalla citatus
Irrupit trepidis hoftis. Tum turbine nigro
Sanguinis exundat torrens: nullumque fub una
Cufpide procumbit corpus. Dum vulnera tergo
Bellator

361. *virefcit* Livineius. *tremifcit*, vel *tumefcit* coni. Heinf. 362. pro vulg. *acer*, quod fervavit Lefeb. e Cod. Tell. fcripti *acri*. editt. prifcae Marfi aliaeque *acris*. 365. *irrumpit* Putean. *irrupit trepidus hoftis* Colon. Mox idem Colon. *nigri*. 366. *fub una* iam coniecerat Barthius. Deinde Heinf. ex Colon. et editt. Rom. et Parm. vindicavit. nec aliter legitur in ed. Rom. pr. et Mediol. Vulg. *fub ima*, nullo fenfu.

mirifice poeta nunc verbis ludat et luxurietur, primum quaternis unius illius fententiae variationibus, deinde etiam comparatione, qua declaret, fortunae ab utraque parte eandem inconftantiam fuiffe, quae effe foleat in ariftis a vento agitatis. Si rei naturam quaeris, fatis expreffam verbis imaginem agnofces. Sed hoc totum genus comparationum, quod in Homero et Virgilio, propter aliquam vetuftatis et naturalis elegantiae auctoritatem, non plane difplicet, in Silio nefcio quod faftidium creat, e nimia et minus opportuna imitandi libidine. v. Heynii iudicium ad Virgil. A. VIII, 20. feqq. — Caeterum in ordine et ratione praeliorum ab utraque parte commifforum Silius Livium fuum vel Polybium catenus faltem fequitur, quod initio leves pugnas et velitationes factas dicit, quas mox atrociora proelia infecuta fuerint. Sed in reliquis religio hiftorica Silii non eft requirenda, quam ille, poetae magis quam hiftorici partibus fumtis, plerumque neglexit. cf. Liv. XXII, 47. fqq. et Polyb. III, 116.

362. *barbaricis vir.* agmine Numidarum. v. fupr. v. 220. De verbis cf. lib. VIII, 539. — 365 - 67. Haec habent hyperbolis poeticae exemplum, qua cladis atrocitas, caeforum multitudo,

Bellator timet Ausonius, per pectora saevas
Exceptat mortes, et leto dedecus arcet.
Stabat cum primis mediae certamine pugnae,
Aspera semper amans, et par cuicunque periclo,
Scaevola; nec tanta vitam iam strage volebat,
Sed dignum proavo letum, et sub nomine mortem.
Is postquam frangi res, atque augescere vidit
Exitium, Brevis hoc vitae, quodcunque relictum,
Extendamus, ait: nam virtus futile nomen,
Ni decori sat sint pariendo tempora leti.
Dixit: et in medios, qua dextera concita Poeni
Limitem agit, vasto connixus turbine fertur.
Hic exsultantem Caralim, atque erepta volentem
Induere excelso caesi gestamina trunco,
Ense subit, capuloque tenus ferrum impulit ira.
Volvi-

370. *certamine* ex Colon. et Oxon. Heins. pro vulg. *certamina.* 371. *avens* editt. priscae et caeteri libri ante Iuntinam, in qua primus Nicander ed. *avet.* Vulgata lectio *amans.* 377. Vulg. *Ni decus adfuerit patiendo, ubi tempora lethi Proxima sint, pulcramque per vulnera laudem:* Priorem versum Heins. ex Cod. Colon. vestigiis restituit. In aliis editt. summa eius varietas erat. Posterior autem *Proxima sint* etc. a MStis aberat, et ab editt. Rom. pr. Mediol. et Marsi. Burmannus coni. *Ni decus addiderint pereunti tempora leti.* Caeterum vulgatae lectionis et versus spurii primus auctor fuit Nicander in Iuntina, quem alii deinceps secuti sunt. 379. *connisus* placebat Drakenborch. 380. *Caralim* e MSt. et Parm. ed. pro vulg. *Calarim.*

titudo, vulnerumque copia declaratur. — 369. *dedecus*, quod est in fuga, et tergi vulneribus, *arcet leto*, dum cadere pugnando, quam fugiendo vitam conservare mavult. — 372. *tanta strage*, cum tot Romani caderent, ipse vivere nolebat. — 373. *mortem sub nomine*, ὀνόμαστον, gloriosam. — *proavo* Mucio Scaevola, de quo v. supr. lib. VIII, 385. sq.

379. *limitem agit*, ferro stragem edit ruptis agminibus. Formula Virgiliana ex Aen. X, 514. cf. supr. lib. IV, 463. 64. ubi similis furor describitur.

380. Sequuntur, pro more, caedes singulares. *Exsultans* Caralis dicitur, dum veluti ovans occupatur tropaeo e spoliis hostilibus erigendo. cf. similis ornatus Virgil. Aen. XI, 5. sq. — ad verss. 383. 84.

Volvitur ille ruens, atque arva hoſtilia morſu
Appetit, et mortis premit in tellure dolores.
Nec Gabari Sicchaeque virum tenuere furentes
Concordi virtute manus; ſed perdidit acer,
Dum ſtat, deciſam Gabar inter proelia dextram.
At Siccha auxilium, magno turbante dolore,
Dum temere accelerat, calcato improvidus enſe
Succidit, ac nudae ſero veſtigia plantae
Damnavit, dextraque iacet morientis amici.
Tandem convertit fatalia tela Nealcae
Fulminei gliſcens iuvenis furor. Exſilit ardens,
Nomine tam claro ſtimulante, ad praemia caedis.
Tum ſilicem ſcopulo avulſum, quem montibus altis
Depulerat torrens, raptum contorquet in ora
Turbidus. Incuſſo crepuerunt pondere malae,
Ablatuſque viro vultus: concreta cruento
Per nares cerebro ſanies fluit, atraque manant
Orbibus eliſis et trunca lumina fronte.
Sternitur unanimo Marius ſuccurrere Capro

Cona-

383. *arva* Mod. et Heinſ. ex Colon. revocarunt. Vulg. *arma.* In ſequentibus verbis *et mortis premit* etc. ne ſcilicet Silium tavtologiae quis arguat, Drakenborchio videbatur exprimi ratio, qua motus Caralis arva hoſtilia momorderit: nempe, ne victus dolore mortis vocem indecoram aut viro forti indignam emitteret; quare legendum cenſebat *ut mortis premat in tellure dolores.* Sed non opus eſt, ut hoc modo Silium a tavtologia defendamus. 385. *Gabaris* Scaliger olim coniecerat, et Dausqueius in nonnullis libris idem ſe vidiſſe ſcribebat. 390. *ſero* Heinſ. ex Colon. Vulg. *ferro.* 396. *depulerat* ex Putean. vulg. *detulerat.* 401. *Capro* Heinſ. ex editt. priſcis pro vulg. *Caſpro.*

84. v. lib. V, 526. 27. *premit in tellure*, levaturus dolores morſu, ut fit in ſummo dolore. — 388-91. Siccha opem laturus Gabaro, enſe calcato pedem perdidit. Itaque *damnavit nudae pl. v.* h. e. ſero eum poenituit nudis pedibus pugnaſſe.

392-400. Nealces Scaevolam ſaxo perimit. Haec conſuetis in tali caede coloribus ornantur. — *ablatus viro* (Scaevolae) *vultus*, de facie ſaxo contuſa. cf. lib. IV, 242. et de *trunca fronte* v. ad lib. III, 42.

401. ſq. *unanimo*, amico, cui ſuperſtes eſſe detrectat

Marius

Conatus, metuensſque viro ſupereſſe cadenti.
Lucis idem auſpicium, ac patrium et commune duobus
Paupertas; ſacro iuvenes Praeneſte creati
Miſcuerant ſtudia, et iuncta tellure ſerebant.
Velle ac nolle ambobus idem, ſociataque toto
Mens aevo, ac parvis dives concordia rebus.
Occubuere ſimul: votiſque ex omnibus unum
Id Fortuna dedit, iunctam inter proelia mortem.
Arma fuere decus victori bina Symaetho.
  Sed longum tanto laetari munere caſus
Haud licitum Poenis. Aderat terrore minaci
Scipio, converſae miſeratus terga cohortis,
Et cuncti fons Varro mali, flavuſque comarum
Curio, et a primo deſcendens Conſule Brutus.
Atque his fulta viris acies repararet ademtum
Mole nova campum, ſubito ni turbine Poenus
Agmina frenaſſet iam procurrentia ductor.
Iſque ut Varronem procul inter proelia vidit,
Et iuxta ſagulo circumvolitare rubenti
Lictorem: Noſco pompam, atque inſignia noſco:
Flaminius modo talis, ait. Tum fervidus acrem
Ingentis clypei tonitru praenuntiat iram.

 Heu

416. *repararat* coni. Heinſ.

Marius propter amicitiam, cuius ratio et cauſae mox, operoſe et nimio ornatu, narrantur; ἔνα θυμὸν ἔχοντες tales dixit Homerus ut Il. π, 219. cf. Virgil. Aen. IX, 182. — De *Praeneſte* v. lib. VIII, 366. qui locus etiam *Fortunae* mentionem verſ. 409. factam expedict.

415. De L. Iunio Bruto, primo poſt exactos reges conſule, nota hiſtoria eſt. v. Flor. I, 9. — 416. Horum virorum auxiliis recentibus (*novam molem* dicit) recreata acies, *reparaſſet ademtum campum*, h. e. e conturbatione et fuga ſe colligens pugnam inſtauraſſet, niſi Hannibal repentino impetu eam iam procurrentem repreſſiſſet.

422. *Flam. modo talis.* Cum acerbo contemtu elata vox: non diu eſt. Hannibal inquit, cum et Flaminium eadem pompa, iisdem inſignibus conſpicuum viderem, et vincerem. — 423. *clipei tonitru*, impulſu notum eſt heroes pugnam

Heu miser! aequari potuisti funere Paullo,
Si tibi non ira Superûm tunc esset ademtum
Hannibalis cecidisse manu. Quam saepe querere,
Varro, Deis, quod Sidonium defugeris ensem?
Nam, rapido subitam portans in morte salutem
Procursu, coepta in sese discrimina vertit
Scipio. Nec Poenum (quanquam est ereptus opimae
Caedis honor) mutasse piget maiore sub hoste
Proelia, et erepti Ticina ad flumina patris
Exigere oblato tandem certamine poenas.
Stabant educti diversis orbis in oris,
Quantos non alio vidit concurrere tellus
Marte, viri, dextraque pares, sed cetera ductor
Anteibat Latius, melior pietate fideque.

Desiluere

429. Sic Heins. pro vulg. *coepta sese in discr.* v. Oxon. et Putean. *incoepta sese discr.* edit. Rom. pr. et Mediol. *incepta sese ad discr.* 435. *quantos non alio* Heinsius reposuit ex Colon. et aliis scriptis; quamvis in Colon. *alios* erat.

gnam atrociorem et iram suam significare, Martis exemplo apud Virgil. Aen. XII, 332. qui *clipeo increpat*, et Iovis irati Aegida concutientis Aen. VIII, 354. ubi Heynius adduxit locum Homer. Il. δ, 167. ρ, 593.

424. sq. In hoc episodio de Hannibalis et Scipionis certamine singulari pugnam ipsam praegresso, omnia quidem ficta, et ad epicam quandam formam, inprimis quoad Deorum ab utraque parte opitulantium interventum, composita agnoscimus; sed illud non sine iudicio factum a poeta videtur, ut pro Varrone Scipionem cum Hannibale componeret, atque ita memores subinde lectores redderet illius viri, cuius tantum in hoc omni bello momentum fuit. — 428. *in morte*, in praesenti mortis periculo, quae mox *coepta discrimina* dicit. — 430. *opima caedes*, qua dux ducem interficit, dicta, ut spolia opima, de quibus v. supr. lib. I. 132. Mox *erepti* a Scipione *patris* mentionem expedias licet ex lib. IV, 468. sqq.

434. *educti* educati, *diversis in oris*, Scipio in Italia, Hannibal in Africa. Sed quid inde? Friget totus versus, meo quidem sensu.

Desiluere cava turbati ad proelia nube,
Mavors Scipiadae metuens, Tritonia Poeno;
Adventuque Deûm, intrepidis ductoribus, ambae
Contremuere acies. Ater, qua pectora flectit
Pallas, Gorgoneo late micat ignis ab ore,
Sibilaque horrificis torquet serpentibus aegis.
Fulgent sanguinei, geminum vibrare cometen
Vt credas, oculi: summaque in caſſide largus
Vndantes volvit flammas ad sidera vertex.

438. *desiluere* ex Colon. Vulg. *diffiluere* et sic Lefeb. ut sensus sit: diversi huc Mavors, illuc Pallas e nube irruunt in campum. Ferri opinio potest, sed sensum lectionis Colon. falsum esse, demonstrari non potest. 441. pro vulg. *ater* Cod. Putean. et ed. Parm. *acer*. *pectora* ex scriptis et editt. priscis Heins. Vulg. *pectore*, et sic Lefeb. 442. *Gorgoneo ab orbe* h. e. clipeo, coni. Heins. Sed vid. nott. 445. *e caſſide* Colon.

438. Noto ex Homero et Virgilio phantasmate utitur poeta, dum Martem et Palladem ab utraque parte opitulantes inducit. Martem Troianorum patronum ex Homero novimus, v. Il. ε, 592. eiusque in Scipionem favor iam supra lib. IV, l. c. declaratus est. Pallas autem *Tritonia* Hannibali veluti populari suo, et ut Graecorum patrona opem fert, v. ad lib. III, 322. Ambos terrificis armis indutos describit, coloribus undique e Virgilio congestis. Palladis habitum, in quo ut in Virgilii l. c. dubium est, utrum poeta thoracem ab aegide distinctum intelligi, an de solo thorace omnem locum accipi voluerit, descripsit ad imaginem Virgil. Aen. VIII, 435. sq. ubi vid. iudicium Heynii. Et notum est, veteres *os* illud *Gorgoneum*, s. caput Medusae modo in pectore modo in clipeo collocare. Drakenb. attulit Pausan. Attic. cap. 24. Senec. Herc. Fur. 900. et numos ex Tristan. Comm. Hist. T. II, p. 190. — 444-46. In ardore oculorum, et armorum truculento splendore declarando multa loca Virgilii erant, e quibus colores mutuare Silius poterat. Huc pertinere videtur Aeneid. X, 270. sq. ubi *apex ardet capiti*, qui nunc est *vertex*, λοφος, *flammas volvens*, magis ad hyperbolen accedente formula, ut fit in imitatione. cf. Aen. VII, 785. VIII, 680. IX, 732. Ex eodem loco nata etiam videtur *cometae* mentio, et *sanguinei oculi* ὄμματα ὕφαιμα, ardentia et veluti rubentia ex furore.

At Mavors, moto proturbans aera telo,
Et clipeo campum involvens, Aetnaea Cyclopum
Munere fundentem loricam incendia gestat,
Ac pulsat fulva consurgens aethera crista.
Ductores pugnae intenti, quantumque vicissim
Audere est, propius mensi, tamen arma ferentes
Sensere advenisse Deos, et, laetus uterque
Spectari Superis, addebant mentibus iras.
Iamque ictu valido libratam a pectore Poeni
Pallas in obliquum dextra detorserat hastam:
Et Gradivus, opem Divae portare ferocis
Exemplo doctus, porgebat protinus ensem
Aetnaeum in pugnas iuveni, ac maiora iubebat.
Tum virgo, ignescens penitus, violenta repente
Suffudit flammis ora, atque, obliqua retorquens

Lu-

447. *perturbans* vulg. *prot.* ex Colon. Heins. revocavit. 452. *audere est* Heins. ex Putean. et editt. Rom. Parm. quod confirmabant Rom. pr. et Mediol. Primus Nicander in Iunt. edidit *auderet*, quod aliae editt. servarunt. 458. *edoctus* Putean. 459. *in pugnas* ex MStis Heins. pro vulg. *in pugna*. Lefeb. *in pugnam*.

447. sq. In Marte, ut Deo, omnia crassius, quam pro rei natura, declarantur, Homerici phantasmatis exemplo. cf. Il. Φ, 407. ε, 859. sq. *Lorica incendia fundit*, ut Diomedis apud Homerum clipeus et galea, Il. ε, 4-7. et σ, 205. quibus Minerva accenderat ἀκάματον πῦρ. Haec omnia poetica exaggeratione elata, quis non facile ad simplicem sensum transferat, Martem et Palladem armatos sese pugnae insinuasse.

454. *addebant m. iras*, Virgiliana formula Aen. II, 355. — 455. 56. Deos ab iis, quos tuentur, tela hostium detorquentes ex Homero novimus, unde poetae caeteri centies hauserunt. cf. Iliad ε, 853. — 457. *Divae exemplo doctus*, ut qui saepe cum Minerva acriter pugnans, atque etiam vulneratus Homero traditur. cf. Il. ε, 840. seqq. v. 69. sq. — 459. *ensem Aetnaeum*, a Cyclopibus fabricatum sub Aetna, ut v. 448. loricam *Cyclopum munus* dixerat. — *maiora iubebat*, excitabat ad impetum fortiorem.

460. seqq. Pallas irata, et furens Martem aggreditur. Hanc Divae iram per partes varias

Lumina, turbato ſuperavit Gorgona vultu.
Erexere omnes immania membra chelydri
Aegide commota, primique furoris ad ictus
Retulit ipſe pedem ſenſim a certamine Mavors.
Hic Dea convulſam rapido conamine partem
Vicini montis ſcopuliſque horrentia ſaxa
In Martem furibunda iacit, longeque relatos
Expavit ſonitus, tremefacto litore, Saſon.
At non haec Superûm fallebant proelia regem.
Demittit propere ſuccinctam nubibus Irim,
Quae nimios frenet motus, ac talia fatur:
I, Dea, et Oenotris velox allabere terris,
Germanoque truces, dic, Pallas mitiget iras,
Nec ſperet fixas Parcarum vertere leges:
Dic etiam, Ni deſiſtis, (nam virus et aeſtus
Flammiferae novi mentis) nec colligis iram,
Aegida praecellant quantum horrida fulmina noſces.
Quae poſtquam accepit dubitans Tritonia virgo,
Nec ſat certa diu, patriis an cederet armis,
Abſiſtemus, ait, campo: ſed Pallade pulſa
Num fata avertet? coeloque arcebit ab alto
Cernere Gargani ferventia caedibus arva?

 Haec

467. *horrentia* e MStis Heinſ. Vulg. *haerentia*. 469. *Saſon* ex Colon. et Oxon. In caeteris *Saſſon*, *Sanſon*. 474. *Germanoque*, id eſt, Marti, Cod. Colon. Vulg. *germanaeque*. 478. *Aegida* ed. Lefeb. et ſic in edit. Rom. pr. a manu docta emendatum fuiſſe Drakenborchius notavit. Al. *Aegide*. 480. *nec ſat certa ſui* coni. Heinſ.

varias nimio colorum apparatu poeta deſcribit. — *igneſcens* ira, ut *iras igneſcere* Virgilius dixit Aen. IX, 66. — *turbato* irato v. Heyn. ad Virg. Aen. VIII, 435. — 466. Locus ex Homero traductus Il. Φ, 403. ſeqq. De *Saſone* v. lib. VII, 480.

471. ſeqq. *Iridem* a Iove miſſam finxiſſe poeta videtur maxime exemplo Homeri, qui Iovis nuntiam facit Il. ω, 144. Apud Virgilium Iunonis plerumque miniſtra eſt, ut Aen. IV, 699. et init. IX.

480. *patriis armis*, fulminibus Iovis. 483. *Gargani arva*, latius dicta, pro tractu Cannenſi. Haec, ut ſaepe vidimus,

Haec effata cava Poenum in certamina nube
Sublatum diversa tulit, terrasque reliquit.
At Gradivus atrox remeantis in aethera Divae
Abscessu revocat mentes, fusosque per aequor
Ipse manu magna, nebulam circumdatus, acri
Restituit pugnae. Convertunt signa, novamque
Instaurant Itali, versa formidine, caedem.
Cum ventis positus custos, cui flamina carcer
Imperio compressa tenet, coelumque ruentes
Eurique, et Boreae parent, Corique, Notique,
Iunonis precibus, promissa haud parva ferentis,
Regnantem Aetolis Vulturnum in proelia campis
Effrenat. Placet hic irae exitiabilis ultor.

Qui,

487. Locum Heinsius ex Coloniensi et aliorum vestigiis emendavit. In vulgatis libris sic: *fusamque — nebula circumdatus atra Restituit pugnam.* Huic lectioni Rom. pr. Mediol. et caeterae priscae editt. consentiebant. *nebulam circumdatus atram,* edidit Lefeb. sed postea in Additamentis editioni praemissis sententiam retractavit. 491. *Tum* vulg. 495. *Aetolis* ex coni. Heinsii, quae iam olim fuit Cluverii It. ant. IV, 12. pag. 1227. Vulg. *Aeoliis.* 496. Post hunc versum Lefeb. posuit duos versus, qui in nostra edit. sunt 513. et 514. *Ipse, caput — arena,* sed prima verba correxit *Ecce caput.* Deinde post vers. 500. inseruit versus tres 515-17. *Nunc versos — insibilat ore.* Post versum 507. inseruit versus iterum tres 518-20. *Interdum intentos — vellit.* Voluit nimirum vir doctus hanc de Vulturno narrationem in ordinem quendam redigere, ut primum diceretur, quid ille ventus nocuerit Romanis, et deinde quomodo Poenis profuerit. Sed meo sensu ordo ille, quem adhuc locus servavit, quamvis a rhetorica subtilitate forte alienus est, tamen et naturae rei, hoc est, perturbationi illi, et rationi poeticae multo mihi videbatur convenientior. Iam singulas lectiones ab-

solva-

dimus, centies variantur a Silio. 484. 85. Homerica Deorum consuetudo, heroes, quibus faveant, nube circumfusos, ex proelio educendi. cf. Iliad. υ, 321. et Virgil. V, 810.

491. seqq. Livius XXII, 46. „ventus, ait, quem Vulturnum incolae regionis vocant, adversus Romanos coortus, multo pulvere in ipsa ora volvendo prospectum ademit." Haec igitur poeta, cum epico verborum apparatu elata, ad miraculum usque exaggerat, secutus in multis nobilem locum Virgilii Aen. I, 52. et 81. seqq. Itaque Aeolus, *custos ventis positus,*

Qui, ſe poſtquam Aetnae merſit candente barathro,
Concepitque ignes, et flammea protulit ora,
Evolat horrendo ſtridore, ac Daunia regna
Perflat, agens caecam glomerato pulvere nubem.
Eripuere oculos aurae, vocemque, manuſque:
Vortice arenoſo candentes (flebile dictu)
Torquet in ora globos Italûm, et bellare maniplis
Iuſſa laetantur rabie. Tum mole ruinae
Sternuntur tellure et miles et arma tubaeque;
Atque omnis retro flatu occurſante refertur
Lancea, et in tergum Rutulis cadit irritus ictus.
Atque idem flatus Poenorum tela ſecundant,
Et velut amento contorta haſtilia turbo
Adiuvat, ac Tyrias impellit ſtridulus haſtas.
Tum, denſo fauces praecluſus pulvere, miles
Ignavam mortem compreſſo maeret hiatu.

ſolvamus. v. 504. in vulg. erat *iuſſa lacerantur rabie*, vitioſe. Sic tamen Oxon. et Putean. Dausqueius coniiciebat *iuſſus acerbatur rabie*. ed. Parm. *iuſſa baccbatur rabie*. Sed Heinſius ex Colon. emendavit *iuſſa* laetatur rabie. 505. *tubaeque* ex vulg. *iubaeque* coni. Heinſ. et ſic edidit Leſeb. 512. *marces* Oxon. et Putean.

ſitus, quem *regem* Virgil. dixit, *Iunonis precibus* motus, Vulturnum Romanis immittit. *Coelum ruentes* venti ſunt, procellam cum grandine adferentes. Hinc *coeli ruina* paſſim dicta, cf. Virg. verſ. 84.

497. Vt atrocior calamitas exiſtat, fingit poeta ventum vim igneam traxiſſe ex Aetnae cavernis, qui eſt *cadens barathrus*, i. e. depreſſus, profundus. — 501. *aurae* ſcil. Vulturni, qui mox *torquet globos*, et *laetatur*. — 505-507. vid. ad lib. VIII, 665. ſeq. Similis locus eſt de Aquilone apud Claudian. de III. Conſ. Honor. v. 93-95.

508. ſeqq. Eodem vento Vulturno tela Poenorum in Romanos emiſſa adiuvantur. Iam id per ſingulas partes docetur, luxuriante nimium ornatu verborum, et omnibus ad miraculum auctis, ut in ſuperioribus diximus. — 512. *ignavam mortem* feliciori brevitate dixit, quam Romani milites, ereptis a vento armis, et ſuffocati iniecto pulvere, veluti otioſi moriebantur. *Letum iners* infra dicit lib.

Ipſe, caput flavum caligine conditus atra,
Vulturnus, multaque comam perfuſus arena,
Nunc verſos agit a tergo ſtridentibus alis,
Nunc, mediam in frontem veniens clamante procella,
Obvius arma quatit, patuloque inſibilat ore.
Interdum intentos pugnae, et iam iamque ferentes
Hoſtili iugulo ferrum, conamine ducto
Avertit, dextramque ipſo de vulnere vellit.
Nec ſatis Auſonias paſſim foedare cohortes,
In Martem vomit immixtas mugitibus auras,
Biſque Dei ſummas libavit turbine criſtas.
Quae dum Romuleis exercet proelia turmis
Aeolius furor, et Martem ſuccendit in iras,
Affatur virgo, ſocia Iunone, parentem:
Quantos Gradivus fluctus in Punica caſtra
(Reſpice) agit, quantiſque furens ſe caedibus implet!
Nunc, quaeſo, terris deſcendere non placet Irim?

Quan-

517. *ori* nempe militum Romanorum, coni. Heinſ. 519. *conam. ducto* Heinſ. ex editt. priſcis. Vulg. *conamine et ictu*, Cod. Oxon. et Putean. *dictu*. 522. pro *auras* Colon. *iras*. 523. *libavit* ex coni. Heinſ. *libravit* Cod. Oxon. Putean. et editt. priſcae. *vibravit* in Cod. Tel. Rom. 2. et Vulg. quod ſervavit Lefeb. non male, meo ſenſu. vid. nott.

lib. X, 403. Ipſius rei imaginem e Livio traductam, facile erat intellectu, ſi quis attendere voluerit, lib. XXII, 51. „Inventi ſunt quidam merſis in effoſſam terram capitibus, quas ſibi ipſos feciſſe foveas, obruentesque ora ſuperiecta humo, interclusiſſe ſpiritum apparebat.“

518-20. Arguta cum luxurie expreſſi verſus! *ferentes ferrum*, illaturos, adacturos, *avertit conamine ducto*, h. e. ita directo niſu, ut manus ferientium abducerentur, et retorquerentur. *de vulnere*. Atqui vulnus nondum erat, quia ventus ictum impediebat. Ergo locum cogita, qui ad vulnus infligendum petebatur. —

522. *vomit auras*, infelici metaphora dictum ſentio, quemadmodum mox *libare*, paulo clementius et tenuiter, de *turbine*. Scilicet ſtringebat ventus criſtas, atque excutere

Quanquam ego non Teucros, (noſtro cum pignore regnet
Roma, et Palladio ſedes hac urbe locarim)
Non Teucros delere aderam; ſed lumen alumnae
Hannibalem Libyae pelli, florentibus annis,
Vita, atque exſtingui primordia tanta negabam.
Excipit hic Iuno, longique laboris ab ira,
Immo, ait, ut noſcant gentes, immania quantum
Regna Iovis valeant, cunctiſque potentia quantum
Antiſtet, coniux, Superis tua, disiice telo
Flagranti (nil oramus) Carthaginis arces,
Sidoniamque aciem vaſto telluris hiatu
Tartareis immerge vadis, aut obrue ponto.
Contra quae miti reſpondet Iupiter ore:
Certatis fatis, et ſpes extenditis aegras.
Ille, o nata, libens cui tela inimica ferebas,
Contundet Tyrios iuvenis, ac nomina gentis
Induet,

538. *diſcute* vulg. Leſeb. ſervavit. *disiice* Heinſ. ex Oxon. et Putean. ubi *diſſice*. 539. *nil obſtamus* coni. Heinſ. Sed hoc eſt quoddiam gloſſema. vid. nott.

cutere tentabat. v. ad lib. V, 273. et varr. lect.

530-34. Non eo conſilio in pugnam deſcendi, ut Romanos delerem, ſed ut Hannibalis vitam defenderem. *Palladium*, ſignum Palladis, dum poeta in Roma collocat, eos auctores ſequitur, qui Aeneae illud a Diomede reſtitutum, et cum Penatibus in Italiam translatum tradiderunt. cf. Ovid. Faſt. VI, 421. 431. ſeq. Enimvero Virgilius Aen. I', 163. ſeq. Palladium ante Troiam captam ab Vlyſſe et Diomede furtim ablatum narrat. De his uberius diſputat Heyn. in Excurſ. ad Aen. II, 293. pag. 249. — — *lumen* de egregio homine dici, nota res. *Libyae alumnae*, quae me aluit, inquit Marſus, recte. vid. lib. III, 322.

535. ſeqq. Callide Iuno cum Iove agit. Nam dum eum excitat ad Carthaginienſes fulmine delendos, acerba ironia ita utitur, ut eo tutius ſententiam ſuam fulciat. Sed tales orationis veluti latebrae magis ſentiri, vel declamatione ſignificari debent, quam explicari verbis: illa praeſertim, *nil oramus*, h. e. non deprecor pro Carthaginienſibus.

Induet, et Libycam feret in Capitolia laurum.
At, cui tu, coniux, cui das animoſque decuſque,
(Fata cano) avertet populis Laurentibus arma.
Nec longe cladis metae: venit hora dieſque,
Qua nullas unquam tranſiſſe optaverit Alpes.
Sic ait; atque Irim propere demittit Olympo,
Quae revocet Martem, iubeatque abſcedere pugna.
Nec vetitis luctatus abit Gradivus in altas
Cum fremitu nubes, quanquam lituique, tubaeque,
Vulneraque, et ſanguis, et clamor, et arma iuvarent.
Vt patuit liber Superûm certamine tandem,
Laxatuſque Deo campus, ruit aequore ab imo
Poenus, quo ſenſim coeleſtia fugerat arma,
Magna voce trahens equitemque, viroſque, feraeque
Turrigerae molem, tormentorumque labores.
Atque ubi turbantem leviores enſe catervas
Agnovit iuvenem, ſcintillavitque cruentis
Ira genis, Quaenam Furiae, quiſve egit in hoſtem,
En, Minuci, Deus, ut rurſum te credere nobis
Aude.

548. *vertet* ſcripti libri cum editt. priſcis.

bus. Idonea etiam et gravis Iovis reſponſio eſt, contra fata non poſſe ullum conſilium iniri. Omnino totus locus accommodate ad affectum et characteres loquentium expreſſus. — 546. *nomina g. induet*, Scipio Africanus appellabitur, et *feret in Cap. laurum*, ſolenni more triumphantium, qui laurum in gremio Iovis Capitolini deponebant. v. inf. lib. XV, 119. et interpp. ad Plin. Paneg. cap. 8. — 548. *avertet — arma*, cogetur Hannibal arma a Latinis avertere, et in Africam reverti: *nec longe* abſunt *cladis metae*, exitii Hannibalis terminus.

556. ſeqq. Iam diſceſſu Deorum facto, Hannibal *ex imo aequore*, h. e. e remotiori campi tractu, ubi hactenus Martis metu delituerat, denuo hoſtes invadit. Haec ulterius ornantur verbis, inprimis verſſ. 559. 60. qui collectas undique ad pugnam inſtaurandam copias declarant. — 561. Hic primum Hannibal Minucium obvium increpans interficit. Locus omnis lucem accipiet ex fine libri VII, ubi

Auderes, inquit? Genitor tibi natus ab armis
Ille meis, ubi nunc Fabius? Semel, improbe, nostras
Sit satis evasisse manus: atque inde superbis
Hasta comes dictis murali turbine pectus
Transforat, et voces venturas occupat ictu.
  Nec ferro saevire sat est. Appellitur atra
Mole fera, et monstris componitur Itala pubes.
Nam, praevectus equo, moderantem cuspide Lucas
Maurum in bella boves stimulis maioribus ire,
Ac raptare iubet Libycarum armenta ferarum.
Immane stridens agitur, crebroque coacta
Vulnere bellatrix properos fert belua gressus.
Liventi dorso turris, flammaque virisque
Et iaculis armata, sedet: procul aspera grando
Saxorum super arma ruit, passimque volanti
Celsus telorum fundit Libys aggere nimbum.
Stat niveis longum stipata per agmina vallum
Denti-

565. *navus* editt. Rom. et Parmens. Receptae lect. favet Mediol. ed. 572. *praevectus* ex Colon. et Putean. Vulg. *prov.*

ubi Minucius Fabium, cuius ope servatum se sentiebat, *genitorem* appellat. v. 736. sqq. Hinc ille Hannibalis sarcasmus vers. 565. ubi nunc Fabius ille est, qui te nuper armis meis eripiebat? — 568. *murali turbine*, tam valido impetu, ac si murus peteretur. *voces vent. occ.* loqui et deprecari volentem telo praeoccupat.

570. *appellitur*, admoventur praeterea hostibus elephanti. Mira luxurie horum nomina, omnemque habitum et usum effert. *Lucas boves* iam Lucretius dixerat lib. V, 1304. Plin. H. N. VIII, 6. *Elephantos Italia primum vidit Pyrrhi regis bello, et boves Lucas appellavit in Lucania visos.* Contra Varro de L. L. cap. 6. dictos ait a *luce*, quod longe relucebant propter inauratos regios clipeos, quibus turres eorum ornatae fuerunt. vid. Salmas. ad Plin. pag. 218. — 577. *liventi dorso*, nigro, s. fusco, ut antea *atra mole fera.* vid. lib. VII, 684. — 580. *celsus Libys*, ex turribus in dorsis elephantorum extructis, quem *volantem aggerem* dicit, seu ob impetum, quo in hostes ruebant, si aggerem elephantos ipsos dixit, seu quia turres veluti suspensae

Dentibus, atque ebori praefixa comminus hasta
Fulget ab incurvo derecta cacumine cuspis.
Hic, inter trepidos rerum, per membra, per arma
Exigit Vsentis sceleratum belua dentem;
Clamantemque ferens calcata per agmina portat.
Nec levius, Tadio laevum qua tegmine thorax
Multiplicis lini claudit latus, improba sensim,
Corpore non laeso, penetrarunt spicula dentis,
Et sublime virum clypeo resonante tulerunt.
Haud excussa novi virtus terrore pericli.
Vtitur ad laudem casu, geminumque citato
Vicinus fronti lumen transverberat ense.
Exstimulata gravi sese fera tollit ad auras
Vulnere, et erectis excussam cruribus alte
Pone iacit volvens reflexo pondere turrim.
Arma virique simul spoliataque belua visu
Sternuntur subita (miserandum) mixta ruina.
Spargi flagrantes contra bellantia monstra
Dardanius taedas victor iubet, et facis atrae,
Quos

583. *derecta* ex Colon. Heins. pro vulg. *deiecta*. 586. *furens* coni. Heins. Sed recte Drakenb. adnotavit, palilogias Silio in deliciis fuisse. 587. *Tadio*, Latinum nomen, ex Colon. reposuit Heins. Vulgata lectio *nec levius radio* sensu carebat. 595. *arrectis* coni. Heins. ex simili loco Virgilii Aen. X, 892. Sed Drakenborch. contra laudavit locum Silii ex lib. XVII, 135. et Livii VIII, 7. — 599. *spargi* ex Colon. et Putean. Heins. pro vulg. *spargere*. 600. *ductor* vel *rector* coni. Heins. quia *victor* non recte diceretur, qui hoc proelio succubiturus erat.

sae a tergis nutabant. 582. Describitur machina, quam elephas portabat, *ebori praefixa hasta*, quae obvios transverberabat.

587. seqq. Novam scenam ostendit poeta. *Tadius* quidam, Romanum nomen, thorace lineo deprensus et in altum excussus ab elephanto, hunc postea oculis ense spoliat. 593. *vicinus fronti*, nempe cum haereret a dente, et fronti ita vicinus esset, ut oculos attingere posset. Locus sequens v. 594-96. refictus est e Virgil. Aen. X, 892. seqq. quamvis proprio ornatu. Imago rei bene expressa ad naturam.

600. seqq. *Dardanius victor*, ille ipse Tadius, qui bel-

Quos fera circumfert, compleri fulfure muros.
Nec iuffo mora: collectis fumantia lucent
Terga elephantorum flammis; paftufque fonoro
Ignis edax vento per propugnacula fertur.
Non aliter, Pindo Rhodopeve incendia paftor
Cum iacit, et filvis fpatiatur fervida peftis,
Frondofi ignefcunt fcopuli; fubitoque per alta
Collucet iuga diffultans Vulcanius ardor.
It fera candenti torrente bitumine corpus
Amens, et laxo diducit limite turmas.

Nec

602. *conie&tis* côni. Heinf. 603. *paftusque* Mod. ex Colon. — Vulgatam *raptusque* quam expreffit Lef. ex auctoritate Cod. Tel. exhibent omnes editt. prifcae, etiam Marfi Veneta utraque et Parif. quamvis in commentariis *partusque* legat. 614. In vulgatis libris hic verfus deeft, quem ex MStis Modius et Heinfius vindicarunt.

belluam vifu fpoliaverat; quamvis fere miraculi inftar eft, quod hic Tadius ab elephanto in altum fublatus et excuffus, a tanta ruina falvus et incolumis fervatus eft. Ipfe autem poeta videtur cavere voluiffe, ne hic haereremus. Nam fupra v. 589. dicit *corpus* Tadii *non laefum* fuiffe, et v. 597. non Tadium illum, fed *arma* modo *virosque* fubita belluae ruina ftratos concidiffe.

605. feqq Comparatio ad exemplum Virgilii elata, Aen. X, 405. feq. cui praeivit Homerus. Il. λ, 155. Sed quaeri h. l. debet, quod et Heynius in Virgilio quaefivit, cur paftor filvam incendat. Non enim dicitur paftori ignem incauto excidiffe; ergo lubens et volens id feciffe putandus eft. Virgilium Heynius defendit, cum doceret *filvam* illi ftipulas dici agri demeffi. Verum noftro in loco cum *alta iuga* commemorentur, planum eft Silium filvas proprie fic dictas intellexiffe. Itaque five temere fecit Silius, five res ita expedienda eft, ut animo fingas paftorem, qui tractum filveftrem mutare in agrum frugiferum, adeoque arborum fruticumque cineribus ad eum ftercorandum uti velit. Simile inftitutum iam fupra vidimus lib. VII, 365. *cum Calabros urunt ad pinguia pabula faltus*, ut ex filva pratum fiat. Caeterum colores, quibus comparationem ornat, paffim alibi monftravimus, ut lib. IV, 680. V, 510. feq.

610. *laxo d. limite.* v. dicta ad verf. 379. — Ad 611. 12.

Nec cuiquam virtus propiora capeſſere bella:
Longinquis audent iaculis, et arundinis ictu.
Vritur impatiens, et magni corporis aeſtu
Huc atque huc iactas accendit belua flammas:
Donec vicini tandem ſe fluminis undis
Praecipitem dedit, et, tenui decepta liquore
Stagnantis per plana vadi, tulit incita longis
Exſtantem ripis flammam, tum denique ſeſe
Gurgitis immerſit molem capiente profundo.
At qua pugna datur, necdum Mauruſia peſtis
Igne calet, circumfuſi Rhoeteïa pubes
Nunc iaculis, nunc et ſaxis, nunc alite plumbo
Eminus inceſſunt. Vt qui caſtella per altos
Oppugnat munita locos, atque aſſidet arces.
Auſus digna viro, fortuna digna ſecunda,
Extulerat dextram atque adverſum comminus enſem
Mincius infelix auſi: ſed ſtridula, anhelum
Fervorem effundens, monſtri manus abſtulit acri
Implicitum nexu, diroque ligamine torſit,
Et ſuperas alte miſerum iaculata per auras
Telluri eliſis afflixit (flebile) membris.

Has

624. *aſſidet* ex Colon. Mod. Sic et Oxon. et ed. Rom. Vulg. *obſidet*. 625. *Fortuna et digna* ed. Lef. cum vulg 627. *Mincius* MSti et editt. vett. pro vulg. *Mutius*. 631. Verſum emendavit Modius ex Colon. Vulgata lectio erat *Tellure eliſit ac flexit (flebile) membris.*

12. cf. lib. V, 442. — 614. *accendit fl.* auget vim flammae, dum ſe iactat et cum impetu movet bellua. Planius eandem ſententiam ſupra explicaverat poeta lib. VII, 353. *quaſſantibus aegra armentis capita, adiutae pingueſcere flammae coepere.*

620. ſeqq. Ab altera parte telis inceſſunt elephantos, ut ſi arx expugnanda eſſet. In ſeqq. commemoratur ſcena memorabilis. Mincius dum enſe elephantum aggreditur, deprehenſus et in aciem mediam iactus telluri adliditur. Haec luxurianti ornatu exaggerantur. *monſtri manus*, proboſcis, paſſim obvio exemplo, unde *anguimanos* dixit Lucretius V, 1304. De *eliſis membris* cf. ſimilem locum lib. III, 34.

Has inter clades viſo Varrone ſub armis
Increpitans Paullus, Quin imus comminus, inquit,
Ductori Tyrio, quem vinctum colla catenis
Staturum ante tuos currus promiſimus urbi?
Heu patria, heu plebes ſcelerata, et prava favoris!
Haud unquam expedies tam dura ſorte malorum,
Quem tibi non naſci fuerit per vota petendum,
Varronem, Hannibalemve magis. Dum talia Paullus,
Vrget praecipites Libys, atque in terga ruentum
Ante oculos, cunctas, ductoris, concitat haſtas.
Pulſatur galea, et quatiuntur Conſulis arma.
Acrius hoc Paullus medios ruit aſper in hoſtes.

Tum vero excuſſus mentem, in certamina Paullo
Avia diducto, convertit Varro, manuque
Cornipedem inflectens, Das, inquit, patria, poenas,
Quae,

637. *dira* vulg. et ſic Lefeb. *dura* ex MSt. Heinſ. 640. *praecipites* emendavit Heinſ. cum in vulg. eſſet *praecipitans*. in Colon. *praecipiti*, in Oxon. *praecipitis*. 641. pro *cunctas* N. Heinſ. coni. *iunctas haſtas*, hoc eſt, continuatas, admodum frequentes. 644. *diducto* ex Colon. pro vulg. *deducto*. Heinſius etiam *ſeducto* coni.

633. ſeqq. Cum acerba ironia Paullus loquitur. *ſtaturum ante currus*, captivum agere in triumpho. Duces enim victi ante currum triumphalem agi ſolebant. Et iactaverat hoc ipſe Varro lib. VIII, 278. *Latia devinctum colla catena Hannibalem Fabio ducam ſpectante per urbem.* — 636-39. Locus dura, meo ſenſu, oratione expreſſus. Senſum bene dedit Drakenborch.: O patria, in tam ancipiti malo haud dixeris, utrum tibi magis optandum ſit, Varronem an Hannibalem nunquam natum fuiſſe. Adumbratus locus videtur ex oratione Fabii ad Paulum apud Liv. XXII, 39. *Erras, Paulle, ſi tibi minus certaminis cum C. Terentio, quam cum Hannibale futurum cenſes. Neſcio an infeſtior hic adverſarius, quam ille hoſtis maneat* etc. — Hinc *plebes ſcelerata et prava favoris* dicitur, quatenus hoc favore effecit, ut Varro conſul et imperator fieret in reipublicae perniciem.

644. ſeqq. Bene expreſſam imaginem poeta addit Varronis metu et deſperatione acti, fugien-

Quae, Fabio incolumi, Varronem ad bella vocaſti.
Quaenam autem mentis, vel quae diſcordia fati?
Parcarumque latens fraus eſt? Abrumpere cuncta
Iamdudum cum luce libet. Sed comprimit enſem
Neſco qui Deus, et meme ad graviora reſervat.
Vivamne? et fractos ſparſoſque cruore meorum
Hos referam populo faſces? atque ora per urbes
Iratas ſpectanda dabo? et, quo ſaevius ipſe
Hannibal haud poſcat, fugiam, et te, Roma, videbo?
Plura indignantem telis propioribus hoſtes
Egere, et ſonipes rapuit laxatus habenas.

649. *Parcarumne* ed. Lefeb. *fraus haec* coni. Heinſ.

fugientis, et graviter ſentientis culpam temeritatis ſuae, qua maxime calamitatem Romanis attulerit. In affectu hominis et oratione vix deſideres quicquam, quod ad carminis dignitatem, characterisque veritatem pertineat. Inprimis feliciter elata verbis deliberatio eſt, (verſſ. 648. ſeq.) utrum mortem ſibi conſciſcat, an Romam redeat, in qua mira ignaviae et timiditatis cum pudore pugna cernitur. cf. Liv. XXII, 49. et ſimilem locum Virgil. Aen. XII, 643. ſeqq.



C. SILII ITALICI PVNICORVM LIBER X.

ARGVMENTVM.

Paullus in medios hoſtes irruens, ſuosque ad fortiter pugnandum excitans, Catone defendente, magnam hoſtium ſtragem edit. Mox reſtituta pugna Paullo in agmen hoſtile irrumpenti, Hannibalemque luſtranti, Iuno Metelli perſonam induens apparet, ſuadetque, ut periculum vitae evadat et fugiat. Sed Paullus increpans eum dimittit. Itaque Iuno Mauri Gelaſtae ſpeciem adſumens Hannibalem excitat, ut tela in Paullum convertat. Is mox ſex fratres una cum Criſta patre interficit. E contrario Paullus multos hoſtes trucidat, cum repente ex inſidiis Numidae prorumperent. Fit caedes promiſcua; Galba cadit. Ventus Vulturnus procellam in campo ciens verſus Aufidum agit Romanos, in quo multi merguntur. Conſul ſe infert hoſtibus, ubi mox Viriathus Servilium obtruncat. Sed illum Paullus interficit; idque ultimum Paulli facinus fuit. Nam ſaxo percuſſus ad ſcopulum fugiens animam agit. Iam Lentulus valde conqueſtus hanc Paulli ſortem, adhortatur, ut equo arrepto ex eo loco fugiat. Paullus autem hunc orat, ut citato curſu Romam abeat, iubeatque, ut portae claudantur, et Fabio imperium belli tradatur. Denique Afrorum telis oppreſſus eſt. Paullo mortuo, Romanae cohortes paſſim turbatae ſternuntur. Ea victoria elatus Hannibal poſtero die Romam pergere conſtituebat. Itaque Iuno Somnum excitat, Hannibalem ut adeat, et a conſilio Romam invadendi abſterreat. Expergefacto Mago frater nuntiat, caſtra Romana ſe dediſſe, et ſuadet, ut Romam pergat. Sed Hannibal celata cauſſa id a ſe amolitur. Interea copiarum Romanarum reliquiae Canuſii ſe colligunt. Earum miſerabilis conditio deſcribitur: Alii lugent ducto-

res caeſos, inprimis Paullum; alii caſtra vallo et operibus muniunt. Metellum, qui militibus perſuadere conatus erat, ut in tractum remotiorem fugerent, Scipio increpat, et a conſilio abſterret. — Hannibal campum et caedes factas luſtrat. Inſeritur epiſodium de equo Cloelium dominum exanimem agnoſcente. Cinna Hannibalem de huius Cloelii origine et familia certiorem facit. Mox cadaver Paulli a militibus repertum eruitur, quod Hannibal honeſte ſepeliendum curat. Pyra Marti conſtruitur, et deinde exſequiae Paullo habentur. Fama autem de clade Cannenſi Romam perlata magnam trepidationem fecit. Vulgus Varroni Romam adventanti iratum a Fabio ſedatur. Ita Varro ſatis magno plebis favore excipitur. Senatus nova conſilia init de copiis reſtaurandis et bello continuando.

PAVLLVS, ut adverſam videt increbreſcere pugnam,
Ceu fera, quae, telis circumcingentibus, ultro
Aſſilit in ferrum, et per vulnera colligit hoſtem,
In medios fert arma globos, ſeſeque periclis
Ingerit, atque omni letum molitur ab enſe.
Increpat horrendum, Perſtate, et fortiter, oro,
Pectoribus ferrum accipite, ac ſine vulnere terga
Ad manes deferte, viri. Niſi gloria mortis,
Nil ſupereſt. Idem ſedes adeuntibus imas
Hic vobis dux Paullus erit. Velocius inde
Hae-

8. Burmannus coniecerat *Ad manes deferte. viris, niſi gloria mortis, Nil ſupereſt.*

1-5. Paullus in medios pugnantes irruit. cf. Liv. XXII, 49. — *increbreſcere* pro augeri, exemplo Virgil. Georg. I, 359. Etiam ſequens comparatio adumbrata e Virgil. A. IX, 551. ſeq. — *per vulnera colligit hoſtem* fera, dum, quamvis undique vulneribus inflictis, inſatiabili furore in hoſtes irruit, eosque veluti conquirit. Geſnerus ad Claud. bell. Gild. v. 468. *colligit* dictum putabat pro corripit. Caeterum Paulli impetus in hoſtes mox tribus modis, more Siliano, variatur.

10. *hic dux*, δεικτικῶς et graviter elata vox. cf. lib. XII, 239. — *inde*, his dictis, vehe-

Haemonio Borea, pennaque citatior ibat,
Quae redit in pugnas fugientis arundine Parthi;
Atque, ubi certamen primi ciet immemor aevi
Fetus Gradivo mentem Cato, fertur in hoſtes;
Ac iuvenem, quem Vaſco levis, quem ſpicula denſus
Cantaber urgebat, letalibus eripit armis.
 Abſceſſere retro, pavidique in terga relatos
Abduxere gradus. Vt laetus valle remota
Cum capream venator agit, feſſamque propinquo
Inſequitur curſu, et ſperat iam tangere dextra,
Si ferus adverſo ſubitum ſe protulit antro,
Et ſtetit ante oculos frendens leo, deſerit una
Et color, et ſanguis, et tela minora periclo:
Nec iam ſperatae cura eſt in pectore praedae.
Nunc in reſtantes mucronem comminus urget,
Nunc trepidos ac terga mala formidine verſos
Aſſequitur telis. Furere, ac decorare labores,
Et ſaevire iuvat: cadit ingens nominis expers
Vni turba viro: atque alter ſi detur in armis
Paullus Dardaniis, amittant nomina Cannae.

14. Hic verſus felici coniectura N. Heinſii emendatus eſt. In libris ſcriptis et editis magna varietas erat lectionum, quarum nulla idoneum ſenſum praebebat. Vulgo edebatur *Pactus Gradivus mente, et cito fertur in hoſtes.* 15. *denſens* coni. Heinſ. vel potius Livineius, notante Cortio. 18. *adduxere*, hoc eſt, contraxere, coni. Heinſ.

vehementi impetu *ibat*, vel ut mox *fertur* in hoſtes. Comparatio velocitatis cum vento et penna v. inf lib XV, 572. De Parthis inter fugiendum iacula emittere ſolitis, dictum eſt ad lib. VII, 645. et de Catone iuvene ibid verſ 693. *fetus Mavorte mentem* eſt bellicoſus, fortis.

19. Comparatio apta rei praeſenti, et Paulli perſona ſatis digna. Eius veſtigia paſſim apud poetas obvia. Ex Homero Drakenborchius contulit Iliad. ο, 630. ſeq. — Verſus 23. totus fere Ovidianus Metam. X, 459. *tela minora periclo* ſunt imbecilliora, imparia periculo avertendo.

29. *alter ſi detur.* Notus color orationis ex Homero et Virgil. ut dictum eſt ad lib. VII,

Tandem inclinato cornu sine more ruebat
Prima acies, non parca fugae. Labienus et Ocris
Sternuntur leto atque Opiter, quos Setia colle
Vitifero, celsis Labienum Cingula saxa
Miserunt muris. Iunxit fera tempora leti
Sidonius non consimili discrimine miles:
Nam Labienus obit penetrante per ilia corno;
Fratres, hic humero, cecidere, hic poplite, caesis.
Oppetis et Tyrio super inguina fixe veruto
Maecenas, cui Maeonia venerabile terra,
Et sceptris olim celebratum nomen Etruscis.
Per medios agitur, proiecto lucis amore
Hannibalem lustrans, Paullus. Sors una videtur
Aspera, si occumbat ductore superstite Poeno.
Quam metuens molem (neque enim, certamine sumto,
Tempestas tanta et rabies impune fuissent)
In faciem pavidi Iuno conversa Metelli,
Quid vanos, inquit, Latio spes unica Consul,
Incassumque moves, fato renuente, furores?

Si

37. *corno* ex Colon. pro vulg. *cornu*. 38. *caesis* Barth. et Heins. ex MStis. Sic et Parmens. ed. Caeterae *caesi*, quod Cellar. edidit. Vulg. *poplite caeso*. 43. pro *sors* Heins. coni. *mors*. 48. *spes ultima* editt. priscae. 49. Sic ex Colon. Vulg. *Incassum renovas*, pro quo *removes* Oxon. et Putean.

VII, 147. — 31. *sine more*, ἀκόσμως, sine ordine, et lege. cf. Virgil. Aen V, 694. et VII, 377.

34. Singulorum militum caedes describitur. — *Cingulum* opp. Picentinorum a Labieno constitutum, auctore Caesare B. C. lib. I, 15. Ergo Silius ad hunc Labienum in simili nomine allusit, ut solet.

35. *iunxit* — *miles*, pro vulgari, illi tres fratres uno tempore, sed diversis vulneribus perierunt.

40. De Maecenatum familia ad reges Etruscorum origines suas referente, nota res. cf. interpretes ad Horat. Od. I, 1. III, 19.

45. seq. Inseritur machinatio Iunonis, quae Hannibali ex Paulli furore periculum metuens, persona Metelli sumta, Paullum a consilio Hannibalis persequendi absterrere conatur.

Si supereſt Paullus, reſtant Aeneïa regna:
Sin ſecus, Auſoniam tecum trahis. Ire tumentem
Tu contra iuvenem, et caput hoc abſcidere rebus
Turbatis, o Paulle, paras? Nunc Hannibal ipſi
(Tam laetus bello eſt) auſit certare Tonanti.
Et iam converſis (vidi nam flectere) habenis
Evaſit Varro, ac ſeſe ad meliora reſervat.
Sit ſpatium fatis: et, dum datur, eripe leto
Huc noſtris maiorem animam: mox bella capeſſes.
Ad quae ſuſpirans ductor, Mortemne ſub armis
Cur poſcam, cauſa iſta parum eſt, quod talia noſtrae
Pertulerunt aures ſuadentem monſtra Metellum?
I, demens, i, carpe fugam. Non hoſtica tela
Excipias tergo, Superos precor. Integer, oro,
Intactuſque abeas, atque intres moenia Romae
Cum Varrone ſimul. Talin', pavidiſſime, dignum
Me vita, pulchraque indignum morte putaſti?
Quippe furit Poenus, qui nunc contraria bella
Ipſi ferre Iovi valeat! Pro degener altae
Virtutis patrum! Quando certamen inire,

 Cui-

54. *belli* coni. Heinſ. 58. *huc* ex Colon. Vulg. *hanc*, quod edidit Lefeb. 61. *pertulerunt* ex Colon. pro vulg. *pertulerint*, quod Lef. expreſſit. 67. *furit* ex Marſi edit. Ven. et Colonienſis cod. veſtigiis poſuit Heinſ. pro vulg. *finit*, quod tamen ſervavit Lef.

tur. — *Metelli pavidi* imago luculentius infra exhibetur verſ. 418. ſeq. — *molem* ipſum Paullum dicit, magno cum impetu et furore graſſantem, ut mox *tempeſtatem* et *rabiem*. v. lib. VIII, 669. — Ad verſſ. 55. 56. cf. lib. IX, 645. et 651. — 57. *ſit ſp. fatis*; noli fatis repugnare. v. ad lib. IX, 543. ſeq.

59. Mori me illico vel ideo oportet, quod te, Metelle, fugam ſuadentem audire ſuſtinebam. 62. cum acerba ironia dicta, exemplo Diomedis apud Homer. Il. ϑ, 95. μήτις τοι φεύγοντι μεταφρένῳ ἐν δόρυ πήξῃ. — Verſus 67. 68. rationem reddunt, quare pulcrum et decorum ſit nunc mori. Nempe honeſtiſſima mors eſt, ſummo heroi, qui vel cum Iove contendere valeat, ſuccumbere. Ita Homerus de Diomede, ὃς ἂν Διῒ πα-

Cuive virûm mallem memet componere, quam qui
Et victus dabit et victor per ſecula nomen?
Talibus increpitat, medioſque aufertur in hoſtes,
Ac retro curſum tendentem ad crebra ſuorum
Agmina, et in denſis furantem membra maniplis
Per conferta virûm et ſtipata umbonibus arma
Conſequitur melior planta, atque obtruncat Acheram.
Vt canis occultos agitat cum Belgicus apros,
Erroreſque ferae ſollers per devia merſa
Nare legit, tacitoque premens veſtigia roſtro
Luſtrat inacceſſos venantum indagine ſaltus;
Nec ſiſtit, niſi, conceptum ſectatus odorem,
Deprendit ſpiſſis arcana cubilia dumis.
At coniux Iovis, ut Paullum depellere dictis
Nequidquam fuit, et Conſul non deſinit irae,
In faciem Mauri rurſus mutata Geleſtae,
Avocat ignarum ſaevo a certamine Poenum.
Huc tela, huc, inquit, dextram implorantibus affer,

O de-

70. *virûm* Colon. Vulg. *viro* et ſic Lefeb. 77. *Belgicus* ex vulgat. Sed Colon. *Bellicus*, quod recepit Lefeb. 86. *avocat ignarum* Mod. ex Colon. pro vulg. *advocat ignavum*.

πατρὶ μάχοιτο, Il. ε, 362. et 457.

73-76. Nova ſcena. Paullus Acherram ad ſuos refugientem trucidat. *furantem membra*, clam ſe hoſtibus ſubducentem. *conſequitur mel. planta*, formula Virgiliana, ut Aen. V, 152. *quem Cloanthus conſequitur melior remis.* cf. ibid. verſ. 430. et IX, 556.

77-82. Comparatio luxuriante verborum apparatu expreſſa, at inſignis tamen, ſi naturae delineationem quaeris. Imbutum Virgilii lectione poetam facile agnoſces. Sed videtur locum ſimilem Senecae Hippol. v. 39. in mente habuiſſe: *nunc demiſſi nare ſagaci Captent auras, luſtraque preſſo quaerant roſtro.* cf. Lucan. IV, 442. ſq. In *cane Belgico* non eſt argutandum. Solent poetae in his definite loqui. Illos canes etiam adhibuere Ovid. Met. I, 533. Martial. III, 47. — *merſa nare*, demiſſa humum, ut ſolent canes feram inſequentes, et odoratu veſtigia diſtinguentes.

83. ſq. Iuno, quia Paullum a conſilio depellere non poteſt,

O decus aeternum Carthaginis. Horrida iuxta
Stagnantes Conſul molitur proelia ripas:
Et laus haud alio maior datur hoſte peremto.
Haec ait; et iuvenem diverſa ad proelia raptat.
Flumineo Libycam turbabat in aggere pubem:
Criſtae nomen erat. Bis terni iuncta ferebant
Arma ſenem circa nati: pauperque penatum,
Sed domus haud obſcura Tuder, notuſque per Vmbros
Bellator populos, factis et caede docebat
Natorum armigeram pugnas tractare cohortem.
Vnanima inde phalanx, crudo ducente magiſtro,
Poſtquam hominum ſatiata nece eſt, proſtraverat ictu
Innumero cum turre feram, facibuſque ſecutis
Ardentem monſtri ſpectabat laeta ruinam:
Cum ſubitus galeae fulgor, conoque coruſcae
Maiore intremuere iubae: nec tarda ſenectus;
(Agnovit nam luce virum) rapit agmine natos

99. *nece eſt* ex coni. Dausq. et Heinſ. In vulg. erat *ſatiata necem*. 100. *ſecutis* ex Putean. et Marſi edit. Ven. Eodem et Oxon. et Colon. adludebant, in quibus *ſecutus*. Vulg. *ſecuta*. 104. *agmine* Putean. Oxon. et editt. vetuſtae pro *agmina* vulg.

eſt, Geleſtae perſonam induens, Hannibalem adhortatur, ut ſuis ſuccurrat. Locus ſimilis eſt Virgil. Aen. X, 633. ſq. de Iunone Aeneae ſimulacrum conflante. *Ignarum* Poenum eatenus dictum docuit Drakenborchius, quod Iuno in faciem Geleſtae mutata Hannibali mentiatur, Paullum iuxta Aufidum ingentem ſtragem edere, cum tamen is in longe diverſa parte pugnaret; atque ita ignarum Poenum, qui falſi Geleſtae dictis fidem habebat, a ſaevo vicini Paulli certamine avocet.

92. ſq. Vt varietate caedum pugna diſtinguatur, Criſtam Romanum cum ſex filiis in ſcenam producit poeta, qui una cum patre ab Hannibale caeduntur. Amat eiusmodi fictiones Silius, tum ob illam cauſam, quam diximus, tum quod adferunt varios ſenſus miſerationis, et multiplicem ornatum admittunt. — 94. *pauper penatum*, rem anguſtam domi habens, ut *parvos penates* de humili caſa dixit Virgil. A. VIII, 543. — 101. *ardentem ruinam* exquiſite pro turris collapſae, everſae incendium.

Saeva parens ultro in certamina, et addere passim
Tela iubet, nec manantes ex ore feroci,
Aut quae flagrarent galea, exhorrescere flammas.
Armiger haud aliter magni Iovis, anxia nido
Cum dignos nutrit gestanda ad fulmina fetus,
Obversam spectans ora ad Phaethontia prolem,
Explorat dubios Phoebea lampade natos.
Iamque suis daret ut pugnae documenta vocantis,
Stridentem gelidis vibravit viribus hastam,
Quae medias raptim velox praetervolat auras.
Haesit multiplici non alte cuspis in auro,
Ac senium invalido dependens prodidit ictu.
Cui Poenus: Quinam ad cassos furor impulit ictus
Exsan-

112. *vocantis* ex Colon. pro vulg. *vocatis*, quod in textu edidit Lefeb. sed in Additamentis reprobavit. *Pugnam vocantem*, quamvis exemplo Virgilii dixerit Aen. II, 338. et XII, 125. tamen in hoc loco non probo. Simplicior sensus est patrem filios *vocasse*, collegisse, ut praesentibus exemplum pugnae praeiret. Itaque *vocatis* non absurda lectio foret. 113. Hic versus abest ab omnibus scriptis et editt. vetustis. Omisit eum Lefeb. 114. Scripti et editi libri prisci *Et medias hasta velox*. Lefeb. edidit, *En, medias* etc. Vulgatam lectionem, quam servavit Drakenborch. primum a Nicandro in Iunt. ortam, idem iudicavit. 116. *senium* ex Colon. Vulg. *senem*. 117. *quinam* scripti libri et omnes editt. priscae ante Iuntinam, in qua *quisnam* Nicander edidit.

dium. 106. *manantes — flammas*, noto ornatu, de vultu minaci, et oculis igneis Hannibalis. v. dicta ad lib. IX, 444. sq.

108. sq. Crista filios ad pugnam strenue faciendam adhortatus, comparatur cum aquila pullos ad solis adspectum ferendum adsuefaciente. Nota est Plinii observatio de Halietto, aquilae genere, H. N. X, 3. *Haliettus*, ait, *implumes etiamnum pullos suos percutiens, subinde cogit adversos intueri solis radios, et si conniventem humectantemque animadvertit, praecipitat e nido, velut adulterinum ac degenerem, illum cuius acies firma contra steterit, educat*. cf. Aelian. II, 26. Haec ergo poetico sermone ornata narrantur. cf. similem locum Claudian. Praefat. in 3 Consul. Honor. 111. *dubios P. l. natos*, nondum satis firmatos ad solem intuendum; *conniventes*, et *humectantes* Plinius dicit. — 113. *gelidis viribus*, ut senis. cf. similem locum lib. V, 568. sq.

Exſanguem ſenio dextram? Vix prima momordit
Tegmina Callaïci cornus tremebunda metalli.
En, reddo tua tela tibi: memorabilis iſta
A nobis melius diſcet bellare iuventus.
Sic propria miſeri transfigit pectora corno.
At contra (horrendum) bis terna ſpicula dextra
Torta volant, paribuſque ruunt conatibus haſtae.
Haud ſecus ac Libycam feta tellure leaenam
Venator premit obſeſſo cum Maurus in antro,
Invadunt rabidi iam dudum, et inania tentant
Nondum ſat firmo catuli certamina dente.
Conſumit clipeo tela, et, collectus in arma,
Suſtinet ingentes crepitantibus ictibus haſtas
Sidonius ductor; nec iam per vulnera credit,
Aut per tot caedes actum ſatis, iraque anhelat,
Ni leto det cuncta virûm, iungatque parenti,
Corpora, et excidat miſeros cum ſtirpe penates.
Tunc Abarim affatur; namque una hic armiger ira
Flammabat Martem, atque omnes comes ibat in actus:
Suppe-

120. pro *iſta* Heinſius coni. *auſi* vel *haſtae.* 125. Sic Modius ex Colon. emendavit verſum, vitioſe expreſſum in vulg. *Libyca feta tell. leaena.* Illam emendationem firmarunt Cod. Putean. et Oxon. niſi quod in iis *ſaeva* vel *ſtaeva.* Sed Heinſius coni. *Libyca fetam tellure Leaenam*, et ſic edidit Lefeb. Deinde Modius et Heinſ. ex iisdem ſcriptis libris addiderunt verſum 126. qui deerat vulgo. 130. *urgentes* coni. Heinſ. 132. Verba *iraque anhelat* Lefeb. in parentheſi collocavit. 135. *huic armiger acrem Flammabat Martem* coni. Heinſ.

119. *Callaici met.* vid. ſupr. lib. II, 395. ſq. *Cornus tremebunda* dicitur, ſive quod in ſuperficie clipei haerens nutabat, ſive quod tremulo motu per auras volaſſet. Vtrumque indicium erat teli exiguo impetu emiſſi.

123. ſq. Patre Criſta interfecto ſex filii telis Hannibalem aggrediuntur, at ſinguli deinceps ab eo caeduntur. Haec per partes tractantur a poeta, ut veluti tibi videaris ſcenae ipſi intereſſe. — 136. *omnes in actus*, pugnas, expeditiones. vid. lib. III, 78. et cf. Valer. Fl. IV, 162. — 139. *pietatem ſtultam* dicit iuvenum illorum

Suppedita mihi tela. Vadis liventis Averni
Demitti globus ille cupit, qui noſtra laceſſat
Tegmina; iam ſtultae fructus pietatis habebit.
Haec fatus iaculo Lucam, qui maximus aevi,
Transadigit: preſſa iuvenis cum cuſpide labens
Arma ſuper fratrum reſupino concidit ore.
Mortiferum inde manu properantem vellere ferrum
Pilo Volſonem (namque hoc de ſtrage iacentum
Fors dabat) affixa ſternit per tegmina nare.
Tum Veſulum, calido lapſantem in ſanguine fratrum,
Enſe metit rapido: plenamque (heu barbara virtus!)
Abſciſi galeam capitis, ceu miſſile telum,
Converſis in terga iacit. Teleſinus, ad oſſa
Illiſo ſaxo, qua ſpina interſtruit artus,
Occumbit; fratriſque videt labentia membra
Quercentis, quem funda procul per inane voluta
Sopierat, dum ſupremam Teleſinus in auras
Exhalat lucem, et dubitantia lumina condit.
At feſſus maerore ſimul, curſuque, metuque,
Et tamen haud irae vacuus, non certa per aequor
Interdum inſiſtens Peruſinus membra ferebat;
Hunc ſude, quam raptam Libyci per terga iacentis
Armiger obtulerat monſtri, ſuper inguina fixum
Obtruncat, quercuque premit violentus obuſta.
Tentarat precibus ſaevum lenire furorem,
Sed Stygius primos implevit fervor hiatus,
Et

138. *laceſſat* Heinſ. ex ſcriptis et editt. priſcis. 141. Sic vulg. Sed Putean. *transegit*, quod recepit Lefeb. 151. *Quercentis*, nomen proprium, Modius ex Colon. Vulg. *quaerentis*.

illorum patris mortem ulciſci conantium. v. lib. II, 632.

143-45. Volſonem, ferrum e fratris vulnere evulſurum, pilo, quod forte ex cadavere Romano arripuerat, ſternit. 146. Imaginem *lapſantis in ſanguine* e Virgilio depromſit, Aen. II, 551. — 150. *qua ſp. int. artus*, in imo dorſo, ad femurum commiſſuras. — 154. *dubitantia*, conniventia, tremulo motu palpitantia, ut fit in moribundis. *Natantes* oculos dixerat lib. II. 122. — 162. *Stygius fervor*, poetice

Et pulmone tenus demisit anhelitus ignem.
Tandem cum toto cecidit grege, nomen in Vmbro
Clarum, Crista, diu populo. Ceu fulmine celsa
Aesculus, aut, proavis ab origine cognita, quercus
Cum fumat percussa Iovi, sacrosque per aevum
Aethereo ramos populantur sulfure flammae:
Donec victa Deo late procumbit, et omnem
Collabens operit spatioso stipite prolem.
Atque ea dum iuxta Tyrius stagna Aufida ductor
Molitur, Paullus, numerosa caede futuram
Vltus iam mortem, ceu victor bella gerebat
Inter mille viros. Iacet ingens Phorcys ab antris
Herculeae Calpes, caelatus Gorgone parmam,
Vnde genus tristique Deae manabat origo.
Hunc obiectantem sese atque antiqua tumentem
Nomina

163. *demisit* ex Colon. et Putean. *depressit* vulg. *dempsit* Oxon. 173. pro *mortem* Oxon. *noctem*. vid lib. II, vers. 574. in var. lect. Post *gerebat* interpunxit Lefeb. 174. *Porcis*, *Phorcus* variant libri. 176. *tristique Deae* ex Colon. Vulg. *tristisque*. 177. *Hunc* Lefeb. ex libr. vett. pro *hinc*, quod Drakenb. sine auctoritate expresserat.

poetice pro sude adusta, quam ex turris elephanto (*Libycum monstrum* dicit) impositae incendio rapuerat armiger. *primos hiatus*, os ad primam vocem apertum.

168 *sacros ramos* v ad lib. III. 691. Mox *victa Deo* quercus exquisite, quatenus ex fulmine accensa atque exusta corruit. In *prole* autem poeta cogitavit minores arbores e maioris semine aut radicibus enatas, et sic comparatione adumbravit imaginem parentis una cum omni prole occidentis.

171. sq. Alia in parte campi Paullus hostium stragem edit. Ex his, ut solet, insignis caedis exemplum poeta ornat, *Phorcyn* a Paullo caesum. Eum militem dum ex Calpe, hoc est, Mauretania huic promontorio obiecta excitat, in eiusque parma caput Medusae, s. Gorgonem caelatum narrat, ad mythum alludit, quo Gorgones Phorcys et Ceto filiae in ultimis Oceani Atlant. regionibus habitasse ferebantur. v. Heyn. ad Apollod. II, 4. 2. p. 295. et de Theog. Hes. 142. sq. *Tristis Dea*, saeva, truculenta, ipsa Medusa, eodem sensu mox *saxifica*, a multis poetis dicta, ut Senec. Herc. Fur. II, 901.

Lucan.

Nomina ſaxificae monſtroſa e ſtirpe Meduſae,
Dum laevum petit incumbens violentius inguen,
Detrahit, excelſi correptum vertice coni,
Afflictumque premens, tergo qua balteus imo
Sinuatur, coxaque ſedet munimen utraque,
Coniecto fodit enſe ſuper: vomit ille calentem
Sanguinis effundens per hiantia viſcera rivum,
Et ſubit Aetolos Atlanticus accola campos.
Has inter ſtrages rapido terrore coorti
Invadunt terga, atque averſo turbine miſcent
Bella inopina viri, Tyrius quos fallere doctos
Hanc ipſam pugnae rector formarat ad artem:
Succinctique dolis, fugerent ceu Punica caſtra,
Dediderant dextras. Tum totis mentibus actam
In caedes aciem pone atque in terga ruentes
Praecipitant. Non haſta viros, non deficit enſis.
E ſtrage eſt ferrum, atque evulſa cadavere tela.
Raptum Galba procul (neque enim virtutis amorem
Adverſa exemiſſe valent) ut vidit ab hoſte
Auferri ſignum, conniſus corpore toto
Victorem aſſequitur, letalique occupat ictu.

Ac

183. Sic Colon. pro vulg. *ſupervomit.* 186. *coorto* coni. Heinſ. *coacti* Burmann. hoc eſt, denſati, in unum coeuntes. 193. *viro* vulg. et ſic Lefeb. cf. lib. VIII, 661.

Lucan. IX, 670. Videtur vocabulum primus uſurpaſſe Ovidius Met. V, 217. ubi *ſaxificos vultus* Meduſae dixit in ea ipſa fabula, qua Perſeus narratur in ſaxa convertiſſe viros caput Meduſae intuentes. — 180. *detrahit*, correptum humi proſternit, unde mox *adflictus* ſcil. ſolo dicitur. 185. *ſubit campos*, cadit, moritur in campo Appulo. cf. lib. VIII, 243.

186. ſqq. Numidarum inopinato hoſtes circumvenientium ſtratagema deſcribitur, auctore inprimis Livio XXII, 48. — 194. *e ſtrage eſt ferrum*, etc. Livius l. c. arreptis ſcutis, inquit, quae paſſim inter acervos caeſorum corporum ſtrata erant, averſam adoriuntur Romanorum aciem.

197. *conniſus corp. t.* Virgiliana locutio, ſummum impetum, collectasque vires declarans. vid. Aen. X, 127. —

199.

Ac dum comprenſam caeſo de corpore praedam
Avellit, tardeque manus moribunda remittit,
Transfixus gladio propere accurrentis Amorgi
Occidit, immoriens magnis non proſperus auſis.
Haec inter, veluti nondum ſatiaſſet Enyo
Iras ſaeva truces, ſublatum pulvere campum
Vulturnus rotat, et candentes torquet arenas.
Iamque reluctantes ſtridens immane procella
Per longum tulit ad campi ſuprema, caviſque
Afflictos ripis tumidum demerſit in amnem.
Hic tibi finis erat, metas hic Auſidus aevi
Servabat tacito, non felix Curio, leto.
Namque, furens animi dum conſternata moratur
Agmina, et oppoſitu membrorum ſiſtere certat,
In praeceps magna propulſus mole ruentum
Turbatis hauritur aquis, fundoque volutus
Hadriaca iacuit ſine nomine mortis arena.
Ingens ferre mala, et Fortunae ſubdere colla
Neſcius, adverſa fronte incurrebat in arma
Vincentum Conſul; pereundi Martius ardor,
Atque animos iam ſola dabat fiducia mortis:
Cum Viriathus agens telis, regnator Hiberae

Magna-

201. *accurrentis* ex Colon. Modius. Vulg. *occurr.* quod ſervavit Lefeb. 202. *proſperus auſis* Colon. et Putean. pro vulg. *proſper in auſis.* 205. *canentes* coni. Heinſ. 206. *procellas* ex Colonienſi probaverat Heinſius, et Cellarius in contextum recepit. Sed vulgata lectio verior eſt. vid. nott.

199. *praedam*, illud ipſum ſignum, ſ. vexillum.

203. ſq. Cum Livius l. l. non niſi diſſipatos et fuga effuſos milites Romanos tradat, poeta, ut calamitatis vim augeat, Vulturnum, cuius furorem iam antea deſcripſerat, iterum advocat procellam cientem, et Auſido trepidos immergentem. 206. *reluctantes* ſc. milites.

210. de *tacito leto* v. ad lib. IX, 512. et cf. mox verſ. 215. — 211. *morari agmina* Curio dicitur, quatenus ruentes verſus fluvium milites retinere, corpore oppoſito conabatur.

220. *regnator Hib. terrae* paulo inſolentius pro duce militum

Magnanimus terrae, iuxta atque ante ora furentis
Obtruncat Paulli feſſum certaminis hoſtem.
Heu dolor, heu lacrimae! Servilius optima belli,
Poſt Paullum belli pars optima, corruit ictu
Barbarico, magnamque cadens leto addidit uno
Invidiam Cannis. Triſtem non pertulit iram
Conſul, et inſani quanquam contraria venti
Exarmat vis, atque obtendit pulvere lucem,
Squalentem rumpens ingeſtae torvus arenae
Ingreditur nimbum, ac ritu iam moris Hiberi
Carmina pulſata fundentem barbara caetra
Invadit, laevaeque fodit vitalia mammae.
Hic fuit extremus caedum labor. Addere bello
Haud ultra licuit dextram, nec tanta relictum eſt
Vti, Roma, tibi poſthac ad proelia Paullo.
  Saxum ingens, vaſto libratum pondere, caeca
Venit in ora manu, et, perfractae caſſidis aera
Oſſibus

228. *obtundit*, vel *offundit* coni. Heinſ. Sed vid. nott.

litum Hiſpanorum. cf. de Viriatho duce lib. III, 354. Niſi forte poeta Livium expreſſit, qui Epit. 52. Viriathum exercitus ducem factum, totam Luſitaniam occupaſſe tradit. Et Florus II. 11. Viriathus, ait, ex latrone ſubito dux atque imperator, et ſi fortuna ceſſiſſet, Hiſpaniae Romulus. — 223. 24. Color orationis traductus e Virgil. A. X, 737. cf. praeterea lib. V, 329. locus ſimilis. 225. *addidit invidiam Cannis* Servilius, quatenus tanti viri morte maior facta erat, et pernicioſior, cladis Cannenſis calamitas.

228. *Contraria venti vis exarmat — lucem.* Haec iunge. Nam intelligitur uſus oculorum demtus, iniecto pulvere. Eadem vis *obtendit*, i. e. impedit, obſcurat, *lucem.* Drakenborch. ſimiles formulas contulit e Virgil. Georg. I, 248. et Stat. Theb. II, 248. — Mox verſ. 230. 31. Viriathus victor ritu Hiſpano *carmina fundit*, Paeana canens, pro victoria Diis gratias acturus. Simile inſtitutum Vogeſi Galli vidimus lib. IV, 213. ſq. Idem mos victorum ex Homero notus Il. ε, 102. ſq. X, 391. cf. Virg. Aen. X, 738.

233. ſq. Viriatho occiſo, Paullus ſaxo percuſſus vulnus lethale accipit. Narravit hoc Livius l. l. cap. 49. unde totus

Offibus infodiens, complevit fanguine vultus.
Inde pedem referens, labentia membra propinquo
Impofuit fcopulo, atque, undanti vulnere anhelans,
Sedit terribilis clipeum fuper, ore cruento:
Immanis ceu, depulfis levioribus haftis,
Accepit leo cum tandem per pectora ferrum,
Stat teli patiens media tremebundus arena,
Ac, manante iubis rictuque et naribus unda
Sanguinis, interdum languentia murmura torquens,
Effundit patulo fpumantem ex ore cruorem.
  Tum vero incumbunt Libyes fuper. Ipfe citato
Ductor equo, qua flatus agit, qua pervius enfis,
Qua fonipes, qua belligero fera belua dente.
Obrutus hic telis ferri per corpora Pifo
Rectorem ut vidit Libyae, connifus in haftam
Ilia cornipedis fubrecta cufpide tranfit,
Collapfoque fuper nequidquam incumbere coeptat.
Cum Poenus, propere collecto corpore, quanquam
Cernuus inflexo fonipes effuderat armo;

Vm-

240. *vulnere* Colon. et reliqui fcripti pro vulg. *pulvere.* 244. *teli impatiens* — *fremebundus* coni. Heinf. et edidit Lefeb. 253. *fubiecta* Putean. et prifcae editt. Sed bene fe habet vulgata lectio. vid. nott. 255. *Cui Poenus* vulg. *cum* exhibent codd., Colon. Oxon. cum editt. prifcis et Marfi Venetis.

tus hic locus adumbratus eft. — 236. *caeca manu*, ab ignoto hofte. — 240. *undans vulnus* eft, quod magnam fanguinis copiam emittit, ut mox luculentius de leonis vulnere verf. 245. et cf. lib. V, 256. Sic *undantem aëna*, *undantem Aetnam* e Virgilio novimus, Aen. VI, 218. Georg. I, 472. cf. Stat. Theb. II, 124.

248. cf. Livius cap. 49. init. — In verff. 249. 50. eft defcriptio poetica Hannibalis per agmina furentis. 253. *fubrecta cufpis*, porrecta, oppofita equo irruenti. v. fupr. lib. VII, 650. — *tranfit ilia*, graviter, de Pifone ipfo, cum proprie de hafta valeat a Pifone transmiffa. — 255. *collectum corpus*, exquifite de eo, qui e lapfu repente fe erigit. Sequentia haufta funt e Virg. Aen. X, 894. ubi Servius: *Cernuus* dicitur equus, qui cadit in faciem.

Vmbraene Aufoniae rediviva in bella retractant
Poft obitum dextras? nec in ipfa morte quiefcunt?
Sic ait, atque aegrum coeptanti attollere corpus
Arduus infurgens totum permifcuit enfem.
Ecce, Cydonea violatus arundine plantam,
Lentulus effufis campum linquebat habenis;
Cum videt in fcopulo rorantem faxa cruore,
Torvoque obtutu labentem in Tartara Paullum.
Mens abiit: puduitque fugae. Tum vifa cremari
Roma viro, tunc ad portas iam ftare cruentus
Hannibal; et totum tunc primum ante ora fuere
Sorbentes Latium campi. Quid deinde relictum,
Craftina cur Tyrios lux non deducat ad Vrbem,
Deferis in tantis puppim fi, Paulle, procellis?
Teftor

257. *recidiva* coni. Heinf. et edidit Lefeb. 267. pro vulg. *et toti* Heinfius coniecerat *Aetoli*, quod edidit Lefeb. *et totum* Oxon. 270. *fi* pro vulg. *fic* Heinf. emendavit.

257. Acerbe et arroganter dictum in Romanos, poft innumeras clades pugnam inftaurantes. Hoc fi teneas, facile expedies, quo fenfu *umbras*, et *obitum* dicat. — 260. *ard. infurgens.* v. lib. I, 400. — *permifcuit*, capulo tenus abdidit, adegit enfem.

261 fqq. Sequitur Lentuli cum Paullo colloquium ad rationem poeticam refictum e Livii narratione cap. 49. — 265 68. In his follicitudo et defperatio Lentuli exaggeratur, ne Paullo mortuo actum fit de rebus Romanis. *Campos Latium forbentes* audacius dixit de ruina Paulli totius Latii ruinam accelerante. Genuit eam formulam cogitatio campi fanguinem caeforum forbentis. Ergo Latium campus forbet, in quo univerfae copiae Latinorum caeduntur. Ita lib. XI, 568. Mago ait: *Sanguine Dardanio Rutulos faturavimus agros, et iacet in campis Latium.* cf. infr. verf. 310. fq. — In fequentibus Lentulus Paullum adhortatur, ut ne defit Romanis, nec mortem vitae praeferat. Quafi vero hoc nunc integrum fuiffet Paullo vulneribus confecto, et moribundo. Manifefte poeta veritatem Livii non adfecutus eft, apud quem Lentulus hoc modo poftulat a Paullo, ut dum aliquid virium fuperfit, hoftibus fe eripiat, ne in ipfa pugna conful moriatur. Caeterum fingula ad rem nauticam accommodate elata funt.
Hinc

Teſtor Coelicolas, inquit, ni damna gubernas
Crudelis belli, viviſque in turbine tanto
Invitus, plus, Paulle, (dolor verba aſpera dictat)
Plus Varrone noces. Cape, quaeſo, hunc, unice rerum
Feſſarum, cape cornipedem: languentia membra
Ipſe levabo humeris, et dorſo tuta locabo.
 Haec inter, lacero manantem ex ore cruorem
Eiectans, Conſul, Macte o virtute paterna!
Nec vero ſpes anguſtae, cum talia reſtent
Pectora Romuleo regno. Calcaribus aufer,
Qua vulnus permittit, equum: atque hinc ocius Vrbis
Claudantur portae. Ruet haec ad moenia peſtis.
Dic, oro, rerum Fabio tradantur habenae.
Noſtris pugnavit monitis furor. Amplius acta
Quid ſupereſt vita, niſi caecae oſtendere plebi
Paullum ſcire mori? Feror an conſumtus in Vrbem
Vulneribus? Quantine emtum velit Hannibal, ut nos
Vertentes terga aſpiciat? Nec talia Paullo

274. Burmannus, cui recepta lectio haec diſplicebat, coniecit legendum *cape, ſpes, hunc, unice rerum*, vel *cape, dux, quaeſo unice rerum Feſſarum, hunc cape cornipedem.* 283. *dic ergo* Putean. et edit. Rom. 284. *actae vitae* coni. Heinſ. 286. ultima verba verſus ex Colon. Modius emendavit, conſentientibus Codd. Oxon. Putean. In libris vulg. erat *Ferar an conſumtus eidem Vulneribus.* 287. *quantine* Mod. ex Colon. Vulg. *quantive* quod edidit Lefeb. Dausqueius legebat *Vulnere quantivis emtum* etc.

Hinc expedies *procellas, turbinem*, et *gubernare damna belli*, pro vulg. in belli pernicioſi calamitate adiuvare Romanos.

277. ſq. Reſpondet Paullus, at multo loquacius, quam in Livio, cuius omnis narratio naturae rei et tempori convenientior videtur. — *Macte virtute.* Ineſt gratulatio virtutis, et ſimul adhortatio ad eam tuendam. v. Heyn. ad Virgil. Aen. IX, 641. — 281. *qua vulnus perm.* Nam Lentulus in planta vulnus acceperat. v. verſ. 261. 284. *noſtris — furor.* Marſus bene: obſtitit meis monitis furor Varronis collegae. — 285. *caecae plebi,* temerario favore Varronem amplexae; unde eiusdem *caeca ſuffragia* dixerat ſupra lib. VIII, 257. — 287. *quantine emtum v. H.* cf. lib. V, 601. — In verſ.

Pectora, nec manes tam parva intramus imago.
Ille ego — sed vano quid enim te demoror aeger,
Lentule, conquestu? Perge, atque hinc cuspide fessum
Eripe quadrupedem propere. Tum Lentulus Vrbem,
Magna ferens mandata, petit: nec Paullus inultum,
Quod superest de luce, finit. Ceu vulnere tigris
Letifero cedens tandem, proiectaque corpus
Luctatur morti, et languentem pandit hiatum
In vanos morsus, nec sufficientibus irae
Ictibus, extrema lambit venabula lingua.
Iamque coruscanti telum, propiusque ferenti
Gressum exsultantem, et securo caedis Iertae
Non exspectatum surgens defixerat ensem,
Sidoniumque ducem circumspectabat, in illa
Exoptans animam certantem ponere dextra.

Sed

290. *vano* Mod. et Heinf. ex Colon. pro vulg. *vario.* 292. *erige* Colon. fortasse pro *exige.* 298. *rictibus* coni. Heinsii, et sic edidit Lefeb. Nec tamen *ictibus* sine sensu est, ut ille ait, si ad antecedentia referatur. Nam *languens hiatus*, *vani morsus*, et *non sufficientes irae ictus*, solenni poetae nostro luxuria elata, eodem redeunt. 300. *Iertae* Heinf. ex Colon. Caeteri libri variant *Ilerthae*, *Ilerdae*, *Inerte.* 303. pro *certantem*, in quo verbo mendum latere videtur, Heinf. coni. *restantem*, Drakenborch. *luctantem* Lefeb. edidit *cedentem* ex Cod. Tel. non male. Burmannus legebat *in illa Exoptans anima certantem ponere dextram*, ut sensus sit, exoptasse Paulum, ut caedes Hannibalis ultimum facinus foret: non vero, ut ab Hannibale caederetur. vid. nott.

vers. 289. color orationis est Virgilianus Aen. IV, 654 et cf. lib. VIII, 146. Sensus: Haud moriar tam indecoram mortem, mea persona indignam, *ille ego*, cum verecunda aposiopesi dictum.

294. Sequitur scena heroica, exiguam veri similitudinem habens, at narrata probabiliter. Paullus extremas vires in hostibus ulciscendis consumit. Eo et comparatio pertinet bene verbis ornata, et ad naturam accommodate. — 299. *corruscans* telum est, vibrans, ὁ πάλλων, ut faciunt, qui alterum petunt percutiendum. Mox *securus caedis* Ierta dicitur, quia putabat se Paullum confectum et fessum vulneribus facili negotio interfecturum. In versf. 302. 3. expressus mos est veterum heroum, qui honestissimam mortem existimabant, quam summus

Sed vicere virum coeuntibus undique telis
Et Nomas, et Garamas, et Celtae, et Maurus, et Aſtur.
Hic finis Paullo. Iacet altum pectus et ingens
Dextera, quem, ſoli ſi bella agitanda darentur,
Aequares forſan Fabio. Mors additur Vrbi
Pulchra decus, miſitque viri inter ſidera nomen.
Poſtquam ſpes Italûm menteſque in Conſule lapſae,
Ceu truncus capitis, ſaevis exercitus armis
Sternitur, et victrix toto fremit Africa campo.
Hic Picentum acies, hic Vmber Martius, illic
Sicana procumbit pubes, hic Hernica turma.
Paſſim ſigna iacent, quae Samnis belliger, et quae
Sarraſtes populi, Marſaeque tulere cohortes;
Transfixi clipei, galeaeque, et inutile ferrum,
Fractaque conflictu parmarum tegmina, et ore
Cornipedum derepta fero ſpumantia frena.
Sanguineus tumidas in campos Aufidus undas
Eiectat, redditque furens ſua corpora ripis.
Sic Lagea ratis, vaſto velut inſula ponto

 Con-

305. *Celta* Drakenborchio et Burmanno placuit, cum reliqua nomina numero ſingulari dicantur. Sic edidit Lefeb. 312. *fremit* ex Colon. Vulg. *furit* et ſic Lefeb. 320. *tumidas undas* Colon. Putean. cum primis editt. pro vulg. *tumidis undis*, ut primum edidit Nicander in Iunt.

mus heros attuliſſet. cf. ſupr. verſ. 67. 68.

304. Livius l. l. cap. 49. *hoſtes conſulem ignorantes quis eſſet, obruere telis.* Id poeta, ut ſolet, definite enuntiat.

310. ſeqq. Paullo occiſo omnis exercitus Romanus caeditur. Ea caedes per partes deſcribitur. — 320. *Sanguineus Auf.* Florus II, 6. *Documenta cladis cruentus aliquamdiu Aufidus* etc.

322. ſq. *Lagea ratis*, Aegyptia. Eae naves portentoſae magnitudinis fuerunt, inprimis quas Ptolomaeus Philopator exſtruxit. v. Athen. V, 8. et Plut. Demetr. 59. Niſi forte poeta cogitavit naves Antonianas contra Cleopatram advectas. De his Virgil. A. VIII, 691. *pelago credas innare revolſas Cycladas, aut montes concurrere montibus altos*, unde haud dubie Silius *inſulae* comparatio-

Conſpecta, illiſit ſcopulis ubi nubifer Eurus,
Naufragium ſpargens operit freta. Iamque per undas
Et tranſtra, et mali, laceroque apluſtria velo,
Ac miſeri fluitant revomentes aequora nautae.
At Poenus, per longa diem certamina ſaevis
Caedibus emenſus, poſtquam eripuere furori
Inſignem tenebrae lucem, tum denique Martem
Dimiſit, tandemque ſuis in caede pepercit.
Sed mens invigilat curis, noctiſque quietem
Ferre nequit. Stimulat dona inter tanta Deorum:
Hortatur nondum portas intraſſe Quirini.
Proxima lux placet. Hinc ſtrictos ferre ocius enſes,
Dum

324. *naufragio* coni. Heinſ. Caeterum Drakenborch, pravam ſuperiorum editionum diſtinctionem huius loci primus correxit. 332. Locum non ſatis integrum, meo quidem ſenſu, variis coniecturis adiuverunt viri docti. Heinſ. coni. *ſtimulat d. i. t. Deorum Hortatu.* Eidem videbatur poſt τὸ *Quirini* verſus excidiſſe. Livineius *Hortatus.* Burmannus τὸ *Hortatur* vocis *ſtimulat* gloſſam eſſe putabat, et ſic legendum exiſtimabat *ſtimulat dona inter tanta Deorum Cunctatum. nondum portas intraſſe Quirini.* Ego, ſi liceat coniecturas augere, pro *hortatur* legerim *Optatas*, et iunxerim haec *ſtimulat nondum portas intraſſe*, hoc fere ſenſu: inter illa Deorum dona, in tam felici rerum curſu, *ſtimulat* et excitat Hannibalem cogitatio haec, ſe nondum Romam occupaſſe. Ergo in ſequentibus conſilium capit Romam petendi. Solemnem autem eſſe Silio iſtum loquendi modum, multa exempla in his commentariis obvia declarabunt. Denique Lefeb. audacter, ut plerumque ſolet, ita locum edidit: *ſtimulat, dona inter tanta Deorum, Hortatur nudi portas Quirini*, ubi *nudi Quirini portas* vertit, les murs de Rome qui n'a plus de défenſeurs, et adfert Livii, Statii, Homeri loca, ut formulae iſtius ſenſum explicet. Quaſi vero nunc de formula dubitetur, et non potius de lectionis veritate agatur.

parationem hauſit. cf. Flor. IV, 11. De *apluſtri* ſatisfecit Geſnerus in Theſ.

327 - 37. Hannibal poſt Cannenſem victoriam conſilium capit Romam invadendi. Haec ſententia idoneo ornatu poetico effertur. — Sed eam rem longe aliter Livius narrat lib. XXII, 51. Ibi Maharbal minime ceſſandum ratus, Hannibalem quidem permovere conatur, ut cum copiis Romam tendat. Sed illi *nimis laeta res eſt viſa, maiorque quam ut eam ſtatim capere animo poſſet. Itaque voluntatem ſe laudare Maharbalis*, ait, *ad conſilium penſandum, temporis opus eſſe.* Manifeſte Silius contrarium

Dum fervet cruor, et perfusae caede cohortes,
Destinat, ac iam claustra manu, iam moenia flamma
Occupat, et iungit Tarpeia incendia Cannis.
  Quo turbata viri coniux Saturnia coepto,
Irarumque Iovis Latiique haud inscia fati,
Incautum ardorem atque avidas ad futile votum
Spes iuvenis frenare parat. Ciet inde quietis
Regnantem tenebris Somnum; quo saepe ministro
Edomita inviti componit lumina fratris.
Atque huic arridens, Non te maioribus, inquit,
Ausis, Dive, voco: nec posco ut mollibus alis
Des victum mihi, Somne, Iovem. Non mille premendi
Sunt oculi tibi, nec spernens tua numina custos
Inachiae multa superandus nocte iuvencae.
Ductori, precor, immittas nova somnia Poeno;

339. *inscia* ex Colon. pro vulg. *nescia*. 340. *ad futile nomen* Putean. 343. *inviti* Heins. ex MStis pro vulg. *invicti*.

rium Hannibalis consilium ea maxime de causa finxit, ut sequenti machinationi locus, et uberior ornatus poetici adhibendi occasio esset. — 335. Eleganter pro vulgari: dum recens militum furor est.

338 sq Iuno Hannibalis furorem sentiens, metuensque iram Iovis, retinere illum ab itinere Romam faciendo studet. Satis apte ad naturam rei poeta hoc episodium finxit, simulque historicam veritatem secutus est Erat enim exspectandum, Hannibalem post tantam victoriam Romam perrecturum esse, ut Romanos penitus debellaret. Sed cum historia doceret id non statim factum esse, sed post cladem Cannensem ad Hispanos bellum traductum, poeta utrumque eo libentius exsecutus est, quo uberiorem ea res ornatus poetici materiem offerebat. *Somnus* a Iunone excitatus, notum iam ex Homero phantasma, Il. ξ, 230. ubi Iuno eius auxilium implorat ad Iovem sopiendum in monte Ida, quo Silius adludit vers. 343. Ipse etiam Iupiter Somnum mittit ad Agamemnonem Il. β, 6. sq.

346-48. Non posco, ut Argum mihi sopias Haec sententia poetice ornatur. *Numina somni spernere* Argus dicitur, quatenus semper vigilabat, ut *custos Inachiae iuvencae*, Io, filiae Inachi, in vaccam mutatae. cf. Ovid. Met I, 624. sq. — *multa nox*, somnus altissi-

Ne Romam et vetitos cupiat nunc visere muros,
Quos intrare dabit nunquam regnator Olympi.
Imperium celer exsequitur, curvoque volucris
Per tenebras portat medicata papavera cornu.
Ast ubi, per tacitum allapsus, tentoria prima
Barcaei petiit iuvenis, quatit inde soporas
Devexo capiti pennas, oculisque quietem
Irrorat, tangens Lethaea tempora virga.
Exercent rabidam truculenta insomnia mentem.
Iamque videbatur multo sibi milite Thybrim
Cingere, et insultans adflare ad moenia Romae.
Ipse refulgebat Tarpeiae culmine rupis,
Elata torquens flagrantia fulmina dextra,
Iupiter, et lati fumabant sulfure campi,
Ac gelidis Anio trepidabat caerulus undis:
Et densi ante oculos, iterumque iterumque, tremendum
Vibrabant ignes. Tunc vox effusa per auras:
Sat magna, o iuvenis, prensa est tibi gloria Cannis.
Siste gradum; neque enim sacris irrumpere muris,

Poene,

351. *quîs* ed. Lefeb. 354. pro *Ast* Lefeb. ed. *Atque* e Cod. Tel. 366. *offusa per aures* Heins. coni. ex Colon. ubi *per aures*. 637. pro *prensa* Drakenb. coni. *parta*.

tissimus. — Ad vers. 350. 51. v. lib. VI, 699. sq.

353. *Papavera,* ob vim soporiferam Somno tribui, et veteres scriptores, et monumenta docent, cf. Ovid. Met. XI, 605. sq. Signum a Tollio primum editum, quod papavera manu tenet, excudi curavit Drakenborch. — 356. *oc. q. irrorat,* poetice pro vulgari, sopit. Oculis enim in somno primum munus est, et oculos fessos somnus illico sequitur. Similia passim apud poetas obvia. Sic *irrigare per membra quietem* Virgil. Aen. I, 691. cf. III, 511. et ibi Cerda. — *Lethaeam virgam* ipsa papavera dicere videtur. Imitatus est Silius locum Virgil. Aen. V, 854. sq. ubi v. Heyn. — 358. sqq. Iam somniabat Hannibal. Locus gravi ornatu elatus, qui inprimis eminet in imagine Iovis apparentis, et loquentis. 367. *prensa* gloria, exquisitius quam, parta. —

372.

Poene, magis dabitur, noſtrum quam ſcindere coelum.
 Attonitum viſis maioraque bella paventem
Poſt confecta Sopor Iunonia iuſſa relinquit;
Nec lux terribili purgavit imagine mentem.
Quos inter motus ſomni vanoſque tumultus,
Dedita per noctem reliquo cum milite caſtra
Nuntiat, et praedam pleno trahit agmine Mago.
Huic ductor Iactas Tarpeio vertice menſas
Spondenti, cum quinta diem nox orbe tuliſſet,
Celatis Superûm monitis, clauſoque pavore,
Vulnera et exhauſtas ſaevo certamine vires,
Ac nimium laetis excuſat fidere rebus.
Tum ſpe deiectus iuvenis, ceu vertere ab ipſis
Terga iuberetur muris, ac ſigna referre,

369. *exſcindere* coni. Heinſ. Caſaubonus ad marginem ed. Gryph. ſcripſerat *ſcandere*. 373. *vanosque* Heinſ. ex ſcriptis. Vulg. *variosque*. Deinde Heinſius *inter monitus* coniecit. Burmannus, *inter motus animi*.

372. Etiam vigili imago nocturna menti obverſabatur.

373. ſeq. Locus ex Livio expreſſus. *Caſtra dedita* cap. 52. narrat. Caetera cap. 51. ubi tamen pro Magone Maharbalem inducit: „Maharbal praefectus equitum minime ceſſandum ratus, *immo, ut quid hac pugna ſit actum ſcias, die quinto*, inquit, *victor in Capitolio epulaberis. Sequere.* Cum Livio conſentit Valer. M. IX, 5. ext. 3. Florus II, 6. Adherbalem appellat, ubi vid. Duk. — 378. *celatis monitis*, quos per ſomnum audiverat. Mox *clauſum pavorem* dicit, quia id viſum nocturnum pavorem animo fecerat, quem nunc Magoni occultabat. Eodem modo *formidinem* ſup. lib. III, 167. — 279. *Vulnera excuſat*, pro vulgari, ſe excuſat vulneribus et viribus exhauſtis. Haec et quae verſ. ſequenti dicuntur, variata ſunt ex reſponſione Hannibalis apud Livium: *Hannibali nimis laeta res eſt viſa, maiorque, quam ut eam ſtatim animo capere poſſet. Itaque voluntatem ſe laudare Maharbalis*, ait, *ad conſilium penſandum temporis opus eſſe.*

381. Apud Livium Maharbal Hannibali iter recuſanti reſpondet: *Non omnia, nimirum, eidem Dii dedere. Vincere ſcis, victoria uti neſcis.*

Sed

Tanta mole, inquit, non Roma, ut credidit ipſa,
Sed Varro eſt victus. Quonam tam proſpera Martis
Munera deſtituis fato, patriamque moraris?
Mecum exſultet eques: iuro hoc caput, accipe muros
Iliacos, portaſque tibi ſine Marte patentes.
Dumque ea Mago fremit cauto non credita fratri,
Iam Latius ſeſe Canuſina in moenia miles
Colligere, et profugos vicino cingere vallo,
Coeperat. Heu rebus facies inhonora ſiniſtris!
Non aquilae, non ſigna viris, non Conſulis altum
Imperium, non ſubnixae lictore ſecures,
Trunca atque aegra metu, ceu magna eliſa ruina,
Corpora debilibus nituntur ſiſtere membris.
Clamor ſaepe repens, et ſaepe ſilentia fixis
In tellurem oculis, nudae pleriſque ſiniſtrae
Detrito clypeo: deſunt pugnacibus enſes:
Saucius omnis eques: galeis carpſere ſuperbum

Criſta-

384. *quaenam* Lefeb. ex *quenam* lect. Rom. 1. et 2. 385. *patriamne moreris?* Lefeb. 390. *profugus* coni. Heinſ. hoc ſenſu: miles Latius profugus ex proelio Cannenſi ad Canuſina moenia ſeſe colligere, et vallo cingere urbi vicino coeperat. 398. Heinſius coni. *detracto*, vel *deterſo*, vel *derepto*. Mox Putean. cod. et priſcae editt. *pugnantibus*.

Sed in his Silius raro acquieſcit; ergo ſua addit, poeticam maxime rationem ſectans. — 383. *Tanta mole*, tantis laboribus, tanto bello, non niſi Varro victus eſt. Acerbe in Hannibalem dictum, quaſi is magnis conatibus exiguum lucrum fecerit. — 384. *Quonam — moraris.* Senſus: quodnam hoc fatum, quaenam haec numinis machinatio eſt, quae te adigit, ut tam opportunam victoriae Romamque expugnandi occaſionem praetermittas? Similem locum Villebrunius attulit Lucani VII, 107. *placet haec tam proſpera rerum tradere fortunae?* quo tamen verba Silii non explicantur. Deinde *patriam morari*, obſcura brevitate dicit Hannibalem, quatenus is tergiverſando et cunctando patriam imperio iam prope comparato fraudet. Niſi forte milites Poenos intelligamus, quos Hannibal diu haerentes in Italia patriae detineat. — 386. Ex illis Livianis: *cum equite*, inquit Maharbal, *praecedam*.

389. ſeqq. Romani Canuſium ſe recipiunt. Haec ſufficie-

Criſtarum decus, et damnarunt Martis honores.
At multa thorax perſoſſus cuſpide; et haerens
Loricae interdum Mauruſia pendet arundo.
Interdum maeſto ſocios clamore requirunt.
Hic Galba, hic Piſo, et, leto non dignus inerti,
Curio deflentur; gravis illic Scaevola bello.
Hos paſſim; at Paulli pariter, ceu dira parentis
Fata gemunt: ut vera mali praeſentia nunquam
Ceſſarit canere, et Varronis ſiſtere mentem:
Vtque diem hunc toties nequidquam averterit Vrbi:
Atque idem quantus dextra. Sed cura futuri
Quos premit, aut foſſas inſtant praeducere muris,
Aut portarum aditus, ut rerum eſt copia, firmant.

Qua-

400. *damnati* vel *damnatos M. h.* coni. Heinſ. 401. *ac multa* correxit Heinſ. ut a ſuperioribus haec dependeant. 405. *deflentur* Colon. Oxon. et primae editt. Vulg. *defletur*. 406. Burmannus, notante Drakenborchio, ita coniecerat, *Hos paſſim*, id eſt, perfunctorie, *at Paulli graviter, ceu dira parentis Fata gemunt*, id eſt, Paulli vero mortem graviſſime lugent. Vulgatam ſcripturam ita explicabat: Hos duces paſſim hic et ille per exercitum, non omnes ſimul, ſed ut quisque in hunc vel illum animatus erat, lugent: at Paulli fata omnes pariter gemunt. 407. Lefeb. praeeunte Barthio pro *praeſentia* edidit *praeſagia*. 408. *menti* Lefeb. 409. *utque* ex Colon. pro vulg. *atque*. 411. *praeducere* ante Heinſium iam alii emendaverant, pro vulg. *producere*. 412. *adituque* perperam in edit. Dausq. et Cellar.

ficiebant hiſtorico, cf. Liv. cap. 50. ſub f. Sed poeta omnem fugitivorum calamitatem, vulnera, arma fracta et corrupta, duces amiſſos, ſingulatim recenſet, eamque *faciem inhonoram*, triſtem rerum Romanarum conditionem, dicit. 400. *damn. M. honores*, ornamenta militaria abiecerunt, moeroris et deſperationis documento. 404. ſeqq. De Galba v. lib. VIII, 471. et huius libri v. 195. de Piſone lib. VIII, 465. et h. l. 257. de Carione VIII, 427. h. l. 209. De Scaevola VIII, 385. et IX, 370. — 407. 408. *ut vera — mentem.* Sententia non commode verbis expreſſa. Senſus eſt: milites Paulum lugentes commemorabant inter ſe, quemadmodum ille ſaepe praedixerit hanc calamitatem praeſentem, et Varronis furorem reprimere ſtuduerit.

410. Alii, quibus futura ſors curae erat, vallo ducendo et portis muniendis occupaban-

Quaque patet campus planis ingreſſibus hoſti,
Cervorum ambuſtis imitantur cornua ramis,
Et ſtilus occulitur; caecum in veſtigia telum.
Ecce, ſuper clades et non medicabile vulnus,
Reliquias belli atque imperdita corpora Poenis
Impia formido, ac maior iactabat Erinnys.
Trans aequor, Tyrios enſes, atque arma parabant
Punica, et Hannibalem mutato evadere coelo.
Dux erat exſilio collectis Marte Metellus,
Sed ſtirpe haud parvi cognominis. Is mala bello
Pectora degeneremque manum ad deformia agebat
Conſulta; atque alio poſitas ſpectabat in orbe,
Quîs ſeſe occulerent, terras: quo nomina nulla
Poenorum, aut patriae penetraret fama relictae.

Quae

415. *ſtilus* Barch. et Heinſ. ex Colon. Oxon. et libris priſcis. Primus Marſus *ſilus* edidit, quem alii deinceps ſecuti ſunt, etiam Lefeb. qui vocem Celticam eſſe et Orientalem pronuntiat de *acie*, vel *acumine* dictam. Scilicet has origines ille in deliciis habebat. 421. *ex illo Marte* coni. N. Heinſ. ut ſenſus ſit, ex proelio Cannenſi. Sic et edidit Lefeb. Livineius, notante Cortio, coni. *exilis* i. e. haud bello ſpectatus. 422. *is mala* Barth. et Heinſ. ex libris ſcriptis emendarunt. Vulg. *nova*. In editt. priſcis vitioſe *Ismara*.

pabantur. — 414. 15. Furcas ligneas deſcribit ita tellu-ri infixas, ut cuſpides laterent, et equitatum hoſtium irruentem laederent. Hinc *caecum telum* dicit, ut *vallum caecum* Caeſari Bell. Civ. I, 28. v. Feſtus in *Caecum vallum*. — *Cervi* proprio nomine dicti a ſimilitudine cornuum cervi. cf Caeſar. B. G. VII, 72. Tibull IV, 1. 84. — *ſtilus*, pars ſudium acuta, ex terra exſtans. vid. V. L.

416. Sequitur narratio iterum e Livio expreſſa. Cum enim tribuni militum, qui Canuſii erant, de ſumma rerum conſultarent inter ſe, nuntiat P. Furius Philus, (haec ſunt verba Livii XXII, 53.) deſperatam comploratamque eſſe rem publicam; nobiles iuvenes quosdam, quorum principem L. Caecil. Metellum, mare ac naves ſpectare, ut deſerta Italia, ad regem aliquem transfugiant etc. Haec eſt *impia formido*, quam Silius vocat. — 422. *mala bello pectora*, ignavos, imbelles, qui a virtute Romana degeneraverant.

Quae poſtquam accepit flammata Scipio mente,
Quantus Sidonium contra, fera proelia miſcens,
Ductorem ſtetit in campis, rapit ocius enſem,
Atque, ubi turpe malum Latioque extrema coquebant
Coepta viri, ruptis foribus ſeſe arduus infert.
Tum, quatiens ſtrictum cum voce ante ora paventum
Mucronem, Tarpeia, pater, qui templa ſecundam
Incolis a coelo ſedem, et Saturnia nondum
Iliacis mutata malis, tuque aſpera pectus
Aegide Gorgoneos virgo ſuccincta furores,
Indigeteſque Dei, ſponte inter numina noſtra,
Perque caput, nullo levius mihi numine, patris
Magnanimi iuro, nunquam Lavinia regna
Linquam, nec linqui patiar, dum vita manebit.
Ocius, en, teſtare Deos, ſi moenia taedis
Flagrabunt Libycis, nullas te ferre, Metelle,
Auſurum in terras greſſus. Ni talia ſancis,
Quem tremis, et cuius ſomnos formidine rumpis,
Hannibal hic armatus adeſt: moriere, nec ullo
Poenorum melior parietur gloria caeſo.
His excuſſa incepta minis: iamque ordine iuſſo

Ob-

435. *Italicis* Colon. et ſic Lefeb. 437. *ſpondens per numina veſtra* coni. Heinſ. Lefeb. edidit *ſponte, en, per numina veſtra.* Mox pro *numine* Lefeb. *nomine.* Locus nondum ſatis emaculatus videtur. 441. *anteſtare Deos* coni. Heinſ. 445. *moriere* Modius emendavit, pro vulg. *maiore.* Editt. Rom. pr. et Mediol. *periere.* 447. *iuſſi* coni. Burmann.

427. ſeqq. Scipio ſe opponit conatibus Metelli et ſociorum. v. Liv. l. l. unde omnia adumbrata ſunt ratione poetica. Mox iurat per Iovem, Iunonem, et Minervam, quae numina praeſertim in templo Capitolino colebantur. Similem iurisiurandi formulam Drakenborchius attulit ex Cicer. Or. pro Domo cap. 57. — 434. *Saturnia nondum mutata Il. malis*, etiamnum irata Romanis, quamvis ſatis adflictis. — 445. *Hannibal hic adeſt*, ſe ipſum appellat Scipio, qui apud Livium l. l. ita: *qui non iuraverit, in ſe hunc gladium ſtrictum eſſe ſentiat.* Tum addit: *Haud ſecus pavidi, quam ſi victorem Hannibalem cernerent, iurant omnes.* — 446 *parietur* ſcil. mihi. Maiorem gloriam, in-

quit,

Obſtringunt animas patriae, dictataque iurant
Sacramenta Deis, et purgant pectora culpa.
  Atque ea dum Rutulis turbata mente geruntur,
Luſtrabat campos, et ſaevae triſtia dextrae
Facta recenſebat, pertractans vulnera viſu,
Hannibal, et, magna circumſtipante caterva,
Dulcia praebebat trucibus ſpectacula Poenis.
Quas ſtrages inter, confoſſus pectora telis,
Seminecem extremo vitam exhalabat in auras
Munere deficiens iam Cloelius, oraque niſu
Languida vix aegro et dubia cervice levabat.
Agnovit ſonipes, arrectiſque auribus acrem
Hinnitum effundens, ſternit tellure Vageſum,
Quem tunc captivo portabat in agmina dorſo.
Hinc, rapidum glomerans curſum, per lubricra pingui
Stante

454. *pendebat* in ed. Parm. Rom. pr.] et Mediol.] haud dubie pro *pandebat*. 456. *exhalabat* MSti optimi et primae editt. Vulg. *exhalarat*. 457. *murmure* coni. Heinſ. praeeunte Gronov. Obſ. IV, 18. p. 740. et ſic edidit Lefeb. 460. *Bageſum* Colon. Parm. et editt. Rom. cum Mediol. Sic Lef. *Vageſum* ex Vulg. 462. locum Heinſius partim ex veſtigiis librorum ſcriptorum, partim ex coniectura ſic conſtituit. In vulg. libris erat *pinguis* et mox *mutata*, quae primus Marſus edidit. *mulcata*, coniiciente iam Drakenborchio, edidit Lefeb.

quit, ex tui caede conſequar, quam ſi nobiliſſimum Poenorum interfeciſſem.

450. ſeqq. Sequitur alia ſcena, a Livio cap. 51. tractata. Hannibal campos, in quibus pridie clades facta erat, luſtrat. At Silius, undique mirabiles rerum facies arripiens, et epicos ornatus anquirens, per plures ambages hunc locum tractavit. Quo inprimis pertinet mira narratio de equo Cloelium dominum agnoſcente. Homerus quidem equos adeo lacrymantes finxit Il. ρ, 426. ſeq. idque imitatus eſt Virgil. XI, 89. Sed talia in ſequioribus poetis a vita heroica remotioribus neſcio quo modo diſplicere ſolent. — 456. *ſeminecem vitam*, ut moribundus et in agone mortis, qui mox pluribus ſignis declaratur. Similiter *mortuam vitam* Lucretius dixit lib. III, 1061. — 462. *glomerans r. c.* pro vulg. rapido curſu procurrens. Mox *evolat*, v. lib. III, 536. ſeq. *Pinguis cruor* eſt ipſe lubricus, e pinguedinis natura ducto

Stante cruore ſoli et mulctata cadavera caede
Evolat, ac domini conſiſtit in ora iacentis.
Inde, inclinatus colla, et ſubmiſſus in armos,
De more inflexis praebebat ſcandere terga
Cruribus, ac proprio quodam trepidabat amore.
Milite non illo quiſquam felicius acri
Inſultarat equo, vel ſi reſupina citato
Proiectus dorſo ferret cum membra, vel idem
Si nudo ſtaret tergo, dum rapta volucris
Tranſigeret curſu ſonipes certamina campi.
At Libys, humanos aequantem pectore ſenſus
Haud parce miratus equum, quinam ille ſiniſtrae
De-

464. N. Heinſ. coni. *in ore.* Burmann. *ad ora.* 465. Sic Heinſ. ex Colon. et Putean. emendavit, conſentientibus editt. Parm. Rom. p. et Mediol. Veneta Marſi exhibet *ſubnixus.* Primus Nicander in Iuntina ediderat *inclinatus collum, ſubmiſſus et armos*, quod deinceps alias editiones occupavit. 467. *propero* coni. Barth. 469. Gronov. Obſerv. IV, 18. p. 741. corrigit: *reſupina citati Proiectus dorſo ferretur membra*, hoc ſenſu, membra ſupina et porrecta habens dorſo citati, ſcil. equi. nam *citatum dorſum* inepte dici. Burmannus legebat *ferret ſua membra.* vid. nott. Lefeb. edidit *porrectus.* Gronovianam emendationem eatenus prorſus amplectendam puto, ut *ferretur* legatur. Nam illud *cum* plane abſonum videtur. 471. *volucri curſu* eſt in ed. Parm. Rom. pr. et Mediol. quod Heinſio placebat.

cto epitheto, et *ſtans*, ſtagnans, craſſus. Sic lib. VI, 36. *ſtagnantem caede terram* dixerat. *Mulctata cad. caede* ſimpliciter caeſa corpora intelligo, ut Virgil. *multatam morte Camillam* dixit Aen. XI, 839. ubi v. Heyn. in V. L.

468-72. Laudatur Cloelius ab arte equitandi duplici, vel cum citato curſu capite per dorſum in nates equi reclinato, reſupinus iacebat, vel erectus in pedes in nudo equi tergo ſtabat. Adluſiſſe Silium ad Cloeliam virginem, quae a Romanis ſtatua equeſtri honeſtata fuit, Marſi adnotatio eſt. At huius paulo poſt mentio fit. — *rapta certamina campi*, dicit ipſum campum, in quo certatur, citato curſu transmiſſum, ut *rapere curſum, iter, viam*, obviae formulae ſunt. *Tranſigere* autem *curſu*, ſimpl. procurrere, ut Virgil A. IV, 154. *Transmittunt curſu campos.*

474. *quinam morti depugnet*, cum morte luctetur. *leti compendia donat*, dum Cloelium

Depugnet morti iuvenis, nomenque, decusque
Erogitat, letique simul compendia donat.
Hic Cinna (ad Tyrios namque is sua verterat arma,
Credulus adversis, et tum comes ibat ovanti)
Auribus huic, inquit, ductor fortissime, origo est
Non indigna tuis. Quondam sub Regibus illa,
Quae Libycos renuit frenos, sub Regibus olim
Roma fuit. Sed enim, solium indignata Superbi,
Vt sceptra exegit, confestim ingentia bella
Clusina venere domo: si Porsena fando
Auditus tibi, si Cocles, si Lydia castra.
Ille, ope Maeonia et populo succinctus Etrusco,
Certabat pulsos per bella reponere Reges.
Multa adeo nequidquam ausi: pressitque tyrannus
Ianiculum incumbens. Vbi mox, iam pace probata,
Compressere odia, et positum cum foedere bellum,
Obsidibusque obstricta fides, mansuescere corda
Nescia, pro Superi! et nil non immite parata
Gens Italûm pro laude pati! Bis Cloelia senos

Non-

475. *forti* vel *Marti* coni. Heins. 477. *Hic* ex Colon. Oxon. et priscis editt. pro vulg. *Hinc*. 478. Sic cod. Colon. Sed in cod. Put. Oxon. et aliquot editt. priscis *credulus adversi stat tum*. In vulgatis libris post Iuntinam Nicandri est *credulus adversi, qui tum*. in Marsi Venetis et Mart. Herbip. *adversi, et tum*.

lium cum morte luctantem repentino ictu trucidandum iubet. Neque *donare* sine delectu dictum. Nam beneficium exhibet, qui tali misero, cui reviviscendi nulla spes est, mortem accelerat.

477. sqq. Percontanti Hannibali Cinna, qui e castris Romanis ad Poenos profugerat, Cloelii enarrat stirpem et familiam, a virgine Cloelia ductam, quae cum obses data esset Porsenae, ad suos enatavit. Sed paulo altius rem repetiit a Regibus eiectis, quibus Porsena opem contra Romanos tulit. *Credulus adversis Cinna* erat, quatenus credebat adversam fortunam nunquam a Romanis recessuram. Itaque ad feliciores Poenorum partes se contulerat. 483. *sceptra exegit*, Tarquinium Superbum imperio deiecit. Mox *Lydia*

castra,

Nondum complerat primaevi corporis annos,
Vna puellarum Laurentum, et pignora pacis
Inter virgineas regi tranſmiſſa catervas:
(Facta virûm ſileo) rege haec, et foedere, et annis,
Et fluvio ſpretis, mirantem interrita Thybrim
Tranavit, frangens undam puerilibus ulnis.
Cui ſi mutaſſet ſexum Natura, reverti
Forſan Tyrrhenas tibi non licuiſſet in oras,
Porſena. Sed iuveni (ne ſim tibi longior) hinc eſt
Et genus et clara memorandum virgine nomen.
Talia dum pandit, vicinus parte ſiniſtra
Per ſubitum erumpit clamor. Permixta ruina
Inter et arma virûm et lacerata cadavera, Paulli
Eruerant corpus media de ſtrage iacentum.
Heu quis erat! quam non ſimilis modo Punica telis
Agmina turbanti! vel cum Taulantia regna
Vertit, et Illyrico ſunt addita vincla tyranno!
Pulvere canities atro, arentique cruore

Squa-

502. *hinc* e ſcriptis libris Heinſ. Vulg. *huic* et ſic Lefeb.
503. *a virgine* vulg. et Lefeb.

caſtra, Etruſca Porſenae regis. v. dicta ad lib. IV, 720. VIII, 480. ſq.

498. *mirantem Thybrim*, veluti ſtupentem et attonitum hac virtute virginis. Praeivit Claud. in Eutrop. I, 447. *Attonitum tranavit* Cloelia *Thybrim*. Vterque poeta Livium II, 13. ſecutus videtur. Nam alii Cloeliam per flumen equitaſſe tradiderunt, ut Flor. I, 10. 17. Caeterum Cloeliae mentio recurrit inf. lib. XIII, 828. ſeq.

504. ſeqq. Interea milites campum luſtrantes cadaver Pauli reperiunt, idque multo clamore ſignificant. Silius, ut poeta, ſcenam hanc exaggerat dicendo ornandoque, cuius levia tantum veſtigia Livius ſuppeditabat. Nam is cap. 52. *Conſulem Romanum*, ait, *conquiſitum, ſepultumque, quidam auctores ſunt*. In verſu 508. color orationis eſt Virgilianus Aen. II, 274. de Hectore, ubi vid. Cerda. — 509. *Taulantia regna*, Illyriam, a Taulantio filio Illyrii, unde illa dicta eſt. *Illyricum* autem *tyrannum* Demetrium appellat, a Paullo victum. v. Polyb. II, 8. ſeq. Liv. Epit. 20. Iuſtin. XXIX, 2. —

Squalebat barba, et perfracti turbine dentes
Muralis ſaxi, tum toto corpore vulnus.
Quae poſtquam aſpexit geminatus gaudia ductor
Sidonius; Fuge, Varro, inquit, fuge, Varro ſuperſtes,
Dum iaceat Paullus: Patribus Fabioque ſedenti
Et populo Conſul totas ediſſere Cannas.
Concedam hanc iterum, ſi lucis tanta cupido eſt,
Concedam tibi, Varro, fugam. At, cui fortia et hoſte
Me digna haud parvo caluerunt corda vigore,
Funere ſupremo et tumuli decoretur honore.
Quantus, Paulle, iaces! qui tot mihi millibus unus
Maior laetitiae cauſa es. Cum fata vocabunt,
Tale precor nobis, ſalva Carthagine, letum.
Haec ait: et ſociûm mandari corpora terrae,
Poſtera cum thalamis Aurora rubebit apertis,
Imperat; armorumque iubet conſurgere acervos,
Arſuros, Gradive, tibi. Tum munera iuſſa,
Defeſſi quanquam, accelerant, ſparſoque propinquos
Agmine proſternunt lucos: ſonat acta bipenni
Frondoſis ſilva alta iugis. Hinc ornus et albae
Populus alta comae, validis acciſa lacertis,
Scinditur, hinc ilex proavorum condita ſeclo.

Devol-

513. Sic Vulg. — Barthius iam *toto unum corpore v.* Lefeb. ed. *unum toto c. v.* e Cod. Tel. ut ait. 514. *quae* ex Colon. quicum conſentiunt editt. priſcae. Vulg. *quem.* Lefeb. edidit: *quem poſtquam adſpexit, geminans, en, gaudia* etc. nulla librorum auctoritate adiecta. 529. *ſparſoque* Modius et Heinſ. ex ſcriptis et editis. Marſus et ſequentes *ſparſosque.* 530. *icta* coni. Heinſ. ex ſimilibus locis Virgilii Aen. VI, 180. XI, 135. 531. pro *alta* quia mox eadem vox inſequatur, Heinſ. coni. *atra.* ibid. Cod. Oxon. habet *alte* Populus alma comae, forte ſcribendum *albae* etc. quomodo edidit Lefeb. 533. pro vulg. *condita* Heinſ. coni. *conſita,* probante quidem Drakenborchio.

513. *toto corp. vulnus.* Sententia a multis varie expreſſa. v. ſup. lib. V, 333. Ovid. Met. VI, 388. *nec quicquam, niſi vulnus, erat.* XV, 529. *unumque erat omnia vulnus.* Stat. Theb. V, 608. *totumque in vulnere corpus.*

528. ſeqq. Locus e Virgil. Aen. VI, 177. ſeqq. nec abſurde

Devolvunt quercus, et amantem litora pinum,
Ac, ferale decus, maestas ad busta cupressos.
Funereas tum deinde pyras certamine texunt:
Officium infelix et munus inane peremtis.
Donec anhelantes stagna in Tartessia Phoebus
Mersit equos, fugiensque polo Titania caecam
Orbita nigranti traxit caligine noctem.
Post, ubi fulserunt primis Phaethontia frena
Ignibus, atque sui terris rediere colores,
Supponunt flammam, et manantia corpora tabo
Hostili tellure cremant. Subit horrida mentem
Formido incerti casus, tacitusque pererrat
Intima corda pavor, si fors ita Martis iniqui
Mox ferat, ac ipsis inimica sede iacendum.
Ast, tibi, bellipotens, sacrum, constructus acervo

 Ingenti

547. Heins. coni. *hac ipsis inimica sede iacendum.* In scriptis et priscis editt. reperiebat *ast ipsis.* Lef. ed. *atque ipsis.*

surde, adumbratus, ubi Miseno pyra exstructa describitur. Multo peius lusit in eodem loco Statius Theb. VI, 88. seq. — *Sparso agmine* declarantur milites in diversas sylvae partes emissi, ut undique et ocius lignorum copia colligeretur. *Sonat acta bip.* ut Virg. l. l. v. 180. et XI, 135. — 536 *certamine*, certatim, ut antea *sparso agmine.* Mox *officium infelix* dicit, quod Virgilius Aen. VI, 223. *triste ministerium.* Idem est *inane munus* mortuis, quia nec sentiunt, nec eo in vitam revocari possunt, ut Virgil. l. l. 886. qui etiam Aen. XI, 52. *vanum honorem* nominat. — Ad vers. 538. 39. cf. ib. VI, 1-5. et ad vers. 541. sq. lib. V, 56. Imagines noctis ingruentis et diei illucescentis notis coloribus absolutae. At quis non prodigum colorum et luxuriantem poetam agnoscat?

544. seqq. Hos versus inter lumina carminis Siliani referre soleo. In tam funesto loco veluti recreamur notatione indolis animi nostri, qui aliena mala considerans facile solet in hanc cogitationem deduci: quid, si tibi olim similia accidant? — *Inimica sede*, in terra hostili, in Italia. —

548. seqq. Locus de tropaeo Marti erigendo maximam partem expressus e Virgil. XI, 5. seq. — Hannibal Martem *in vota ciebat*, h. e: votis,

Ingenti mons armorum, ſurgebat ad aſtra.
Ipſe, manu celſam pinum flammaque comantem
Attollens, ductor Gradivum in vota ciebat;
Primitias pugnae et laeti libamina belli
Hannibal Auſonio cremat haec de nomine victor,
Et tibi, Mars genitor, votorum haud ſurde meorum,
Arma electa dicat ſpirantum turba virorum.
Tum face coniecta, populatur fervidus ignis
Flagrantem molem, et, rupta caligine, in auras
Actus apex claro perfundit lumine campos.
Hinc citus ad tumulum donataque funera Paullo
Ibat, et hoſtilis leti iactabat honorem.
Sublimem eduxere pyram, molleſque virenti
Stramine compoſuere toros. Superaddita dona,
Funereum decus: expertis inviſus et enſis,
Et clypeus, terror Nomadum: atque, inſigne ſuperbum,
Tum laceri faſces, captaeque in Marte ſecures.
Non

555. *ſuperantum* coni. Heinſ. vel etiam *ſpirantum e ſtrage virorum.* 564. Vulgo vitioſe ſcriptum erat *terror que modo.* Sed in Cod. Oxon. Putean. et primis editt. erat *terrorque modum.* Vnde Barthius et Heinſ. emendarunt *terror Nomadum.* 565. *laceri* Heinſ. ex aliquot ſcriptis libris, et Barth. ex Oxon. pro vulg. *lateri.* Mox pro *captaeque* Heinſ. coni. *fractaeque.*

votis, precibus vocabat, ut adeſſet ſacrificio; nota res in ſacris. Virgil. III, 279. *votis incendimus aras*, ubi vid. Heyn. — 555. Viventes tibi, Gradive, arma inſignia conſecrant. Ineſt ſimul gratiarum actio pro vita conſervata. In verſſ. 556-58 noti ornatus ſunt, quos ſaepe explicavimus, ut lib. IV, 680. ſq. *apex*, ut *vertex* de ſumma flamma in auram ſe attollente. cf. lib. V, 513. — *rupta caligine*, diſcuſſo fumo, qui flammam prorumpentem praecedere ſolet.

559. ſeqq. Hannibal ad pyram exſtructam accedit. Quod autem dicitur *iactaſſe honorem leti hoſtilis*, id nolim ad arrogantiam quandam referri, ſed potius ad generoſum aliquem ſenſum munificentiae, quam hoſti, at viro magno, impendebat. Ergo Hannibal ſibi placebat in exequiis Paullo faciendis. Humanitati id quoque tribuit Valer. M. V, 1. ext. 6. — *virenti ſtramine*, fron-

Non coniux native aderant, non iuncta propinquo
Sanguine turba virûm, aut celsis de more feretris
Praecedens prisca exsequias decorabat imago.
Omnibus exuviis nudo iamque Hannibal unus
Sat decoris laudator erat; fulgentia pingui
Murice suspirans inicit velamina, et auro
Intextam chlamydem, ac supremo affatur honore:
I, decus Ausoniae, quo fas est ire superbas
Virtute et factis animas. Tibi gloria leto
Iam parta insigni. Nostros Fortuna labores
Versat adhuc, casusque iubet nescire futuros.
Haec Libys; atque repens crepitantibus undique flammis
Aethereas anima exsultans evasit in auras.
Fama dehinc gliscente sono iam sidera adibat;
Iam maria ac terras primamque intraverat urbem.

 Dis-

569. *exequiis* editt. priscae a Drakenborchio usurpatae, ut Rom. et Mediol. et sic vulgati libri. *Exuviis* autem in scriptis reperiebat Heins. Burmannus tamen legendum censebat *Omnibus exsequiis nudo namque Hannibal unus.* 570. Lefeb. ed. *decori.*

frondibus, floribus, graminibus, ut in toris Pallantis ap. Virgil. Aen. XI, 64. *Hic iuvenem agresti sublimem stramine ponunt.*

566. seqq. Nulla pompa funebri insignes erant exequiae Paulli; sed illam laudes Hannibalis superfluam reddebant. Iam per partes singulas pompa designatur. *praecedens imago*, simulacra maiorum, quae in exequiis praeferri solebant. Eam solennitatem accurate descripsit Polyb. VI, 51. — 569. *Hannibal unus laudator erat.* Respexit Silius, inquit Drakenborch. ad Romanorum orationes funebres, quibus propinqui defunctos publice laudare solebant, dum efferebantur. Tali itaque oratione Paullus caruit, nisi quod Hannibal, dum cadaver cremabat, laudes et virtutes eius commemorarit. 572. *supremo hon.* hisce laudibus in mortuum dictis, hac honorifica compellatione. v. ad lib. II, 483.

573-76. Nobilis locus, adumbratus ex Virgil. Aen. XI, 96. seqq.

579. 80. Ratio poetica, qua declaratur famam de clade Cannensi, morte Paulli et caeteris

Diffidunt muris. Solam pavitantibus arcem
Speraviſſe ſat eſt. Nec enim ſupereſſe iuventam,
Ac ſtare Auſoniae vacuum ſine corpore nomen.
Quodque adeo nondum portis irruperit hoſtis,
Contemtu ceſſare putant. Iam tecta cremari,
Ac delubra rapi, caedeſque ante ora nefandae
Natorum, ſeptemque arces fumare videntur.
Lux una everſas bis centum in ſtrage curules,
Ac iuvenum bis tricenis orbata gemebat
Millibus exhauſtae nutantia moenia Romae:
Atque ea poſt Trebiam, poſt Tuſci ſtagna profundi,
Nec ſociûm numero pariter leviore peremto.

Sed

583. *Auſoniam* vulg. quod ſervavit Lefeb. *Auſoniae* Heinſ. ex libris ſcriptis et priſcis editt. *Nec ſtare Auſoniae* Rom. pr. et Mediol. Aliae editt. habent *Auſonium* et *Auſonia*. 588. *in ſtrage* Heinſ. emendavit ex Marſi ed. Ven. pro vulg. *inſtare*, vel *aſtare*, ut eſt in ed. Mediol. Burmann. coni. *hac ſtrage*, vel *Lux una everſas bis centum* (infame) *curules etc.*

teris rebus adverſis Romam perlatam fuiſſe. *gliſcente ſono*, aucto, pervulgato rumore. In reliquis manifeſte aemulatus eſt illa Virgilii, in nobili de Fama loco Aen. IV, 176. *parva metu primo, mox ſeſe attollit in auras, Ingrediturque ſolo et caput inter nubila condit.* Omnino tamen Silius hanc inprimis ſententiam ornavit: *famam omnia rumore repleviſſe.* Ergo per partes, ſidera, maria, terrae, et praecipue Vrbs nominatur.

581. ſeqq. Trepidatio Romanorum luculenter et ad miſerationem ſatis apte deſcribitur. cf. Liv. l. l. cap. 54. — *arcem ſperaviſſe*, arci Capitolinae ſe credere, in eamque confugere. — 588. *everſas curules*, pro vulg. caeſos ſenatores, et qui magiſtratus geſſerant. Sed in numeris caeſorum non tam hiſtoriae veritatem, quam poetae licentiam ſingula definite enunciandi ſecutus videtur. Livius quidem cap. 50. ita computavit: „Quadraginta millia peditum, duo millia ſeptingenti equites, et tanta prope civium ſociorumque pars caeſi dicuntur: in his ambo Conſulum Quaeſtores L. Attilius, et L. Fur. Bibaculus, 21 tribuni militum, conſulares quidam praetoriique et aedilitii: 80 praeterea aut ſenatores, aut qui eos magiſtratus geſſiſſent.“ Haec ergo Silius ſuo modo extulit.

Sed vero, ſed enim reliqui pia turba Senatus
Munera ſortito invadunt. Celer omnia luſtrans
Clamitat attonitus Fabius, Non ulla relicta eſt,
Credite, cunctandi ratio. Approperemus: ut hoſtis
Nequidquam armatos auſit ſuccedere muros.
Dura inter pavidos alitur fortuna ſedendo,
Et gliſcunt adverſa metu: ite ocius, arma
Deripite, o pubes, templis. Vos atria raptim
Nudate, et clypeos in bella refigite captos.
Sat patriae ſumus, e numero ſi ad proelia noſtro

593. Sic Heinſ. ex libris ſcriptis poſuit, pro vulg. *Haec inter ſed enim.* Recurrit formula infra lib. XII, 332. 595. *attonitis* ex coni. Heinſ. vulg. *attonitus.* Deinde *non ulla relicta eſt* Heinſ. ex ſcriptis et editis repoſuit. Vulgo *non ulla relicta.* 597. *armatis muris* edidit Lefeb. 598. *alitur* correxit Modius pro vulg. *aliter.* 599. *ite, ite*, exhibent Oxon. et Putean. cum ed. Marſi aliisque poſt eum reliquis. Sed alterum *ite* deeſt in Cod. Colonienſi et editt. Rom. pr. Parm. et Mediol. Mox *Deripite* Heinſ. poſuit pro vulg. *dirip.* 602. Sic Heinſius diſtinxit. Barthius autem ita: *Sat patriae ſumus a numero, ſi ad proelia noſtri Nil minuit pavor.*

593. ſeqq. Narratio Liviana, quam Silius utcunque carmine expreſſit, cap. 55. continetur: „P. Furius Philus et M. Pomponius Praetores ſenatum in Curiam Hoſtiliam vocaverunt, ut de urbis cuſtodia conſulerent etc." Deinde ſequitur oratio Q. Fabii Maximi, qui cenſet, reliquias cladis colligendas, trepidationem in urbe tollendam, et tum demum de urbis cuſtodia conſulendum eſſe. Haec omnia Silius, ut poeta, partim contraxit, partim mutavit, partim exaggeravit, prouti carminis epici gravitati conſentaneum fore arbitrabatur, ita tamen, ut in univerſum veritas hiſtorica conſtaret. Itaque Fabio viro gravi atque auctoritate pollenti partes praecipuas dat confirmandorum animorum, et ad virtutem excitandorum. Is *omnia luſtrat*, dum de ſumma rerum prudenter iudicat, et quae facienda ſint, deliberat. *Approperemus*, alacriter ad ſtrenue excipiendum hoſtem nos comparemus. Nam (598. 99.) cunctando et trepidando periculum creſcit. Quae ſequuntur ex illis Livianis cap. 57. expreſſa ſunt: *vetera hoſtium ſpolia detrahunt templis et porticibus.* De re vid. lib. I, 617. ſeq.

602. 604. Nihil gravius, hac

Nil minuit pavor. In patulis illa horrida campis
Sit metuenda lues: muros haud fregerit unquam,
Exſultare levis nudato corpore, Maurus.
Dum Fabius lapſas acuit formidine mentes,
Varronem adventare vagus per moenia rumor
Spargit, et occulto perfundit pectora motu.
Haud ſecus, ac fractae rector ſi forte carinae
Litoribus ſolus vacuis ex aequore ſoſpes
Adnatet, incerti trepidant, tendantve, negentve
Iactato dextras, ipſamque odere ſalutem
Vnius amiſſa ſuperantis puppe magiſtri.
Quam reſtare viro labem, qui accedere portis
Audeat, ac dirum veniat pavitantibus omen!
Hos mulcens queſtus Fabius, deforme docebat
Cladibus iraſci, vulgumque arcebat ab ira.
Adverſis etenim frangi non eſſe virorum,
Qui

606. *laſſas* Putean. et ed. priſcae, pro quo Heinſ. coni. *quaſſas*. 611. *tendantve* ex Colon. Caeteri libri variant miro modo. 618. pro *frangi*, quod eſt in vulg. libris, Colonienſis *ferri*, idque recepit Lefeb.

hac Fabii oratione, fingi poterat. Satis in nobis virium reſtat ad patriam defendendam, modo impavidi et fortes ſimus. *Horridam luem* dicit copias hoſtiles Hannibalis, ſaevas et metuendas.

606. ſqq. Dum *acuit*, erigit, excitat. *lapſ. f. m.* pavidos. cf. lib. I, 113. — Varronis ad urbem adventum Silius maiore verborum apparatu, ornatuque poetico exſequitur. Livius in fine libri XXII. obiter eum commemorat. In verſſ. 609. ſq. comparatio apta rei praeſenti, cuius veſtigia iam ſupra vidimus verſ. 270. Tota eo redit, ut varii animorum motus ſignificentur, quibus Varronem adventantem exceperint. Alii excuſabant, alii vituperabant, quorum vox eſt in verſſ. 614. 15. quam ego, etſi ambiguum ſenſum habet, ita intelligo: quaenam ſatis digna infamiae nota inuri poteſt viro, qui poſt res tam male geſtas, ad urbem accedere audet? Huius indignationis popularis nulla veſtigia apud Livium extabant, unde poeta proficeret. In Livianis haec ſunt: *Quo in tempore ipſo, adeo magno animo civitas fuit, ut conſuli ex tanta clade, cuius ipſe cauſa maxima fuiſſet, redeunti, et obviam itum frequenter*

Qui Martem inscribant genti, non posse dolores
Condere, et ex poena solatia poscere luctus.
Si vero exprobare sinant, sibi tristius illum
Illuxisse diem, quo castris viderit ire
Varronem, quam quo videat remeare sine armis.
His dictis sedere minae, et conversa repente
Pectora: nunc fati miseret, nunc gaudia Poeno
Consulibus reputant caesis erepta duobus.
Ergo omne effundit longo iam se agmine vulgus
Gratantum, magnaque actum se credere mente
Testantur, quod, fisus avis sceptrisque superbis,
Laomedontiadum non desperaverit urbi.
Nec minus infelix culpae, grandique pudore
Turbatus, Consul titubantem ad moenia gressum
Portabat lacrimans: deiectum attollere vultum,
Ac patriam aspicere, et luctus renovare pigebat.

627. pro *iam se* Heins. coni. *iamiam* et vers. 629. pro *testantur*, *testantum*, ut haec a superioribus dependeant. 634. *renovare* ex Colon. pro vulg. *revocare*, quod ed. Lef.

ter ab omnibus ordinibus sit, *et gratiae actae*, *quod de republica non desperasset.* Haec deinum versibus seqq. 625-30. expressit. Caeterum in verss. 618. sqq. quam alte ad animum generosa Fabii adhortatio descendat, et quam bene haec paucis verbis complexus sit, sentient, qui harum rerum sensum habent. Soleo talia lubenter monstrare, ne Silius ubique iaceat. — *qui Martem ins. genti*, qui genus Martis esse gloriantur. v. ad lib. I, 635. — *condere dolores*, dissimulare, coercere iram. Non est, inquit, virorum fortium, poenis et suppliciis aliorum iram sedare, et solatia quaerere. — 621-23. Callide Fabius culpae partem ad ipsos cives transfert, quorum suffragiis et favore factum esset, ut Varro Consul et dux belli crearetur. At quam modeste et occulte loquitur, ne exprobatione commoveat, quos modo hortatu sedaverat animos!

631-40. Haec quoque scena ficta est a poeta, ut coeptam de Varronis adventu narrationem absolveret. Cum enim supra populum Varroni iratum dixisset, non absurdum erat Varronem fingere illam iram metuentem. — *Infelix culpae* est, quem culpae conscientia

Quod vero reduci tum ſe populuſque Patreſque
Offerrent, non gratari; ſed poſcere natos
Quisque ſuos, fratreſque ſimul, miſeraeque parentes
Ire videbantur laceranda ad Conſulis ora.
Sic igitur muto lictore invectus in urbem,
Damnatum Superis aſpernabatur honorem.
At Patres, Fabiuſque, procul maerore remoto,
Praecipitant curas. Raptim delecta iuventa
Servitia armantur; nec claudit caſtra ſaluti

Poſt-

637. *miſerique* in editt. primis. 639. pro vulg. *muto* libri ſcripti et editt. primae *multo*. Heinſ. ad Ovid. Art. Am. III, 702. coni. *Sic igitur moto*, ut dicat Silius, Varronem prae pudore acceptae cladis ſine lictoribus urbem ingreſſum eſſe. Eodem ſenſu Lefeb. edidit *nullo lictore*. De vulgatae lectionis ſenſu vid. nott. 641. *procul* Heinſ. ex ſcriptis et editt. primis. Vulgatum *ſimul* primus Marſus edidit. Lefeb. *Fabiusque ſimul m. r.* 642. *iuventas* coni. Heinſ. Lefeb. *iuventus*. Burmannus vocem *iuventa* ſuſpectam habens, coniiciebat legendum *delecta iubentur Servitia armari*. 643. Oxon. *claudit clauſtra*.

ſcientia vexat. 635-38. Cum Varro populum et Patres ſibi obviam euntes videret, putabat id non gratiarum agendarum cauſſa fieri, ſed ut ſe exprobrarent, et culpae poenam poſcerent. Apte ad calamitatem praeſentem poeta induxit, qui filios, et fratres repoſcerent a Varrone, quippe qui cladis Romanae praecipua cauſſa fuerat. — 639. Dum *mutum lictorem* dicit, ſignificat poeta Varronem dignitatem et ius Conſulis haud uſurpaſſe, qui cum procederet publice, lictores paſſim exclamabant, *date viam conſuli*. Itaque mox *aſpernantem honorem*, eumque *damnatum* Superis dicit, quatenus diis iratis factum erat, ut Varro vinceretur.

641. ſqq. Recentes copiae ex iuventute et ſervitiis repente conſcribuntur. Hanc ſententiam variis orationis ambagibus usque ad verſ. 650. poeta protraxit, ſolita luxurie, quamvis ſingula ingenioſe cogitata, nec abſurde expreſſa reperies. Accuratius et definitius eam rem narrat Livius cap. 57. ſub f. quem locum, neglecta tamen ἀκριβείᾳ hiſtorica ante oculos poeta habuit. — *Praecipitant curas* exquiſitius quam, feſtinant. Apud Virgilium etiam *Aeneam curae praecipitant* Aen. XI, 3. — *nec claudit* — *pudor*. Bene Marſus: non puduit Romanos armare ſervos pro ſalute patriae. Nimirum meliore rerum ſtatu, ne libertinos quidem

Poſtpoſitus pudor. Infixum eſt Aeneïa regna
Parcarum in leges quacunque reducere dextra,
Proque arce et ſceptris et libertatis honore
Vel famulas armare manus. Primaeva ſuorum
Corpora praetexto ſpoliant velamine, et armis
Inſolitis cingunt. Puerilis caſſide vultus
Clauditur, atque hoſtis pubeſcere caede iubetur.
Idem obſecrantes, captivum vulgus ut auro
Penſarent parvo, (nec pauca fuere precantum
Millia) miranti durarunt prodere Poeno.
Cuncta adeo ſcelera et noxam ſuperaverat omnem,
Armatum potuiſſe capi. Tunc terga dediſſe
Damnatis Siculas longe meritare per oras
Impoſitum, donec Latio decederet hoſtis.

Haec

dem militare ſinebant. At nunc neceſſitas urgebat, et ſalus reip. cf. Duker. ad Flor. II, 6. 23. — 645. *In leges Parcarum regna reducere* dixit pro vulg. Romanam rempubl. ita armis defendere, ut fatorum veritas illuſtretur. Nam in fatis erat, Romanos imperare. Ergo hoc armis efficere, eſt, in leges Parc. reducere regnum; *quacunque dextra*, ex omni genere hominum et ordinum militibus delectis, etiam ſervitiis, ut mox verſ. 645. 46. addit. *praetexto velamine*, iuvenes praetextatos declarat, ut Livius l. l. cf. lib. II, 318. in re ſimili.

651-55. cf. Liv. l. l. cap. 58. et ſq. Nempe cum Hannibal copiam faceret Romanis, redimendi captivos, et hi eius rei cauſa legatos Romam mitterent, T. Manlio Torquato auctore ſenatus cenſuit, non redimendos eſſe captivos. Ergo *iidem* patres *obſecrantes captivos durarunt prodere*, h. e. perſtiterunt in ſententia, Hannibali tradendos eſſe. *Nec pauca — millia.* Ita M. Iunius, captivorum legatus apud Livium: *Octo millia ſervorum*, inquit, *audio armari; non minor numerus noſter eſt.* Deinde quod idem Iunius in orationis ſuae initio dicit: *nemo noſtrum ignorat, nulli unquam civitati viliores fuiſſe captivos, quam noſtrae*, id poeta verſſ. 654 et 55. expreſſit. Inſtar ſummi ſceleris erat, armatum capi ab hoſte, eaque de cauſſa captivi non ſolebant redimi. cf. Eutrop. III, 6. — 656. 58. *damnatis terga dediſſe*. h. e. iis, qui fugerant ex pugna, impoſitum eſt, ut in Sicilia usque

ad

Haec tum Roma fuit; poſt te cui vertere mores
Si ſtabat fatis, potius, Carthago, maneres.

ad finem belli militarent. v. Liv. XXIII, 25.

658. *Haec Roma fuit.* Tantus animus, tanta ſeveritas et virtus tum fuit Romanorum. Similia in laudem civitatis Romanae commemorarunt Livius XXII, ult. et Florus II, 6. 31. *O horribilem*, hic ait, *in tot adverſis fiduciam, o ſingularem animum et ſpiritum populi Romani.* In ſequentibus poeta optat, ut Carthago nunquam deleretur, ſi in fatis erat, ut deleta Carthagine iſta virtus et magnitudo reip. Romanae labefactaretur, et plane evaneſceret, quemadmodum vere evenit. Nam everſa illa urbe luxuries et peſſimi mores civitatem Rom. invaſerunt.